

DE NVLLITATIBVS

CONTRACTVVM, QVASI CONTRACTVVM, DISTRACTVVM, VLTIMARVM VOLVNTATVM, ET QVORVMCVMQVE ACTVVM EXTRAIVDICIALIVM.

TRACTATVS AMPLISSIMVS

RVBRICÆ PRIMÆ, PARS QVINTA.

In qua, materia legalis, quò ad plures Contractus, latè, & luculenter tractatur, & explicatur.

AVCTORE

DOM. DON BLASIO ALTIMARO

I. C. NEAPOLITANO, ET NEAPOLITANO, ET FLORENTINO PATRITIO.

Olim Insigni, in Neapolitanis Tribunalibus, Aduocato; Regij Castri Noui, eiusdem Ciuitatis Neap. Auditore; Sacri Regij Castri Capuani Consilij, Consiliario; Regiæ Cameræ Summariæ Fisci Patrono; & nunc denuò in eodem Supremo, Castri Capuani S.R.Consilio, Consiliario.





NEAPOLI, M.DCC.VI.

Ex Typographia Caroli Porpora, & Nicolai Abri.

SVPERIORVM PERMISSV.

Expensis Caroli Porpora, in cuius Libraria prostant. CVM PRIVILEGIO.

DOMINICVS PORPORA I.C.

AC M.C.V. HVIVS REGNI NEAPOLIS REGIVS CREDENZERIVS

LECTORI ÆQVANIMO.



Ix dum in lucem ediderat Illustrissimus doctrina, aquè; ac Natalibus Consultissimus potentissimi Hispaniarum Monarchæ à Consilijs D. BLASIVS ALTIMARVS Cedro sane dignum Volumen DE NVLLITATIBVS CONTRACTVVM; Cum immensa rerum copia, qua scatet lacessitus, iterum nouos fœtus edere cogitur, iterum diuitiarum suarum thesauros patefacere. Planè is, quod fabulosum erat, verum esse in semetipso monstrauit, Palladem nempè e Iouis Vertice genitam, qui illi vnà pater, ac mater est: Nullo enim aliena opis adjumento fretus, propriaq; mentis fœcunditate contentus, alterum Attici numinis Genitorem se prabet. Si vitales carperet auras Polydorus Vergilius, tantiq; Autoris tot cerneret ingentia opera, tam breui tempore ab eo concinnata, typisq; vulgata, haudquaquam profectò diceret: (a) Tantum vno die ab vno homine imprimitur, quantum vix toto anno describi à pluribus posset. *Neq; caneret doctissimè Auentinus:*

(a) *De rerum inuent. cap. 7.*

(b) Imprimit ille die, quantum non scribitur anno.

(b) *Auentin. Annal. Bojor. lib. 7.*

Tanta enim parturit celeritate, vt vix Typothetarum opera sufficiant eius scriptis suis formulis compingendis. Audio, nescio quem è triuio scurram in hanc rationem verba ex aduersu effutire: Ecquis erit faciendorum finis librorum? Quàm appositè inquit Petrarcha: (c) Ingens copia librorum, sed ingens etiam laboris copia, & quietis inopia. Huc, illuc circumagendum ingenium: his, atq; illis prægrauanda memoria. Quid vis dicam? Libri, quosdam ad scientiam, quosdam ad insaniam deduxerunt, dum plus hauriunt, quàm digerunt: vt stomachis, sic etiã ingenijs nausea sæpè magis nocuit, quàm fames. *Quin verissimum est quod monet methodi Autor Historicis* (d) Quò quisque magis in scribendo ineptus est, eò majorem librorum multitudinem effundit: *Et rectè sapientissimus Regum,* (e) Lectionem multam, carnis defatigationem tantum esse pronunciat. *At aerem hic verberat: qui enim libri vtiles Reipub. sunt, nunquam superuacanei sunt; idq; si vel idem prorsus crebrò repetatur. En Augustini testimoniũ, qui de hac eadem re disserens, mirum in modum, vt semper, hoc pacto loquitur:* (f) Vtile est plures libros à pluribus fieri, diuerso stylo, non diuersa fide, etiam de Quæstionibus ijsdem, vt ad plurimos res ipsa perueniat; ad alios sic, ad alios autem sic. Neque enim omnia, quæ ab omnibus conscribuntur in omnium manus veniunt. Et fieri potest, vt nonnulli, qui etiã hæc nostra intelligere vellent, eos non inueniant libros, in hos saltem incidant. *Hæc memorare placuit, vt blateronum quorundam obiectationes retunderemus; Ceterum Scriptorem hic fecundissimum legendum Iurisperitis, ad Iurisprudentiæ incrementum, exhibemus, non exscriptorem sterilem, exsuccum, cuius infelix labor totus sit in consarcinandis inani studio, ac sine delectu ex aliorum libris centonibus quibusdam male cohærentibus, qui nusquam reperiunt Lectores, derisores vndique, Horatianum illud ingiter ingeminantes:*

(c) *Franc. Petrar. dial. 45.*

(d) *Ant. Method. Histor. in præfat.*

(e) *Salomon.*

(f) *D. Aug. de Trin. lib. 3.*

(g) Spectatum admissi risum teneatis, amici?

(g) *Horat. de arte Poet.*

Haudquaquam Autoris nostri lucubrationes dormient in puluere, nullo vnquam tempore surrecturæ: prabebuntur muribus nocturna edulia; araneis verò ad telas aptissimè concinnandas, quietissima diuersoria. Non sufficiunt exemplaria emptoribus: ac priusquam è prælo subtrahantur, iam distracta prorsus dici possunt, atq; diuendita. Hæc, hæc equidem sunt opera, quæ æternùm viuent; ac pariant immortalitatem. Scribere omnes profectò possunt: at non omnibus benè scribere à Superis datum est. Hinc quamplurimi, in hoc maximè scriptionis genere, fœtus suos in lucem edunt, vt pereant; vndq; simul illis genethliaca canunt, & nænias. Pergant inuidi maledicere: hosce huius non facimus, neq; eos Autor moratur; cuius fama, par Olympo, vel ipsa ridet fulmina. Qui laudanda non effert laudibus, odio plusquam Vatiniano dignissimus est. Te ex eorum grege, qui genuinum frangunt in Celebriorum Autorum scriptis, Lector æquanime, haud esse scio; qua propter nouum opus, debitis ac detrectes condecorare præconijs, vt primo quoque tempore alijs fruaris, & alijs. In Liuidum autem cum Martiale canamus:

(h) Qui ducis vultus, & non legis ista libenter;
Omnibus inuideas, Liuide, nemo tibi.

(h) *Mart. lib. 1. Ep. 41.*

ELEN.

DOMINICVS PORPORA I.C.

AC M.C.V. HVIVS REGNI NEAPOLIS REGIVS CREDENZERIVS

LECTORI ÆQVANIMO.



Ix dum in lucem ediderat Illustrissimus doctrina, aquè; ac Natalibus Consultissimus potentissimi Hispaniarum Monarcha à Consilijs D. BLASIVS ALTIMARVS Cedro sane dignum Volumen DE NVLLITATIBVS CONTRACTVVM; Cum immensa rerum copia, qua scatet lacessitus, iterum nouos fœtus edere cogitur, iterum diuitiarum suarum thesauros patefacere. Planè is, quod fabulosum erat, verum esse in semetipso monstrauit, Palladem nempè e Iouis Vertice genitam, qui illi vnà pater, ac mater est: Nullo enim aliena opis adjumento fretus, propriaq; mentis fecunditate contentus, alterum Attici numinis Genitorem se prabet. Si vitales carperet auras Polydorus Vergilius, tantiq; Autoris tot cerneret ingentia opera, tam breui tempore ab eo concinnata, typisq; vulgata, haudquaquam profectò diceret: (a) Tantum vno die ab vno homine imprimitur, quantum vix toto anno describi à pluribus posset. *Neq; caneret doctissimè Aueutinus:*

(a) *De rerum inuent. cap. 7.*

(b) Imprimit ille die, quantum non scribitur anno.

(b) *Aueutin. Annal. Bojor. lib. 7.*

Tanta enim parturit celeritate, vt vix Typothetarum opera sufficiant eius scriptis suis formulis compingendis. Audio, nescio quem è triuio scurram in hanc rationem verba ex aduerso effutire: Ecquis erit faciendorum finis librorum? Quàm appositè inquit Petrarcha: (c) Ingens copia librorum, sed ingens etiam laboris copia, & quietis inopia. Huc, illuc circumagendum ingenium: his, atq; illis prægrauanda memoria. Quid vis dicam? Libri, quosdam ad scientiam, quosdam ad insaniam deduxerunt, dum plus hauriunt, quàm digerunt: vt stomachis, sic etiã ingenijs nausea sæpè magis nocuit, quàm fames. *Quia verissimum est quod monet methodi Autor Historici:* (d) Quò quisque magis in scribendo ineptus est, eò majorem librorum multitudinem effundit: *Et rectè sapientissimus Regum,* (e) Lectionem multam, carnis defatigationem tantum esse pronunciat. *At aerem hic verberat: qui enim libri vtiles Reipub. sunt, nunquam superuacanei sunt, idq; si vel idem prorsus crebrò repetatur. En Augustini testimoniũ, qui de hac eadem re differens, mirum in modum, vt semper, hoc pacto loquitur:* (f) Vtile est plures libros à pluribus fieri, diuerso stylo, non diuersa fide, etiam de Quæstionibus ijsdem, vt ad plurimos res ipsa perueniat; ad alios sic, ad alios autem sic. Neque enim omnia, quæ ab omnibus conscribuntur in omnium manus veniunt. Et fieri potest, vt nonnulli, qui etiã hæc nostra intelligere vellent, eos non inueniant libros, in hos saltem incidant. *Hac memorare placuit, vt blateronum quorundam obiectationes retunderemus: Ceterum Scriptorem hic fecundissimum legendum Iurisperitis, ad Iurisprudentia incrementum, exhibemus, non exscriptorem sterilem, exsuccum, cuius infelix labor totus sit in consarcinandis inani studio, ac sine delectu ex aliorum libris centonibus quibusdam male cohærentibus, qui nusquam reperiunt Lectores, derisores vndique, Horatianum illud iugiter ingeminantes:*

(c) *Franc. Petrar. dial. 45.*

(d) *Ant. Mothod. Histor. in præfat.*

(e) *Salomon.*

(f) *D. Aug. de Trin. lib. 1.*

(g) Spectatum admissi risum teneatis, amici?

(g) *Horat. de arte Poet.*

Haudquaquam Autoris nostri lucubrationes dormient in puluere, nullo vnquam tempore surrecturæ: præbebuntur muribus nocturna edulia; araneis verò ad telas aptissimè concinnandas, quietissima diuersoria. Non sufficiunt exemplaria emptoribus: ac priusquam è prælo subtrahantur, idem distracta prorsus dici possunt, atq; diuendita. Hæc, hæc equidem sunt opera, qua aternùm viuent; ac pariant immortalitatem. Scribere omnes profectò possunt: at non omnibus benè scribere à Superis datum est. Hinc quamplurimi, in hoc maximè scriptionis genere, fœtus suos in lucem edunt, vt pereant; vndq; simul illis genethliaca canunt, & nanias. Pergant inuidi maledicere: hosce huius non facimus, neq; eos Autor moratur; cuius fama, par Olympo, vel ipsa videt fulmina. Qui laudanda non effert laudibus, odio plusquam Vatiniano dignissimus est. Te ex eorum grege, qui genuinum frangunt in Celebriorum Autorum scriptis, Lector æquanime, haud esse scio; quapropter nouum opus, debitis ne detrectes condecorare præconijs, vt primo quoque tempore alijs fruaris, & alijs. In Liuidum autem cum Martiale canamus:

(h) Qui ducis vultus, & non legis ista libenter;
Omnibus inuideas, Liuide, nemo tibi.

(h) *Mart. lib. 1. Ep. 41.*

ELEN-

ELENCHVS QVÆSTIONVM PARTIS QVINTÆ,

RVBRICÆ PRIMÆ.



TRACTATVS DE NVLLITATIBVS

CONTRACTVVM, QVASI CONTRACTVVM, DISTRACTVVM, ET QVORVMCVMQVE ACTVVM EXTRAIVDICIALIVM.

RVBRICÆ PRIMÆ, PARTIS SECVNDÆ, SVPPLEMENTVM TERTIVM.

AGemus hic de Delegatione Contractus, quæ operatur resolutionem primi Contractus, & facit alium Contractum, Dicemus de Acceptilatione, quæ destruit Contractum, Dicemus de Præscriptione Contractus, quæ extinguit Contractum, Dicemus de Confusione Contractus, quæ similiter resoluit Contractum, Dicemus de Compensatione, vbi de Retentione, de Remissione debiti, vbi de Solutione, & Datione insolutum, qui Contractus similiter faciunt inexistentes priores Contractus, Dicemus demum de Effectibus Nullitatis Contractus. De quibus *Nos* etiam egimus in *Tract. de Nullitatibus Iudiciorum in Rubr. 8. qu. 13. & seqq.*

SVMMARIVM.

QVÆST. XLI.

Quid sit delegatio. n. 1.

Delegatio habet vim solutionis. n. 2.

Extinguit hypotecas nu. 3. An Differat Delegatio à Cessione. ibid.

Delegans amplius molestari non potest, quamuis delegatus fiat non soluendo nu. 4. Limita. n. 8. 9.

Delegatus debitor, deleganti soluere non potest. num. 5. 6. 7.

Si nomen debitoris sit datum insolutum, delegans non tenetur ad aliud, nisi ostendere esse illum verè debitorem, non tamen esse soluendo. nu. 10. 11.

Delegatione facta, duplex perit obligatio, debitoris erga delegantem, & delegantis respectu delegatory. num. 12.

Nisi esset pactum in contrarium. n. 13.

Delegatio excluditur per coniecturas contrarias, quæ. nu. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

Quæ sint requisita delegationis? sex. num. 20. Quod delegatus sit debitor delegantis. nu. 21. Contra n. 68. 69. 70. & à nu. 71. ad n. 77.

1. Vt delegatarius sit creditor delegantis. n. 22.

2. Vt promissio à delegato emissa, fiat mandato debitoris delegantis. n. 23.

3. Vt delegatus per stipulationem se obliget. n. 24. Sic acceptatio creditoris, cui fit delegatio. num. 25. 26. 27. 28.

4. Vt non sufficiat se obligari delegatorio, sed vt soluat illi. n. 29. De qua re. n. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. Vbi de acceptatione litterarum Cambij, & similium, & nu. 41. & à num. 42. ad num. 51.

5. Requisitum est, vt cedens liberetur à delegatario. n. 52. 53. 54. 79. 80.

6. Quod promissio facta à delegato sit simplex, & sic delegatarius repræsentat ipse creditum. n. 55. & de dictis requisitis. n. 81. 82. 83. 84.

Differunt Delegatio, Cessio, & mandatum. nu. 56. & à 57. ad nu. 60.

Delegans post delegationem nullam actionem exercere potest contra debitorem. n. 61.

Delegatus debitor soluens ei, cui delegatus fuit, quamuis non esset creditor delegantis, secus si compensaret nu. 62. 63.

Delegatio inuito, & ignorante debitore fieri non potest, secus cessio. n. 67.

Ad inducendam nouationem, mandatum debitoris delegantis præcedere debet. n. 78.

Multoties delegatio non habet vim solutionis, & non liberat debitorem delegatum à creditore delegante. num. 85.

Delegatio potest fieri duobus modis, primo modo extinguendo priorem obligationem, secundo non extinguendo, sed firma remanendo. n. 86.

In dubio an censeatur extincta prima obligatio. num. 87. 88.

Delegatio fit etiam tacitè. n. 89.

Fit delegatio extinctiua inter delegatum, & delegantem, etiam si ille, cui solui debet non sit creditor mandantis. n. 90.

Simplex accollatio debiti pro alio, an extinguat hypotecam creditoris. n. 91. 93. Vbi tota materia accollationis.

Accollans fit principalis debitor. n. 92.

Accollatio succedit loco pretij, sic venditor non potest excipere de non implemento. n. 94.

An creditor agere possit contra accollantem. n. 95. 96.

Anterior creditor hypotecarius delegantis, an possit agere contra nomen debitoris delegati. nu. 97.

Delegatione in quibus casibus debitor non liberatur. num. 98.

Delegatio, an induceatur ex acceptilatione. n. 99.

Delegatio facta ex causa dotis, quæ. nu. 100.

Emptor feudi, delegatum pretium Creditori venditoris, si hic reuocat contractum, ob defectum Regij Assensus, delegatario soluere non tenetur. nu. 101.

Delegatarius exceptionem patitur, quæ ex vitio delegationis procedit. n. 102.

Delegatus, quamuis debitor delegantis, potest opponere delegatario exceptionem delegationis inualidæ. num. 103.

Delegatario non obstat exceptio, quæ iam delegationis tempore competebat, secus si postea oriatur. num. 104.

Delegatorio obstat exceptio non implementi, ex parte delegantis. nu. 105.

Delegantis iussus est necessarius eodem contextu ad inducendam delegationem. nu. 106.

Delegatarius non agit actione delegantis, nec ex mandato illius, sed ex propria stipulatione. n. 107.

Delegatorio non potest opponi exceptio, quam delegatus tempore promissionis sibi competere ignorabat. num. 108.

Exceptio quænam opponi possit delegatario vnde coniicitur, conijcitur si in radice obligationis, quæ erga delegatarium contrahitur, aliquo vitio sit infecta. n. 109.

Delegatarius non potest euitare exceptiones iustas in promissione. nu. 110.

Delegatarius quando repellatur ex non implemento delegantis. nu. 111.

Delegatio insurgit ex duplici accepsilatione. n. 112.

Delegatio est stricti Iuris. n. 113.

Delegatarius quando patiatur exceptionem ex qualitate correspectiuitatis. n. 114.

Exceptio euictionis imminens, quæ noceret delegantis, non nocet delegatorio pretij. n. 115.

Secus etiam si vitium sit insitum in ipsa delegatione. num. 116.

Debitor delegatus nulla exceptione vti potest aduersus eum, cui delegatio facta est. n. 117. Fallentiæ n. 118. 119. 120. 121.

Non competit repetitio contra recipientem delegantis non creditorem. n. 122.

Per delegationem nouatio inducitur, quamuis expressum non sit. n. 123.

Dolus an operetur in delegatione. n. 124.

Non habet locum rescissio in delegatione. n. 125.

Quid sit Delegatio Contractus, & in quo differat à Nullitate Contractus?

Quæst. XLI.

1 DElegatio est obligationis commutatio, nō solum debito in aliud, sed ex persona debente, in aliam *l. 11. ff. de nouat. & delegat. l. 2. C. eodem. Tusc. lit. D. conclus. 142. & seqq. Christin. dec. 180. vol. 4. Tepat. var. sent. tit. 177. Scacc. de commerc. §. 2. gl. 5. n. 280. & seqq. Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 13. nu. 4. Franch. dec. 15.* & ibi *Luca,* & alii *Addentes, Cyriac. contr. 214. 374. 375. 456. Tonnut. lib. 2. qu. 49. Barbosa vot. 126. num. 81. Gusm. de euict. q. 35. à n. 45. & 59. Salgad. labyr. lib. 1. cap. 10. à num. 26. c. 2. nu. 56. p. 3. c. 2. à num. 34. 45.*

2 Delegatio solutionis loco cedit, & est similis solutioni, *l. quamuis, §. interdum, ff. ad Velleian. l. si rem, §. si dno, ff. de nouat. l. inter causas, §. abesse, ff. mandat. Surd. cons. 269. nu. 16. cons. 436. num. 1. cons. 445. num. 8. Vaz axiom. iur. lit. D. nu. 41. Id. Surd. dec. 23. nu. 1. dec. 74. num. 1.* & ibi *Addentes Hodiern. & Censal. Barbos. in repertor. verb. delegatio, Gratian. disc. 64. nu. 2.* & ibi *Luca, Pereira dec. 38. nu. 1. Maur. de fideiuss. §. 5. fol. 564. P. Affl. contr. 35. nu. 3. 4. 5. D. Merlin. contr. 91. n. 10. seqq. lib. 1.* vbi etiam *Scoppa, Sanfel. dec. 360. num. 1. D. Gobius consult. 31. nu. 21. & consult. 33. num. 34.* Roccus *resp. 6. n. 15. lib. 1. Panimol. dec. tom. 1.*

3 Sic extinguit hypotecas, *Merlin. de pignor. lib. 5. q. 13. nu. 4. 6. D. Gobius consult. 32. num. 21. & consult. 33. nu. 34.*

Delegatio, & Cessio, licet aliqui dicant esse eandem, *Olea de Cess. Iur. tit. 1. q. 2. n. 12.* Tamen in stricta significatione differunt, quia cessio nominis, ignorante, & inuito debitore fieri potest, *Gusm. de euict. q. 35. num. 3.* quia debitor nouæ obligationi non obligatur, *Georg. alleg. 39. nu. 24. Leotard. de vsur. q. 39. num. 2.* Sed delegatio non fit nisi consentiense, & promittente debitore, *Gallerat. de renunc. lib. 1. c. 4. num. 18. & Nos infra.*

4 Et delegans amplius molestari non potest, quamuis delegatus efficiatur non soluendo, *Ludouic. dec. 23. nu. 1. Thor. vot. 6. num. 45. Surd. dec. 23.* & ibi *Hodiern. & Censal. & cons. 145. Schettin. in comment. ad l. 3. C. de nouat. c. 4. nu. 3. Gusm. de euict. q. 35. à nu. 45. & 59. Salgad. labyr. p. 1. c. 10. à nu. 26. & c. 27. à num. 56. & 3. p. c. 2. à nu. 34. & 45 Fontanell. dec. 124. & seqq. Cyriac. contr. 101. 105. num. 5. contr. 427. nu. 3. contr. 214. 375. 249. 456. Marescot. lib. 2. c. 11. Tonnut. lib. 2. c. 49. Barbos. vot. 126. nu. 81. D. Capon. disc. 314. 339. Olea de cess. iur. tit. 7. q. 3. nu. 26. Antonell. de temp. legal. lib. 1. c. 36. nu. 7. Merlin. de pign. lib. 5. c. 5. nu. 5. Altograd. cons. 6. num. 36. & seqq. Pegas. res. c. 3. nu. 401. 402. Rota gen. dec. 2. num. 25. Affl. dec. 353. Idem Surd. cons. 828. à nu. 14. Cels. dec. 54 nu. 10. Gobius consult. 33. nu. 34.* Rota *dec. 47. nu. 9. p. 10. R. Sanfel. dec. 360.* Roccus *d. resp. 6. nu. 15. Scacc. de camb. §. 2. gl. 5. nu. 280. seqq. & n. 292.*

5 Sic delegatus debitor delegantí soluere non potest. *Olea de cess. iur. tit. 8. q. 2.*

6 Idem est respectu delegati, qui à Creditore delegante liberatur, & ab eo amplius conueniri non potest. *Ludouic. d. dec. 27. nu. 7.* Quamuis debitor delegatus non fiat soluendo, *Dec. cons. 107. nu. 2. Affl. dec. 253. Rota Gen. dec. 2. à nu. 25. Surd. cons. 828. à nu. 14.* Dummodo tempore delegationis sit liquidus debitor, non tamen esse soluendo. *Magon. dec. Flor. 39. Fab. in C. lib. 4. tit. 29. defin. 15.*

7 Maximè inter mercatores, *Marta dec. 66. nu. 53. Thor. d. vot. 6. nu. 45.*

8 Verum hoc limitatur, vbi delegans sciret verisimiliter delegatum de proximo esse decocturum, quo casu saltem de dolo tenebitur, *Mastrill. dec. 177. nu. 7. Natta cons. 342. Surd. dec. 23. nu. 6. Pegas. d. c. 3. nu. 398. seq. Olea de cess. iur. t. 1.*

tit.7.q.3.nu.7.seqq. Costa in praxi p.1.num.3. Noguerol.alleg.29.num.247. Scaccia sup. num.285. 299. Ex quibus coniecturis præsumatur hæc scientia, Sebettin.in l.3.C.de nouat.cap.4. Surd.d. dec.23. vbi Censal.n.4.

Si dolus esset in eodem contractu delegationis commissus, delegatario opponi non potest, l.doli.ff. de nouat. Thes.lib.3. q.113. nu.3. P. Affl.contr.37.nu.3.9.seqq.

9 Limitatur etiam si delegatarius esset minor, Fab.in C.lib.4.tit.30.de resc.vendit.defin.10. vbi idem probat in maiore, dolo debitoris, & falsis suasionibus inductus, vt malum nomen admitteret.

10 Et si nomen debitoris delegatum sit datum insolutum, ad nihil aliud tenetur delegans, nisi ad demonstrandum delegatum esse liquidum debitorem, non tamen cauere debet illum esse soluendo, Magon.dec.Flor.39. Mantica de tacit. lib.10.tit.13.à nu.9. Fab.in C. lib.4. tit.29.defin. 15. Scaccia sup.n.283.

11 Vnde periculum nominis dati in solutum spectat ad accipientem, l. Iulianus 30.ff.de petit.hared.l.periculum 30.ff.de pignor. l.pupilli 96. §.soror.ff.de solut. Barz.dec.110. Osasch.dec.62. num.10. Mesa var. lib.1.c.43. Censal.ad Surd.d. dec.23. Scaccia sup.num.291. Surd.cons.145.num. 21.lib.1.

Et si per pactum periculum dicti nominis spectaret ad delegantem, non esset delegatio. Scaccia sup.n.286.

12 Sic delegatione facta, duplex perit obligatio, illa scil.qua tenetur mihi debitor meus, quem delego, & ea, qua teneor creditori meo, Ronchegal.l.3.ff.de duob.reis nu.53. Thor.d.vot.6.n.47. & seqq. Scacc.de commerc.§.2.gl.5.n 300.& 302.

13 Verum omnia, quæ diximus de extinctione, & liberatione debitoris delegantis, non procedunt, si esset pactum in contrarium, Surd.d.dec.23.vbi Addentes.Gratian.disc.64.vbi Luca, D. Merlin.contr.91.lib.1.vbi Scoppa.

Puta si delegans promisit se curaturum solutionem, Scaccia sup.n.298.

14 Et delegatio excluditur per coniecturas contrarias, puta si adsit promissio manutentionis exigibilitatis crediti cessi, vel reseruationis priorum iurium, nam in delegatione periculũ totum reijcitur in Creditorem, l.si mandauero, §.ad esse, ff.mandati, Castr.in l.delegare nu.3.ff.de nouat. Rota in bonon.litter.cambij 8. Aprelis 1647 coram Verosp.allata per Merlin. de pign.lib.5.q. 13.nu.13. Calf.dec.54.nu.6.9. Gobius consult.32. nu.22.licet contra n.13.

15 Item iudicium motum à debitore contra debitorem cessum, Rota sup. Nam repugnat naturæ delegationis, Surd.dec.23.nu.2.vbi Hodiern.& Censal.

16 Item reseruatio facta dominij, donec facta fuerit solutio, Rota sup.& post Oleam de cess.iur. dec.11.nu.10. Antonell.de temp. legal.lib.1. c.36. Sabell.§.delegatio nu.4. Scacc.de commerc.§.2.gl. 5.num.286. Gratian.& Luca disc.64. Gobius consult.32.num.22.contra num.23.

Cum alias delegatio transferat periculum nominis cessi in accipientem, Rota post Olea dec.11.nu.11. Surd.cons.23.nu.32.seqq. Burat.dec. 476.n.3. Duran.dec.266.n.15.& 17.

17 Et delegationis causa cessante, cessat ipsa delegatio, & delegatus recusare potest solutionem, Gobius consult.33.n.32.

18 Sic delegatione facta, ita quod delegans non liberetur, nisi prius facta excussione debitoris delegati, delegatarius tenetur prius agere contra delegatum, quam contra delegantem, Gobius consult.32.nu.24. Cyriac.contr.214.num.38. Bertazol.de claus.instr.claus.33.gl.18.sub n.3.

19 Et delegatarius ex causa lucratiua patitur exceptiones ex persona delegantis, P.Affl.controu.36.n.19.

20 Adhoc vt delegatio perfecta, & absoluta dicatur, plura requisita concurrere debent, quorum meminit Gratian. disc.164. Surd.dec.178. nu.4 Pereira dec.38.num.4.5. Idem Surd. dec.23. num.3. Cardos §.delegatio, Pacheco in apolect. iur. eodem verbo, Menoch.lib.3. præs.134.n.65. Thor. d.vot.6.num.36.seqq. Bertazol. claus.33.gl.4.& seqq. Hodiern. ad Surd. dec.187. Brison.de solut. lib.2.tit.de delegat. Donell.lib.16.comment.c.1. & ibi Osuald.lit.N. Mesa lib.1.c.11. Gusm.de euict. q.35.nu.5. Mantica de tacit.lib.17.tit.7.8. Molina de instit.disp.559. Gallerat.de renunciat.tom.1.lib. 1.c.4.nu.18.seqq. Oteiza,& Ollan.lib.2. Paripom. iur.c.7. Olea de cess.iur.tit.1. qu.2.nu.50. & seqq. & tit.6.qu.11.nu.35. Leotard. de vsuris q.39.nu. 2. Nos ad Rouit.cons.75. nu.28. & seqq.lib.1. & Rouit.ibid. Scacc.de commerc.§.2. gl.5. num.300. Parlator.quotid.lib.2.c.fin.2.par.§.12.lim.6. Cels. dec.54.nu.2. P.Affl.contr.35.nu.17.seqq. Roccus resp.6.nu.13.seqq.lib.1. Noguerol.alleg.35.n.12.

21 Primum est, quod delegatus delegantis debitor sit, post mille Pegas.resol.c.3. nu.415.seqq. Hodiern.ad Surd.dec.187.nu.4. Affl.dec.353.nu. 4. Guttier.de iuram.p.1.c.63. num.5. Pereira dec. 204.& 126. P.Affl.contr.35.nu.26. Cyriac.contr. 108.nu.23.contr.214.nu.6.32. De qua re latè infra vers.sed Gratian.

22 Et vt delegatarius sit creditor delegantis, & eius actio ob omni exceptione absoluta, P.Afflict.contr.35.nu.17 seqq.ex l.25. aliud 2. resp ff. de donat. Vide infrà nu.69.

23 2. Requisitum est, vt promissio à delegato emissa, mandato debitoris delegantis fiat, l.delegare, ff.de nouat. Surd.d.dec.23.num.6. Ant. Fab. coniect.lib.18.c.1. Pegas.d.c.3. num.415.seqq. D. Hodiern.sup. Gratian.& Luca disc.64. Ludouis.& Addit.dec.217. P. Afflict. contr.25. R. Sansel.dec. 360. Alderis.de symbol.contract.tit.4.c.10.n.46.

24 3. Requisitum est, vt delegatus per stipulationem obligationem emittat, l.1.in princ. C.de nouat.& 8.l.delegare, Otera,& Olan.sup. Scacc.de camb.§.2.gl.5.nu.281. Barbos.in l.si cum dotem, in princ.ff.solut.matrim. num.9. Rota dec.6. post Olea de cess.iur. Turri de cambijs disp.2.q.8. num. 42.seqq. D.Scoppa ad Merlin.contr.91.nu.5. Andreol.

dreol.contr.91.nu.2. Luca in labyr.ceff.iur.via 12 num.3.& vlt.Turri de camb.disp.2. q.6.num.41. seqq.Pegas.d.c.3.nu.431.seqq. D. Hodiern.sup.P. Affl.contr.35.nu.22. Vbi limitat inter Mercatores ex Put.dec.124. lib.3. Dec.cons.421. num.7. Couar.var.p.2.c.6. de solut.nu.72. D.Mansi consult.15.nu.13. Et secus etiam de Iure Canonico ex tex.c.1.de pactis.Antonell.de temp.legal.lib.1. c.36.num.18.19. Ferret.cons.129.nu.6. Genuens. pract. Eccles.q.765.

25 Sic requiritur acceptatio Creditoris, cui fit delegatio, Schettin.ad l.2.C.de nouat.r.4.nu.1.2. Altolin.res.18.nu.27.Roccus resp.6. nu.13.lib.1. Noguerol. lleg.35.n.12.

26 Sic delegatio non nisi consentiente, & promittente debitore perficitur, l.1.l.neque Creditores,C.de nouat.Gallerat.de renunciat.tom.1.lib. 1.c.4.nu.18.Thor.voto 6.à nu.34.Acosta de priuil.credit.reg.2.ampl.6.num.54.seqq. Hodiern. ad Surd.dec.187.Olea de ceff.iur.tit.6. q.11.num.35. & tit.2.q.2.à nu.50.Turri de camb. disp.2.q.8 à nu.41.Parlador.lib.2.quotid.c.fin.2.p.§.12.lim.6. Canaler.dec.38.nu.6 dec.137. num.1. Duran.dec. 266.nu.22.dec.310.nu.5. Ludouis.dec.217.nu.3. Burat.dec.749.nu. 20.Rota rec.dec.134.nu.6.p.4. Altolin.res.18.num.27. D.Constantin.ad statut. Vrbis annot.26. num.171.& 177. Noguerol.alleg.35.nu.12.

27 Et quo oritur, quod debitori cesso, ius excipiendi ex his,quæ obstarent cedenti non auferetur,& debitori delegato ius excipiendi denegatur, quia patiens delegari, & promittendo soluere delegatario,exceptionem, si qua habebat,remittere intelligitur,& quasi donare videtur, D.Merlin. contr.91.lib.1. R.Ponte cons.67. tom.2.Olea tit.6.qu.11.nu.35.36. Retes de donat. c.5.nu.8.9 fol.61.Gregor.Lop.l.19.gl.4.tit.14.p. 5.Gusm.de euict.q.60.num.28. Salgad. labyr.p.3. c.6.§.vnic.à nu.24.& 36.Ricc.p.4.collect.1185. Cyriac.contr.214.

Sed Cancer.var.lib.2.c.6.num.84.dicit, quod debitor cessus, qui promisit soluere delegatario, possit opponere exceptiones competentes deleganti.

Si non sit delegatio, sed tantum debitor cessus promiserit soluere,Thes.lib.3. qu.111. contra tenet Olea de ceff. tit.6. qu.11.nu.36. ex Leotard.de vsuris qu.71.nu.30.& qu.94.num.77. loquens in exceptione metus,& vsuræ. Et limitat in minore,& muliere,Scacc.commerc.§.2.gl. 5.à nu.280.

Sed contra dicit Fab.in C. de action.& obligat.defin.1.& lib.12.coniect.11.

Sed opinio Cancerij est verior, quando non esset formalis delegatio, quod exemplificatur: Quis vendidit prædium, & delegauit pretium Titio soluendum,dum agebat delegatarius pro solutione, excipiebat illa de euictione imminente,exceptio,an sit admittenda.Et licet Merlin.contro.9. Maccerat.rap.60.cas.17.teneat non, Tamen contra sunt Andreol.contr.270.num.7. Vbi quia cessat causa delegationis, qua cessante cessat delegatio,ex Dec.cons.421. nu.14. Rota post Zacch.de obligat.Camer.dec.113.n.8.Amat. res.21.Cyriac.contr.108.nu.2.contr.427.

An anterior Creditor hypotecarius delegantis agere possit contra nomen debitoris delegati.Quod non,quia delegatio est quædam solutio.Mantica de tacit.lib.17.tit.7. nu.5. Et sic extinguatur hypoteca prima delegantis, Duran.dec.266.

Sed contra quod possit agere dicunt Cyriac. contr.238.& seqq.Noguerol.alleg.35. Amat.res. 51.nu.19.Mariu.res.71.nu.9. lib.1.Fontanell.de pactis cl.5.gl.8.p.6.nu.47.Merlin.de pignor.lib.2. qu.32.nu.4.Salgad.labyr.p.1.c.10.num.55. Card. Luca de credit.disc.18.nu.36. Carol.Ant.de Luca in Spicileg.q.38.num.4. vbi quod Noguerol.reijcit Manent. cons.18. Idem Carolus Ant. Luca in labyr.ceff.iur.via 12.n.10.

28 Sic cessantibus requisitis delegationis, periculum decoctionis debitoris cessi, spectat ad Cedentem,alias non.Cels. d.dec.54. Olea de ceff. iur.tit.7.q.3. num.19.seqq. Rota dec.47. num.3. p.10.rec.

29 4.Requisitum est secundum Paul.in d.l.delegare in eo,quod delegatus non recedat à forma suæ delegationis,seu commissionis,nam alter si ab ea recedat neq;nouatio inducta dicetur,neq; principalis debitor liberabitur D. Hodiern.sup. Quo fit, vt si quis debitori mandauerit, vt id, quod ei debetur creditori suo soluat, sed tantum promittat se soluturum debitum delegatum,nec delegatio inducitur, nec debitor liberatur,ea ratione,quia, cum delegato mandatum fiat,non vt promitteret, sed vt solueret, & ipse tantum promiserit;formam delegationis excessit contra naturam mandati, quod ad vnguem obseruari debet,l.diligenter,ff.mandat.l.potest,ff. eod.c.qui ad agendum,de proc.in 6.Surd.cons.105. nu.25.Mantica de tacit.lib.7. tit.12. Tusc.lit.M. conclus.39.Cyriac.contr.278.num.6.seqq.Sic in hac specie delegatio non contrahitur, Cagnol. in l.singularis num.161. Soccin.& omnes in l.qui vsufructum,ff.de verb.signific.Pegas.d.c.3. n.438. D.Hodiern.& Surd.dec.187. P.Affl.controu.35. num.32.

30 Verum hæc sententia dubia redditur, quia promissionem loco solutionis haberi efficaciter probat tex.l.vlt.C.ad l.falcid. ibi: siue voluerit,siue promiserit, l.inter causas §.1. ff.mandati. Igitur sicut si delegatus solueret,prior debitor liberaretur, sic eodem modo, eadem liberatio contingere debet, si delegatus promittat se soluturum, ideo contrariam sententiam tenent Rota Gen. dec.2.num.25. Menoch.de præsumpt. præs.34.num.68.Stracch.de decoct.5.p.n.5. Qua opinione retenta, contrariis respondet Pegas. sup.num.442.Scacc.de commerc.§.2.gl.5.nu.280. & seqq.

31 Ex quibus infertur ad casum propositum per Bart.in d.l.singularia num.19. de debitore cuiusdam Mercatoris, qui mandauit, vt creditori suo solueret, sed mandatarius verò, mandatum

datum excedens,spopondit soluere id,ad quod mandans tenebatur,an hoc casu mandans liberetur,etiam si mercator decoxerit, vel effectus sit non soluendo, creditor possit habere recursum contra priorem debitorem;& dicendum est priorem debitorem fuisse liberatum, cum ex dictis,sit vera delegatio,*DD.io d.l.delegare, Magon.d.prœs.134.num.49. Barbos.in l.si cum dotem,in princ.nu.7. ff.solut.matrim. Thor.d.vot. 6.num.40.& seqq.Surd.cons.436.nu.1. vol.3.Rouit.cons.75.num.3.lib.1.*vbi *Nos nu.*18. *Gratian. & addentes dec.*117. *Barz.dec.26. Sesec.de commerc.§.2.gl.5.num.300. Parlador.lib.2.quotid.c. fin.2.p.§.12.lim.6. Merlin.de pignor. lib.5. qu.13, nu.9. DD.apud Scacc.de commerc.§.2.gl.5.nu.63, 244.Rota diuers.dec.445.*

Verum quod per promissionem solutionis, non fit facta vera delegatio , & sic quod delegans non liberetur,si mandans iusserit soluere, & ille non soluat,sed se obligat soluere, *Mantica de tacit.& ambig.lib.17.tit.8. nu.13.seqq. Ansald.de commer.disc.17.num.26.P.Afflictoo.contr.35. num.32. Idem Mantica de coniect. lib.11.tit.17. 35.Bal.cons.348.sect.349..Affl.dec.353.n.2.3.*

32 Alij distinguit, quod vel iste Campsor, qui promisit tibi pro me,non habebat pecuniam meam , & sic non erat debitor meus, & tunc non fit nouatio,& consequenter ego non sum liberatus , quia ille Campsor est solum fideiussor,contra quem potest agi etiam Titio debitore principali non excusso , propter fidem,quæ adhibetur talibus Campsoribus publicis , secus si ille non esset Campsor . Vel si Campsor habebat Titij pecuniam , & sic erat Titij debitor,& iussu illius promisit , & tunc est vera delegatio. *Rota Gen.dec.19. Franch.dec.303. nu.3. in fine .*

Sed pro prima opinione est *Scacc. d.gl.5.nu. 296.*vbi respondet contrariis.

Quæ conclusio prima non procedit quando debitor delegans , seu debitor delegatus promittit se facturum,& Curaturum, quod is, cuius nomen delegatur soluat , nam isto casu periculum erit ipsius debitoris delegautis , seu Campsoris, dummodo Creditor reddat litteras cambii illi Campsori, *Alex.cons.94.num.3. Surd. dec.23.n.9.10.*vbi *Ceofal.& Hodiero.*

33 Licet de stylo Mercatorum aliter seruetur, *Bertazol.de clausul.cl.33. gl.18.num.4. Gratian. d.sc.64.nu.5.6.*vbi *Luca, Fachin.contr. lib.2.c.73. & lib.11.c.53.Sbbettiu.in l.3. C. de nouat. cap.4. num.27.*

34 Licet contra etiam in Mercatoribus dicat *Gratian. disc.64. nu.1.Pascal.de virib.patr.potest.p.1. c.8.num.71.Gait.de cred.c.2.à num.2377. Castill. lib.5.contr.77.Amat.res.47.Fontanell.dec.124.0. 6.dec.125.Carleual.de iudic. lib. t. tit.3. à nu.24. Acosta de priuil.credit.reg.2.ampl.6 nu.71.Tonnut.qq.ciuil.q.90.à nu.6. Merlin. de pignor.lib.4. q.150.à n.54.*

35 Nec est dicendum: per interuentum nouæ personæ delegationem,& nouationem prioris obligationis fuisse inductam , quæ translata est in acceptationem , nam multa differunt inter hanc casum,& veram delegationem , *Olea de cess.iur.tit.7. qu.3. num.26. Hodiern.d.dec.187. num.5.*

36 Si verò Mercator , cui litteræ sunt directæ adnotet in libro Banci , creditorem illum,qui præsentauit illas , in quantitatibus in litteris illis contentis, tunc, ex quo creditor videtur secutus fidem illius mercatoris , si deficiat , ad nihilum tenetur debitor, *Tonnut.cap.99.à num. 11.Salgad.labyr.p.3.c.2. nu.36. Nos ad Rouit.d. cons.75.nu.19.seqq.lib.1.*

37 Sic delegatione facta , ità vt delegans non liberetur , nisi facta discussione debitoris delegati delegatarius debet agere prius contra delegatum,quam delegantē , *D. Gobius consult. 32.nu.24.*

38 Verum fit delegatio,& nouatio non quando fit traditio cedulæ contra debitorem absentem,cum facultate exigendi , *Altograd.cons. 37.nu.24.seqq. Merlin.de pignor.lib.5. qu.5. nu.6. Duran.dec.266.num.16.17.* vbi *num.18.* dicit in dubio cessionem præsumi factam simpliciter ex causa solutionis . Sed quando fit creditori acceptanti,præsenti,& consentiente debitore cesso,fit traditio Cedulæ cum expressa facultate exigendi . Et tunc hæc cessio habetur eo ipso loco solutionis , ita vt ex tunc debitor cedens liberatur, cum creditor nominis cessioni consentit,*Merlin. sup.nu.3. Altograd.d.cons.37. num.22.23.27.*Vbi subdit,quod delegans tenetur solum ostendere debitorem delegatum fuisse vere,& efficaciter debitorem delegantis, non autem tenetur eum præstare locupletem, & soluendo,*Duran.dec.266.nu.17. Ludouis.dec. 217.num.7.* Vnde periculum nominis post cessionem contingens,in tali casu ad Cessionariū, pertinet,*Altograd.sup.n.28.*

39 Sed quod Delegatio non inducatur per acceptationem litterarum,factam ab eo, cui diriguntur, *Olea de cess.iur.tit.7.q.3. num.26. Molina de iustit.disp.559. Gait.de credit.c.2. ex num. 2377. Fontanell.dec.124.125. Merlin. de pignor. lib.4.qu.150.nu.254. Borrell.in summa dec.tom. 2.tit.13. num.93.* R.*Mariu. ad Reuert. dec.232. n.2.& 429.nu. 1.& lib.2.res.c.89.* & ibi *Rodoer. Acosta de priuil.credit.reg.2. ampl.6. ex num.71. Amat.resol.47.Fab.in C. lib.4.tit.5. defin.1. Nouar.lib.1.quæst.33. D.Hodiern.ad Surd.dec.187. Carleual.de Iudicijs lib.1.tit.3.ex nu.24. Luca ad Franch.dec.303.nu.7. Tonnut.res.90. ex num.6. Thor.vot.80.nu.22.seqq.Maur.allrg.62.Grnua de stript.priuat.in rubr.de litt.camb.nu 76.Turri de camb.disp.2.q.12.nu.10.*In nostro Regno esse receptam sententiam dicunt *Rouit.in pragm. 1.de litt.camb.num.1.2. D.Mariu.ad Reuert.dec. 232.R.Capyc.Latr.dec.20.*& ibi,*Manfrella nu.1. Gratian.disc.64.nu.1. Fontanell.dec.126. num.6. & dec.125 Merlin.de pignor. lib.4.qu.150. à nu. 54.Nos ad Rouit.cons.75.nu.22. lib.1. Pegas.resol.c.3.num.449.*vbi *Nos*,& alios *DD.*refert,& sequi

sequitur, & alios contrarios refert, & impugnat, & bene, & decisum refert per suum Senatum anno 1663. *Noguerol. alleg. 16. nu. 8. Roccus Tract. de litter. cambij*, nota 24. *& seqq.* vbi tota materia.

40 Quæ conclusio procedit, quamuis mora creditoris in præsentando litteras intercesserit, *Nouar. d. qu. 33. Hodiern. sup. nu. 4. Fontanell. dec. 125. Castill. lib. 5. contr. 77. vers. quartus casus, & vers. quod si adhuc, Marescot. lib. 2. resolut. 11. Crizz. ad Capyc. Latr. dec. 20. num. 16.* Quidquid aduersus *Castill. Marescot. & Hodiern.* dicat *Olea sup. num. 39.* contra quem est *Luca ad Franch. d. dec. 303.* dicens ex *Fontanell. sup. nu. 17. 18.* eandem moram, remissam iri, iudicis arbitrio, & non dissentit *Olea sup. Roccus sup.*

41 Quid si litterarum Dominus, debitoris fidem sequutus sit, & vice litterarum sibi directarum, alias, alteri directas, dedisset, *Olea* dicit *sup. num. 43.* scribentem esse liberatum contra *R. Capyc. Latr. d. dec. 20. Gait. sup. num. 2413. Pascalem de vir. patr. potest. p. 1. c. 8. num. 71. Afflict. dec. 353. Roccus sup.*

42 Sed contrarium est verius, nam per receptionem aliarum litterarum, non videtur Creditor acceptantis fidem sequutus, sed litteræ videntur datæ potius pro faciliori exactione, quã insolutum, *Rota Rom. dec. 11. num. 3.* post eundem *Olea*.

43 Quamuis acceptans soluere cæpisset, *Maur. alleg. 62. Rouit. in prag. 1. de litter. camb. nu. 3. Nos ad Rouit. cons. 71. nu. 7. lib. 2. Luca ad Franch. dec. 303. num. 9. Scoppa ad Merlin. controu. 11. num. 4. lib. 2.*

44 Limitatur prima conclusio ex *Pascal. sup.* in creditore negligente, post acceptionem litterarum à Campsore, exigere debitum, nam negligentia Creditoris scribenti nocere non debet, *Scacc. d. qu. 10. nu. 325. Fontanell. dec. 125. nu. 15. & seqq.* vbi decisum refert, & dec. 124. *Roccus sup.* Idem si acceptatio litterarum Cambij fiat per consensuum coniunctionem, nam tunc perficitur contractus *Card. Luca de benefic. disc. 93 num. 8.*

Quidquid dicat *Add. ad Ludouis. dec. 217.* nã eius dictum procedit quoties debitoris mora notabilis est, *Roccus resp. 3. lib. 1. Rodoer. ad Marin. lib. 1. ref. 80. nu. 3.*

45 Limitatur secundò, in Creditore, qui recipit apocam solutionis, Banco directam, & in eius creditum, in libris Banci, descriptam, nam eo casu, licet sequatur decoctio Banci, iura sua, per receptionem apocæ, & descriptionem pecuniæ, in eius creditum, in libris Banci, sunt extincta, nam descriptio illa habet vim solutionis, *Tonnut. d. c. 90. num. 12. Gait. & Pascal. sup. Olea sup. nu. 43. Salgad. labyr. p. 3. c. 2. nu. 36. Nos ad Rouit. cons. 75. num. 23. lib. 1. Noguerol. d. alleg. 16. num. 8.*

46 Idem est si recepta apoca Banco directa, in satisfactionem crediti, negligens fuit à Tabula nummularia, vel Mercatore pecuniam recipere, nam decocto banco, in illo interim, & si in libris illius, pecunia in faciem giratarij descripta non sit, debitor ad nihilum tenetur, *l. qui decem, ff. de solution. Leotard. de vsuris q. 59. nu. 37. & seqq. Gait. de credit. c. 2. nu. 2413. Carleual. de iudic. d. disp. 6. ex num. 27. Larrea alleg. 85. num. 6. Bayo lib. 2. prax. qu. 105.* decisum refert per S. C. *Manfrell. ad Capyc. Latr. d. dec. 20. nu. 7. Tonnut. d. c. 90. nu. 52. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 150. num. 62. 74. Nos ad Rouit. d. cons. 75. nu. 24. lib. 1. Roccus sup.*

47 Idem est in illo, qui dilationem dedit Campsori adsoluendam, *Gait. & Olea sup.*

48 Limitatur tertiò. In illo, qui partem debiti à Campsore recepit, tempore, quo erat soluendo, & post eam mutauit conditionem, nam culpæ suæ debet imputari, dum quando totum potuit exigere, vt illi gratior esset, non exegit, & interim est decoctus. *Olea sup. nu. 4. Nos ad Rouit. cons. 71. num. 7. lib. 2. Luca sup.* post *Pereira, Maurum, & Thorum ex tex. l. 4. C. de nouat. Gait. sup. nu. 2416. Pereira dec. 126. nu. 7. Pegas. d. t. 3. num. 191. & 459. Doctiss. D. Tristany dec. 19. nu. 75. Manfrella ad Capyc. Latr. dec. 20. num 9. Roccus sup.*

49 De Iure nostri Regni Neapol. per *pragm. 6. §. 4. de litter. camb.* mandatur, quod maturato vsu, & non sequuta solutione, Creditor post quatuor dies tenetur facere protextum, *Rodoer. ad Marin. d. c. 80. nu. 4. Scacc. sup. nu. 326. & q. 8. nu. 246.*

50 Quam pragmaticam non ligare Clericos dicit *R. Marin. ad Reuert. dec. 232. nu. 2. Card. Luca de interess. & litter. camb. disc. 22. nu. 7.*

51 Delegatio inter mercatores probatur coniecturis, nec requirit formalem stipulationem, *D. Constant. ad stat. Romæ, annot. 26. num. 191. 192. tom. 1. Franch. dec. 303. Fontanell. dec. 124. num. 11. Medic. dec. 66. num. 39. seqq. Mansius consult. 339. n. 34. 37.*

52 5. Alterum requisitum necessarium est, vt cedens liberetur à delegatario, *Fab. defin. 1. C. de obliga. & action.* Et delegatus proprio nomine se obliget delegatario, *Luca l. byr. cess. iur. via 12 nu. 3. & vlt. Ludouis. dec. 217. num. 3. Burat. dec. 446. num. 11. Merlin. d. contr. 91. num. 12. Staiban. res. 96. nu. 9. & obs. nu. 12. 21. Aldens. de symbol. contract. tit. 4. c. 10. num. 45. in fine, Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 13. nu. 9. Olea de cess. iur. tit. 7. q. 13. num. 27. & qu. 11. num. 35. tit. Gallerat. de renunciat. c. 14. num. 18. Thor. vot. 6. num. 40. & seqq. Hodiern. ad Surd. dec. 187. Noguerol. alleg. 35. num. 12.*

53 Nam alias non est delegatio, licet adsit verbum, *delegatio, Rota dec. 302. p. 5. rec. nu. 28. Duran. dec. 266. nu. 16. dec. 150.* post *Merlin. de pign.* eum delegatio includat necessariam nouationem, *l. delegare 11. ff. de nouat. l. pupilli 96. ff. de solut. l. 3. C. de delegat. D. Scoppa ad Merlin. d. controu. 91. nu. 4. Surd. dec. 23. nu. 5.* & ibi *Censal. n. 1. Franch. dec. 303. D. Galeot. contr. 22. à nu. 13. lib. 1. Marin. lib. 1. c. 80. Pereira dec. 126. Mastrill. dec.* 221.

121. *Farinac. dec. 679. Molina disp. 549.*

54 Sed non est necesse, vt promissio fiat in eodem instanti delegationis; quia sufficit fieri ex interuallo. Expressa promissione deficiente, non sufficit elicita ex solutione per plures annos, quia ad perfectionem delegationis exigitur, vt ex ea subsequatur primi debitoris delegati liberatio, vt nullo modo suppleri valeat per solutionem fructuum, *Merlin. de pignor. lib. 5. q. 13. nu. 9. Cancer. var. p. 2. c. 6. num. 80. Luca labyr. cess. iur. vta 12. in fine.*

55 6. Requisitum est, quod promissio, quæ fit à delegato sit simplex ab absoluta, ità vt radix ipsa obligationis in persona delegatarii incipiat, non autem illi fiat tanquam repræsentanti delegantem, eiusq; successori, & cessionario, *Cancer. var. p. 2. c. 6. de solut. nu. 84. P. Affl. d. contr. 35. nu. 23.*

56 Differunt delegatio; cessio, seu mandatum, cum per Cessionem directas actiones cedens non amittat, per delegationem nec directæ apud eum remaneant, quia obligatio penitus extinguitur, *l. 3. C. de nouat. Ofuald. ad Donel. lib. 16. comment. iur. ciu. c. 2. lit. H. Olea de cess. iur. tit. 1. q. 2. nu. 54.* post delegationem factam delegãs non potest agere, neq; debitorem delegatum liberare, *Laurent. dec. Aue. 99.* Alias non dicitur facta delegatio, si apud delegantem remaneant actiones efficaces aduersus debitorem, quarum ratione agere queat, *Ofusch. dec. 62. nu. 9. Soccin. cons. 35. nu. 21. lib. 4.*

57 Quæ differentia procedit etiam circa exceptionem, *Cancer. var. lib. 1. c. 2. nu. 63. & seqq.* vbi dicit quod exceptio conditionis indebiti, quæ obstat deleganti non obstat delegatario, sed quæ obstat cedenti, obstat cessionario. *Idem Cancer. ib. 2. c. 6. num. 69. seqq.* Concedens, quod si esset facta delegatio, certum esset, emptorem non posse opponere exceptionem litis motæ, & euictionis imminentis aduersus delegatarium, secus si cessio facta fuisset, & non delegatio, quia licet emptor acceptasset, & promisisset soluere delegatario per pactum, deficiebat stipulatio, quæ necessaria est ad delegationem, etiam de Iure Canonico.

58 Sic cessante delegatione, & facta simplici cessione, absente debitore cesso, & per stipulationem non se obligante Cessionario aliis tribus modis enumeratis per *Imperatorem in d. l. 3. C. de nouat.* cedenti non permittitur experiri aduersus debitorem cessum, vel ab eo solutionẽ habere, aut eum liberare, aut cum eo pacisci, vt in *d. l. 3. Schettin. in enudat. ad d. l. 3. C. de nouat. c. 4. nu. 13. 14.*

59 An Delegatio, & Cessio differant, videtur dicendum non. *arg. l. 2. C. contr. act. entel.* vbi *Godofred. l. idem, §. si cui mandauero, ff. mandati, Olea de cess. iur. tit. 1. q. 2. n. 12.*

60 Sed in stricta significatione differunt, quia Cessio nominis non solum ignorante, sed etiã inuito debitore fieri potest, *Gusm. de euictio. q. 35. nu. 5.* Quia debitor nouæ obligationi non obligetur, *Georg. alleg. 33. num. 24. Leotard. de vsuris qu. 39. n. 2. Scoppa ad Merlin. contr. 91. num. 5. lib. 1. D. Dondens consult. 22. num. 10. Herring. de fideiuss. c. 20. §. 4. de delegat. n. 5.*

61 Delegans post delegationem nullas actiones retinet contra debitorem, sed cedens directas retinet, ex *Hotoman. Ofuald. lib. 10. comment. c. 20. lit. N. Olea tit. 1. qu. 2. n. 53.*

62 Delegatus debitor, qui soluit ei, cui delegatus fuit, liberatur, licet non esset creditor delegantis, aliud esset si non solueret, sed compensaret, vel pactum ei faceret de non petendo, *Cyriac. contr. 108. num. 2. seqq. contr. 208. & 427. contr. 214. Olea de cess. iur. tit. 8. q. 2. nu. 39.*

63 Sic delegatus debitor, qui soluit ei, cui delegatus fuit, qui re vera creditor non erat delegantis, nullam aduersus eum condictionem habet, sed deleganti competit, *Olea d. quæst. 2. num. 39.*

64 Cessio, vt habeat vim delegationis, & insolutum dationis: & solutionis, ità vt cedens remaneat liberatus. *Sabell. §. delegatio nu. 4.*

65 In omnine debitoris cesso pro dote, *Luca Inspectleg. cess. iur. q. 36. n. 3. seqq.*

66 Nam fauore dotis, nomen debitoris cessum, delegatum, aut datum insolutum, si sit euictum, vel nõ soluẽdo. cedens nõ liberatur, *Castill. dec. 5. n. 12. Grat. disc. 706. n. 62. Mágil. de euict. q. 145. num. 37. 41. seqq. Mart. Medic. dec. 66. nu. 56. seqq. Altograd. cons. 16. nu. 13. Carena res. 184. nu. 8. 9. D. Galeot. contr. 32. nu. 2. lib. 1. Palma consult. 22. num. 8.*

67 Delegatio inuito, & ignorante debitore fieri non potest, secus Cessio, *Olea de cess. iur. tit. 1. q. 2. nu. 51. & tit. 6. q. 11. num. 35. l. 1. l. 6. C. de nouat. Fabin C. lib. 4. tit. 7. defin. 1. in alleg. num. 13. Capon. de pactis, & stipul. q. 12. disp. 6. num. 2 1. 22. Leotard. de vsuris qu. 39. Gallerat. de renunciat. tom. 1. lib. 1. c. 4. nu. 18. seqq. Arias de Mesa lib. 1. var. c. 11. nu. 1. 2. Cancer. var. p. 1. c. 2. d num. 65. D. Dondens consult. 22. num. 10. ex Seneca de benefic. lib. 2. c. 18. Herring. de fideiuss. c. 20. §. 4. de delegat. num. 5.*

68 Sed *Gratian. discept. 64. num. 16.* dicit, vt sit locus delegationi, requiri tria, quod delegatus sit debitor delegantis, quod per stipulationem promittat Creditori soluere, mandante creditore, Et quod promittat, tanquam debitor, *Surd. dec. 23. num. 5. & seqq. Hodiern. ad Surd. dec. 187. num. 4. seqq. Altograd. cons. 6. num. 5. seqq. lib. 1. Scacc. de commerc. §. 2. gl. 5. nu. 280. Rotæ resp. 6. num. 13. lib. 1. Ansald. de commerc. disc. 1. num. 20. Ludouis. dec. 117. nu. 3. Antonell. de temp. legal. d. c. 36. nu. 17. Mascard. conclus. 1107. num. 5. Marescot. var. lib. 2. c. 11. nu. 3. seqq. P. Affl. contr. 35. nu. 16. seqq. 24.* Et quod sit debitor præsenti, verè, vel putatiuè, *Schettin. in comment. ad l. 3. C. de nouat. c. 4. n. 4.*

69 Sed quod non sit necesse, quod delegatus sit debitor delegantis, dicunt *Aret. cons. 5. nu. 1. Alciat. in l. singularia, ff. si certum pet. col. 6. Afflict. dec. 353. num. 4. Menoch. lib. 3. præs. 134. num. 38.*

Gut-

Gutier.de Iuram.p.1.c.63.nu.5.Pereira dec.104. t 26.nn.3.Cyriac.contr.214. num.6.32. & contr. 108.num. 23.Mantica de tacit.lib.17. tit.8.num.4. Rouit.cons.75.lib.1.D.Rosis obs.p.1. c.3. num.11. vbi quod repetit quantitates solutas à delegante,

70 Sed contra quod sit necesse,quod his,qui delegatur,sit debitor delegantis *Barz. dec.26.nu. 3.Cartar.dec.126.nu.4. Rota Gen.dec.2. num.23. 24. D.Merlin.contr.31.nu.33.34.lib.2. D.Thodor.alleg.76.num.8.D.Staiban.res.96. nu 8. Gratian.disc.64 nu.16. Ansald.d.disc.1.num.14.Pegas. res.t.3.num.415.seqq.Medic.dec.66.nu.9. Mantica de tacit.lib.17.tit.8.*

71 Vnde *P.Affl.d.contr.35.nu.27.* conciliat has opiniones contrarias. Nam aut quærimus si sit necessarium ad delegationem, quod delegatus debitor sit delegantis,ad finem, vt delegatario exceptionem, quæ deleganti obsisteret, opponere non valeat, & verior est sententia secunda,quod minimè hoc exigatur ex tex. *l.si non debitorem,l.si quis deligauerit.l.si Titius, ff.de nouat. & l.delegare,ff.eodem,Mantica de tacit.lib. 17.tit.8.nu.4.*

72 Nisi delegatus esset mulier, nam hæc si non foret verè, & efficaciter debitoris delegantis, neq;posset pro eo, veluti delegata obligari,quia esset intercessio, *l.quamuis,§.si mulier il 2.ff.ad Velleian.*

73 Immò si esset verè debitrix, sed tanquam extranea, & non tanquam debitrix, nouandi animo pro debitore promiserit, esset etiam intercessio;non delegatio.*gl.in l.quãmuis alias non putant,§.si mulier,il 2.verb.pro secundo,in fine*, & ibi *Castr.*& alii.*ff.ad Velleian. P.Affl.d.contr. 35.num.28.*

74 Si vero fingens se debitricem delegantis insciõ delegatarium deciperet, *Velleiando succurrenda non esset,l.fœminis,C.ad Velleian.l.sed si ego,ff.eod.* Dum tamen delegatarius ipse curiose perquisierit veritatem negotij, & mulieris calliditatem non propria supina,vel affectata ignorantia deceptus fuerit,*DD.in auth.si qua mulier.C.ad Velleian. D.Merlin.contr.55.nu.13. 14.lib.1.D.Staiban.res.42.n,24.seqq.*

75 Aut vero quæritur de necessitate debiti erga delegantem,ad finem;vt delegans ipse nouatione per huiusmodi delegationem liberetur, & verior est prima opinio,quod hoc respectu, nisi delegatus debitor sit delegantis, non sit vera delegatio,nec delegans liberationem consequatur,*Dec.in l.singularia nu.27. ff.si cert.petat. Alex.cons.60.lib.4.& cons.173. lib.7. Rota* Gen. *dec.19.n.7.*

76 Præterquam si essemus inter mercatores, inter quos secunda seruatur opinio, & promissio acceptata vim solutionis habet, quamuis promissor non sit debitor mandantis, *Mantica d.tit.8.nu.15.P.Affl,sup.n.30.31.*

77 Delegantis verum debitum erga delegatarium exigitur, vt iste de exceptionibus ex facto delegantis reddatur immunis, & delegatarius ex causa lucratiua patiatur exceptiones ex persona delegantis,*Cancer.var.p.1.c.2. num.69. P.Affl.contr.35.nu.vlt. & contr.36.n.19.*

78 Idem *Ansald.disc.17. num.12. & seqq.* dicit quod ad inducendam nouationem, mandatum semper debitoris delegantis præcedere debet, *Dec.in l.singularia nu.27.ff.si certum petat.Scacc. de commerc.sup.nu.280.281.Altograd.cons.6.nu. 59.71.72.lib 1.Canaler. dec.137. Medic.dec.66. num.9.Mantica de tacit.lib.17.tit.8.*

79 Et idem *Ansald.num.15.& 26.* ponit exemplum delegationis apud *Soccin.sen.in l.stichum, §.fin.nu.3.ff.de nouat.* vbi ait: *aliquando,& primò iubeo debitori meo, quod soluet,vel promittat creditori meo, & tunc promittendo ego liberor, & debitor meus obligatur Creditori meo, & a me liberatur*, eadem verba ponit *Altograd. d.cons.6. n.77.Mansi consult.344.n.33.*

80 Et ibidem inoleuit consuetudo inter mercatores, quod statim atque fuerit datum huiusmodi mandatum, & respectiue dictum à mandatario: *promitto tibi pro tali*, vel *loco talis*, dicatur facta nouatio,*Altograd.d.cons.6.num 44.45.* vbi adducit *Rotam Ian.4 nu.9.10.11.*explicans hanc consuetudinem,quãdo nempe promissio facta est de mandato creditoris, & acceptata ab eo cui solui debet in executionem mandati, quia tunc habet vim veræ solutionis, ex notoria mercatorum consuetudine, & refert in idem *Scacc.de commerc.§.2.gl.5.nu.63.* & adducit eandem *dec.4.Rotæ* Gen. ex *nu.9.* & repetit *nn.244 245.Medic.d.dec.66.ex nu.11. & nu.24. seqq.Affl dec.353.n.3.seqq.*

81 Delegatio per interuentum nouæ personæ, quæ sit debitrix delegantis, liberat debitorem, quando creditor illam acceptauit, & debitori finem fecit, *Feller. in add. ad Maranta p.6. vers.Testium productio nu.49.Affl.dec.353. Menoch.lib.3.præs.l.34.num.50.seqq.Tusc.lit.D.conclus.144.Rota p.12.rec.dec.155. & dec.215. Gratian.& Luca disc.968.num.13. Medic.dec.66.nu. 8.seqq.Canaler.dec.38.nu.6.& dec.137. Ludouis. dec.217.nu.3. Altograd.cons 6.num.19.seqq. lib.1. Rota p.10.rec.dec.91. Sanfel. & Addit.dec.360. Cyriac.contr.214 Castejon.verb.delegatio,Castill. lib.4.contr.59.nu.34.Muta dec.33.nu.1. R.Ponte cons.87.nu.5.lib.2.* D.*Merlin.contr 91.à num.10. lib.1.P.Affl.contr.35.nu.2. & seqq. Merlin.de pignor.lib.5.tit.1.qu.11. Olea de cess.iur.tit.7.q.3. nu.26.& dec.11.*post *Tract.nn.2.*

82 Et liberat etiam fideiussores, *Maur. de fideiuss.par.2.sect.10.§.1. Gratian.* vbi *Luca disc.64. 251.& dec.117.*vbi etiam D.*Scoppa.*

83 Multoties delegatio non habet vim solutionis, & non liberat debitorem delegari à creditore delegante.*Surd.dec.23.* T*usc.lit.*D. *conclus. 144. Rota p.10.rec. dec.47. Salgad.l byr.credit. par.3.cap.2.num.45.seqq. Sanfel.dec.360.* & ibi *Addit.*

84 Delegatio potest fieri duobus modis. Primò, modo extinguendo priorem obligationem.Secundo, non extinguendo, sed firma remanen-

do,

do. *Azo in C. de Nouat. num. 9. 10. Cuiac. lib. 19. obs. c. 36. Pichard. instit. quibus modis, §. praeterea num. 14.*

85 In dubio non censetur extincta prima obligatio, si non concurrunt requisita, *vt sup. l. fin. C. de nouat. Tusc. lit. N. concl. 118. nu. 6. Guttier. de iuram. p. 1. c. 63. nu. 4. Filluc. tract. 39. c. 10. q. 1. num. 66. Pichard. sup. num. 15. Onat. de contract. quaest. 20. numer. 196. Mantica de tacit. lib. 17. tit. 7. Duran. dec. 266. num. 15. 22. dec. 310. num. 4. dec. 607. num. 2. dec. 749. nu. 17. Burat. dec. 607. nu. 2. dec. 749. nu. 17. Cavaler. dec. 338. nu. 4. Merlin. de pignor. lib. 6. q. 13. n. 9.*

86 Maxime si nomen debitoris cessum promittatur exigibile, *Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 12. num. 13.*

87 Sed non est necesse, quod expresse contrahentes delegationis nomine vti, nam satis est, quod vice sua alium debitorem, debitor creditori suo dederit, qui per stipulationem id promittat, *Schettin. in l. 3. C. de nouat. c. 4. num. 5. & nu. 25. 27.*

88 Inducitur delegatio extinctiua inter delegatum, & delegantem, etiam si ille, cui solui debeat non sit creditor mandantis, cum istud inter requisita delegationis non numeretur, Immo nec esset, secundum multos, quod delegatus sit debitor delegantis, maxime inter mercatores, ex generali consuetudine, *Altograd. cons. 58. seqq. lib. 1. Medic. dec. 66. nu. 11. seqq.* vbi *Addit. Ludouis. dec. 217. Sanfel. dec. 360.* vbi etiam *Addit.*

89 Simplex Accollatio debiti pro alio non extinguit hypotecas creditoris, nisi concurrant requisita veræ delegationis, *Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. q. 3. Merl. d. c. 634.* & post *Merlin. de pignor. dec. 106. num. 14. p. 12 rec. dec. 141. num. 2. seqq. Addit. ad Sanfel. dec. 360. Pacion. de locato cap. 7. num. 28. seqq.* Nam accollans sibi debita non satisfacit obligationi ea extinguendi, *Pacion. ibid. nu. 28. ex Bich. dec. 349. n. 16.*

90 Quod accollans efficiatur verus, & principalis debitor, *Rota p. 10. rec. dec. 213. num. 3. & seqq. Thomat. dec. 202. nu. 1. 23. & dec. 211. nu. 14 Rota post Merlin. de pign. dec. 116. nu. 8. Cels. dec. 64. nu. 9. Giurba dec. 53. nu. 10. Castill dec. 40. nu. 9. Cenc. de censib. qu. 73. num. 16. q. 105. nu. 71. Rota apud eundem dec. 347. Rota rec. dec. 490. num. 10. 11. part. 4. tom. 2. Ludouis. dec. 386. num. 1. Ansald. de commerc. disc. 65. & disc. 16. num. 2. Bich. dec. 319.*

91 Accollatio facta à Tertio ad fauorem debitoris census, etiam concurrentibus requisitis delegationis, non extinguit hypotecas, & obligationem debitoris, cum alias resultaret extinctio census, quia opus esset, vt fundus etiam à debitore impositus liberaretur, quod obstat dispositis à Pio V. in Bulla de censibus, *Andreol. contr. 91. nu. 3.* Si tamen accollatarius esset acquisitor

92 rei suppositæ census constitutioni rectè remaneret liberatus, ex quo per cessionem subiugatæ in accollatarium remanerent extincta iura personalia ipsius, cessante tunc motiuo Bullæ, & in his terminis est *Rota dec. 749. nu. 20.* apud *Burat.* benè *D. Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 13. nu. 11. 12.*

Accollatarius fingitur ab initio contraxisse cum debitore accollato, *Card. Luca de empt. disc. 39. nu. 4. de vsur. disc. 20. nu. 14. de credit. disc. 55. num. 9.*

Quid importet si accollatio sequatur per viam delegationis, *Card. Luca de vsuris disc. 20. num. 14. de empt. disc. 23. ex n. 3.*

Dimittere potest creditores anteriores accollatis, *Card. Luca de credit. disc. 46. n. 6.*

Sic soluere non potest ei, cum quo contraxit, *Card. Luca de credit. disc. 55. n. 14.*

Accollator debitorum fructiferorum in partem pretii an teneatur ad fructus, vltra quam rei fructus importent, *Card. Luca de empt. disc. 39.*

Accollator debitorum in partem pretij, quæ deteguntur indebita, tenetur soluere tantumdem venditori, *Card. Luca de empt. disc. 40. num. 2. 4.* vbi declarat.

Accollatarius census in parte pretii rei venditæ, euicta ipsa re non tenetur amplius ad solutionem fructus, *Card. Luca de empt. disc. 23. nu. 2. 8. & disc. 39. nu. 8.*

Quid vbi accessit delegatio fauore Tertii, *Card. Luca de empt. disc. 13. nu. 3. seqq.*

Verum eo medio tempore, quo fuit possessor, tenetur ad fructus, *Card. Luca de empt. disc. 39. num. 9.*

Accollatio simplicis crediti differt ab accollatione census, ad effectum delegationis, *Card. Luca de empt. disc. 23. n. 11.*

Accollatio debitorum fructiferorum in partem pretij, non obligat ad fructus, vltra quam rei emptæ fructus important, *Card. Luca de empt. disc. 39.*

Accollatio debitorum, quæ deteguntur debita obligat emptorem ad restituendum tantumdem venditori, *Card. Luca de empt. disc. 40. num. 2.* Secus in emptione hæreditatis, *ibid. num. 4.*

93 Et accollatio succedit loco pretii, ita vt venditor non possit excipere de non implemento, ob non factam solutionem, *Thomat. dec. 112. num. 13. seqq.* Quia accollatio habet vim solutionis, *Thomat. dec. 202. num. 24. Ansald. sup. disc. 16. num. 2.* vbi tenetur soluere omni exceptione postposita, *Bich. dec. 319. nu. 14. & 340. nu. 6. Cels. dec. 64. nu. 9. Vbag. dec. 51. nu. 2.*

94 Cum accollatio habeat vim solutionis, *Merlin. dec. 543. nu. 1. Rota rec. dec. 135. num. 13. p. 6. Pacion. sup. nu. 29. Gratian. disc. 326. nu. 14. Rocca disp. 164. num. 20. Posth. resol. 16. num. 24. Tonnut. lib. 1. ciuil. c. 9. num. 3. Mastrill. dec. 37. nu. 7. Giurba dec. 53 nu. 10. Ludouis. dec. 386. num. 1. seqq.* & ibi *Addit. lit. A. Rota post Cenc. de censib. dec. 547. nu. 2. seqq. & dec. 555. nu. 25. in rec. dec. 576. nu. 8. p. 5. tom. 2. & dec. 135. nu. 23. p. 6.* Vbi maxime si accollans promittat extinguere censum, & cano-

canonem in pecunia numerata, *Card. Luca de empt. disc.39.nu.4.*

95 Sed creditor non potest agere contra accollantem, quia cum eo nulla est facta conuentio, nisi adsit obligatio Cameralis, vel alia stipulatio pro absentibus, *Rota post Merlin. de pign.dec.117.num.10.11.* Et adsit præsentia creditoris, *Parion.d.cap.7.n.30.*

96 Verum creditor potest de æquitate agere contra accollantem, licet ipse non fuerit præsens, nec pro eo stipulatum, *Rota post Olea de cess.decis.7. Franch.decis.273. Addit.ad Sanfel. dec.360.*

97 An anterior Creditor hypotecarius delegantis agere possit contra nomen debitoris delegati. Videtur dicendum sic, quia delegatio est quædam solutio, *Mantica de tacit. lib.17.tit.7. nu.5. Duran.dec.266.*

In contrarium facit, quod non sit vera solutio, & quamuis esset vera solutio, & pecunia extaret, auocatio competeret creditori anteriori. In terminis *Cyriac.contr.238.seqq.Noguerol. alleg.35. Amat res.51.num 19 R.Marin. lib.1. c.71.nu.6.Fontanell.de pactis cl.5.gl.8.p.6. n.47. Merlin.de pignor.lib.2.q.32.num.4.Salgad.labyr. p.1.c.10.nu.55. Card.Luca de cred.disc.10.n.36. Luca in Spicileg.qu.38.nu.4.& labyr.cess.via 12. nu.10. Andreol.contr.351.n.30.& seqq.*

98 Delegatione in quibus casibus debitor non liberatur, *Bertazol.de claus.claus.34.gl.18.Gabriel.cons.155.n.7.vol.1.*

99 Delegatio ex acceptilatione inducitur quo ad effectum, puta Creditor dotis constituendæ causa viro debitori debitum accepto tulerit, & ipse dotis debitum mulieri, ac si delegatio intercesserit, *Fab.in C. defin.12. C.de nouat.* Nam effectus delegationis suppletur per binam acceptilationem, alteram scil. quam mulier, vel alius creditor facit in beneficium mariti debitoris, alteram, quam maritus in beneficium vxoris pro dote. De qua Acceptilatione.*q.42.*

100 In delegatione, quæ fit ex causa dotis, illa æquitatis ratio, nè mulier plus dotis repetitione habeat, quam verè marito dederit, & per illius damnum lucrum consequatur, vrget alia, quia cum debitum mariti, etiam per vim delegationis in dote conuertitur; licet ficta solutio resultet, quæ propterea minus, ac vera solutio operatur, *Fab.in C.defin.10. de nouat.* Ipsa tamen solutio, quamuis vera foret, cum non est irreuocabilis, creditoris suspendit tantum actionem, non extinguit, *D. Franch.dec.200.num.22. P.Affl.contr.15.nu.22.& contr.38.n.27.28.*

Et delegatio ex causa dotis, propter dolum delegantis ipso Iure est nulla, sed non respectu delegatarij, *P. Affl.contr.37.n.14.& seqq.*

101 Emptor feudi, delegatum pretium Creditori venditoris, si hic reuocat contractum, ob defectum Regii assensus, delegatario soluere non tenetur, *Fab.in C.locati defin.32.* Vbi resoluta locatione, resoluitur etiam ius Tertij, cui ex lege locationis solui debuit. Nisi, (subiungit *Fab.*) delegatio interuenerit, quę debitoris obligationem transtulerit in personam conductoris, cum quo concordat *Cyriac.contr.214. lib.2. P.Affl.contr.38.nu.48.49.& seqq.*

102 Delegatarius exceptionem patitur, quæ ex vitio delegationis procedit, *Bart. in l.doli mali ff.de nouat. P.Affl.contr.37 n.1.*

103 Delegatus, quamuis debitor delegantis potest opponere delegatario exceptionem delegationis inualidæ. *P.Affl.contr.37.n.2.*

104 Delegatario non obstat exceptio, quæ iam delegationis tempore competebat, secus si postea oriatur, *P.Affl.d.contr.37.n.4.seqq.*

105 Delegatario obest exceptio non implementi ex parte delegantis, *P.Affl.sup.n.8.*

106 Delegantis iussus est necessarius eodem contextu ad inducendam delegationem, *P.Afflict.contr.37.n.10.*

107 Delegatarius non agit actionē delegantis, nec ex mandato illius, sed ex propria stipulatione, *Affl.sup.nu.11.*

108 Delegatario non potest opponi exceptio, quam delegatus tempore promissionis sibi competere ignorabat, *P.Affl.sup.nu.17.*

109 Exceptio quæ nam opponi possit delegatario vnde conijcitur, conijcitur si in radice obligationis, quæ erga delegatarium contrahitur, aliquo vitio sit infecta, *P.Affl.sup.n.19.*

110 Delegatarius non potest vitare exceptiones, ex qualitate promissionis sibi factę, insitas, insurgentes, vt pura si si erit conditionalis, correspectiua, vestita aliqua causa, dependens ab alio contractu, vel ad illum accessoria, vel executiua, *P.Affl.sup.n.20.seqq.*

111 Delegatarius quando repellatur ex non adimplemento delegantis, *Rota Rom.dec.428. à nu.2.ad 5.p.1.rec.Gratian.disc.759. nu.11. Farinac.dec.428 p.1.P.Affl.sup.n.22.seqq.n.25.*

112 Delegatio insurgit ex duplici acceptilatione, *Ant.Fab.defin.12. C.de nouat. P.Afflict.sup. num.24.*

113 Delegatio est stricti Iuris, *P.Affl.sup.n.30.*

114 Delegatarius quando patiatur exceptionē ex qualitate correspectiuitatis, vel alia insita in promissione sibi per delegatarium facta, *P. Affl.sup.n.36.37.*

115 Exceptio euictionis imminentis, quæ venditori delegatti noceret, non nocet delegatario pretii, *R.Merlin.contr.91.in fine lib.1. Thon. in comp.dec.tom.3. p.1. verb. exceptio euictionis, Prat.ad Muscatell.in praxi S.C. glos. p.ri passu, vers.sed prædicta, Luca ad Franch.dec.369.nu.5. D.Scoppa ad Merlin.sup.n.1. Andreol.contr.279. à num.1.ad num.6.* licet contra *nu.7.* quia cessat causa delegationis, & sic cessat delegatio, *Dec. cons.421.nu.14.Rota post Zacch. de obligat. Camer.dec.113.num.8. Amat.cons.11. Cyriac. contr. 108.n.2.contr.427.*

116 Secus etiam si vitium sit insitum in ipsamet delegatione, & ab eius fonte exceptio sit, *P.Affl.contr.38.n.11.* impugnans *Ant.Fab.in C. lib.4.tit.10.quando fisc.vel priuat.defin.9.*

117 Et

117 Et generalis est regula, quod debitor delegatus aduersus eum,cui delegatio facta est , vlla penitus exceptione vti potest,*l.si quis 12.l.si non 13.l.doli mali 19. & l.si Titius 33. ff. de nouat.l. apud Celsum 4.§.item quæritur,ff.de doli mali except. D.Merlin.sup.nu.10. P.Affl.contro.35.nu.4. Prat.ad Muscatell.sup.Olea de cess.iur.tit.6.q.11. nu.35.Gusman.de euict.q.60. nu.28. Salgad. 3.p. labyr.c.6.§.vnic.à n.24.& 36.Ricc. collect.1185. Cyriac.contr.214.Schettin. in comment.l.3. C.de nouat.cap.4.num.8.Cancer. var.lib.2. c.6.nu.63. Olea de cess.iur.tit.6.q.11. num. 34.seqq. Sabell.§. Cessio num.57.in fine,Fab.defin.1. C.de action.& liber.& lib.12.coniect.11.Luca labyr.Cess.iur.via 12.nu.4.seqq.* vbi limitat in simplici Cessionario,*Scoppa ad Merlin.contr.91.num.7.lib.1. Leonard.de vsuris q.71.nu.30.q.94.nu.77.Gusm.de euict.q.60.à num.27.Scacc.de commerc.§.2.gl.5.à num.280.*

118 Sed hæc conclusio fallit quando exceptio non competebat ab initio factæ obligationis , sed obligatio fuit ex post facto resoluta , puta ob reuocationem alienationis feudi sine assensu,*Thes.q.111.lib.3. D.Merlin.contr.91. num.7. lib.2.*

119 Fallit 2. quando debitor tutus exceptione, delegatus est à creditore alteri donare volenti, vel à Creditore putatiuo delegatus est ex causa onerosa , nam tunc delegatarium repellit exceptione doli,vel condictione incerti,non minus quam delegantem. *Schettin.sup.n.11.*

120 Et si delegatarius non sit creditor delegantis,exceptione à delegato repelletur , *l.2.§. aliud 2.resp.ff.de donat. P.Affl.contr.35. num.17. & seqq.*

121 Et licet regula illa vera sit quando delegatio fuit facta ex interuallo post productum creditum delegatum , verum quando vnico contextu, & in continenti fit alienatio rei,& delegatio pretii,exceptio,quæ obstet deleganti obstaret delegatario, ratione correspectiuitatis, *l.Iulianus 60.ff.de condit.indeb. Alex.cons.60.nu. 8.9.lib.3. Amat.res.21.Farinac.dec.392.p.2.tom. 3.& dec.428.p.1.Gratian.disc.758.nu.11.Capyc. Latr.dec.200.Schett.sup.n.12.*

122 Et non competit repetitio contra recipientem delegantis,non creditorem.*Olea d.qu.2.nu. 39.Cyriac.d.contr.208.*

123 Adeo per delegationem nouatio inducitur,& facta intelligitur, quamuis id expressum non sit,non obstante,*l.fin. C.de nouat.Amat.lib. 2.res.89.n.12.*

124 Quamuis dolo malo fuisset inductus ad acceptandam delegationem , verum datur illi actio doli contra dolosum , *Bertazol. de clausul. claus.33.gl.18.Fachin.contr.73.lib.2.*

125 Et quamuis minus idoneum debitorem, per delegationem admisit, nam non potest rescissionem intentare,tanquam læsus, quia Iure communi vsus est , *Schettin.in l.3. C.de nouat. c.3.nu.7.*

SVMMARIVM.

QVÆST. XLII.

Quid sit Acceptilatio.n.1.2.3.
Acceptilatio , an sit contractus, vel distractus num.3. Vbi quæ requirantur ad essentiam Acceptilationis .
An possit acceptum ferre,qui non habet speciale mandatum.n.4.5.
Quid possit acceptum ferri.n.6.
Res soluitur modo,quo ligatur.n.7.
Quid si interponatur super Contractu, qui re celebratus est.nu.8.
Acceptilatio , nec in diem,nec sub conditione fieri potest.num.9.
Acceptilatio, an sit vera solutio.n. 10.11.12.
Quid sit Aquiliana stipulatio. nu.13.14. Formula illius.n.15.
Per illam pure liberatur. nu.16. An debeat exprimi. num.17.
Acceptilatio per aquilianam stipulationem multum vtilis,nu.18.19.Idem in Transactione.n.20.
Aquiliana stipulatio non extenditur ad incognita,vbi de transactione. n.21.22. Vbi explicatio, & nu. 23.& à nu.24.ad nu.43.
Aquiliana stipulatio non lauat quando est dolus. nu. 44.Vel error.n.45.
Acceptilatio,an liberet fideiussorem,nu aliot.num. 46. & à nu.47.ad n.56.
Quando possit fieri percedentem.n.57.
An differat Acceptilatio ab acceptatione.n.58.
An sicut stipulatio tollitur per aliam stipulationem , sic etiam acceptilatio.n.59.
Acceptilatio si non valet , vt talis, an vt pactum, num.60.
Acceptilatio cui similis est.nu.62.63.64.
Dos per acceptilationem,an possit constitui.nu.65.66. 67.68.69.
An possit fieri à procuratore.n.70.
De acceptilatione, & Aquiliana stipulatione DD.remissiuè.n.71.

Quid sit Acceptilatio, & Aquiliana stipulatio ? Et in quo differat à Nullitate Contractus ?

Quæst. XLII.

Acceptilatio fieri potest simpliciter , & per Aquilianam stipulationem .

1 Acceptilatio est Imaginaria solutio,qua creditor rogatus à suo debitore fatetur se ab eo accepisse id, quod sibi ille, per verborum obligationem debebat , & sic tanquam solutione facta acceptum se habere dicit , & debitorem liberat,& vocat se satisfactum , *l.si ex pluribus 16. ff.de acceptilat. l.si ex pluribus 89. ff.de solut. Christin.dec.182.nu.4.vol.4.Rota in voto inserto*

inter decis.recent.dec.373.sub nu.39. p.4. Arias de Mesa var.lib.2.c.12.num.17. Rota dec.372. num. 39. Idem Christin.dec.182.Coccin.dec.2260. n.7. Maur.de fideiuss.p.2. sect.10. §.2. & de solution. cap.2.§.7 Onat.de contract.tom.1.tract.6.disp.21. sect.7.Vrceol.de transact.q.9. P.Affl. controu.38. num.20.

2 Definitur: *Quod sit liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio, Brisson.lib.1.de verb.signif. §.6. Cuiac.obs.lib.6.P.Molin.disp.252. nu.10. Filluc. tract.39.c.5.in princ. nu.62.67. Merenda controu. iur.lib.13.c.18.nu.23. Vrceol.sup.nu.2. Alderis.de symbol.contract.tit.1.c.3.nu.15.seqq. D.Capon.de pactis, & stipul.fol.396.n.10.*

Et cum sit imaginaria solutio, non comprehenditur sub statuto mentionem faciente de solutione, certo modo facienda, vel quod soluatur gabella quia statuti verba debent accipi propriè, *l.3 §.hac verba, ff.de negot.gest.Vrceol.d.q.9.nu.5.*

3 Sic acceptilatio non est contractus, sed distractus, *Instit. quib. modis. §. item per acceptil. Molin.disc.253. Filluc.tract.3. d.c.5.num 62.67. Onat.de contract. disp.19. num.140.seqq.fol.425. & q.21.sect.7. lib.1.seqq. D.Capon.de pactis, & stipul.fol.386.num.24. & seqq.* Vbi quod fit per stipulationem. Et est non iurisgentium, sed ciuilis. *Idem fol.396.nu.11.seqq.* vbi latè, si seruus possit acceptum ferre.

Sed ad essentiam acceptilationis duo notabilia sunt consideranda. Primum, quod ille tantum rogare potest, vt acceptum ferat, qui est debitor, & acceptum ferre ille, cui debatur, & sic Procurator, Tutor, Curator, Seruus, Filius, Pater, & similes personæ, alieno nomine, neq; acceptum ferre, neq; rogare possunt, nisi nouata priori obligatione, & in personam rogantis transfusa obligatione, *l.5.l.an inutilis 8.§. seruus eum § seqq.l.species 15.l.& per ius iur.13.§.tutor l.penul.ff.de acceptil. Cuiac.obs.lib.5. c.36. lit.C. lib.15.c.16.Vrceol.d. q.9. num.6. l.per Ius iurandum, §.tutor, ff.de acceptilat. Valeron. de transact. tit.1.q.5.n.15. Capon.de pact.q.8.n.17.* De procuratore, *Ca.Luca de vsur.disc.41.n.8.de credit. disc. 40.n.6.10. Alder.de symb.contract.tit.4.c.10.n.42*

4 Nisi habeat speciale mandatum, *Bal.cons. 110.lib.1.Costa in praxi comment.p.1.num.29.30. Card.Luca sup.* Vbi quod debeat constare de effectiua solutione, *Alderis.de simbolic.contract. tit.4.c.10.nu.42.*

5 Vel generale, cum libera administratione *Hostiens.in summa tit.de solut.Azo in summa tit. de acceptil.nu.5.Vrceol.de transact. q.9. num.7.8.* Dicemus *infra nu.70.*

6 2. Quod acceptum ferri non potest, nisi id, quod verbis, & per stipulationem contractum est, nam acceptilatio, quæ est liberatio quædam ciuilis verborum obligationem tollit, quia & ipsa verbis perficitur; quod autem verbis non est contractum per acceptilationem tolli nequit, nam per hanc illæ tantum obligationes dissoluuntur, quæ verbis constant, non quæ re, vel de Iure gentium inducuntur, *l.8.§.acceptũ, l.nisi.94. ff.de acceptil. §. item per acceptilationem Instit.quib.mod.toll.obligat.Cuiac. obs.lib.5.c.36. Vrceol.de transact.d.q.9.num.9. & seqq.& q.74. nu.49.Valeron.de trasact.tit.1.q.5.nu.5.*

7 Nam vnumquodque eo modo est tollendum, quo est colligatum, *l.nihil, ff. de reg.Iuris l.ob emptionem,ff.de pactis.Wessembec. in paratitl. ff.de acceptil. nu.4. Vrceol.d.q.6. num.10.11. Vaz axiom.iur.lit.N.n.10.& lit.R.n.82.*

8 Et quando interponitur super contractu, qui re celebratus est, nulla redditur in vim acceptilationis, & substinetur tantum in vim simplicis conuentionis, & pacti de non petendo, nisi debitum deductum fuisset in aquilianam stipulationem, *Vrceol.q.74.nu.50.51.52.Rota dec.373. num.40.p.4.rec. Ronchegal.de duob.reis in l.2. nu. 102.Criuell.dec.111.num.13. Gonzal.in lib.1.decret.tit.36.de transf.c.1.n.15.*

9 Acceptilatio neque in diem, neque sub conditione fieri potest, *l.4.5. ff. de acceptilat. l.actus ff.de reg.iur.Vrceol.d.q.9.nu.4. Alderis.de symbol. contract.tit.1.c.3.n.24.seqq.*

10 Sed quod licet acceptilatio non sit vera solutio, tamen adeo obtinet vim veræ, & propriæ solutionis, vt stante statuto, quod contra guarentigiam non possit opponi, nisi exceptio solutionis, & falsitatis, posset debitor opponere acceptilationem, *Guid. de Suz.tract.t. de Instr. guarent.in fine nu m.54.& 55.tom.6.p.2.fol.339.*

11 Et conditio: si Titius soluerit hæredi meo decem, dicitur adimpleta, si hæres meus illa decem Titio accepta fecerit, *Mantica de coniect. lib.11.tit.17.num.34. Scacc.de commerc.§.2.gl.5. num.21.22.48. Medic.de acceptil.qu.12. num.32. tom.6.p.2.*

12 Verum conclusio hæc posita limitatur in acceptilatione, qua creditor, aliqua debiti parte à debitore decocto accepta, reliquum ei remittit, quia si debitor ad pinguiorem fortunam postea deuenerit, tenebitur etiam residuum sibi soluere, & creditor potest illud conditione ob turpe causam petere, *Scacc.de decoctor.p.6. num.1.seqq.tom.6.p.1.fol.231. Scaccia sup.n.52.*

13 Aquiliana est alia, per quam omnes aliæ obligationes re, litteris, aut consensu contractæ cuiuscumq; formæ, aut naturæ existant, in stipulatum deductæ, & nouatæ, dissoluuntur perindè, ac si omnium rerum traditio, & solutio facta esset, iuxta formam introductam à *Gallo Aquilio in l.ex vno 18.§.1.ff.de acceptil.& in §.1. Instit.quib. mod.toll. obligat. Alderis. de symbol. contract.tit.1.c.3.nu.16.seqq.* vbi ponit formulã illius, *& nu.28.Tholos.syntagm.Iur.Ciuil.lib.21. c.19.sub nu.9.vers.certum.*

14 Ad hanc aquilianam stipulationem referenda est acceptilationis definitio, de qua *in l.1.de acceptilat.* quod sit liberatio per mutuam interrogationem, quæ vtriusq; contingit ab eodem nexu absolutio, vt notat *Cuic.obs.lib.1.c.36. Pichard.in d.§.item sub n.7.in fine.*

15 For-

15 Formula vero aquilianæ stipulationis habetur in §. 1. Instit. quib. mod. toll. obligat. & in d. l. ex vno §. 1. l. Honded. cons. 49. num. 7 seqq. lib. 1. Alex. Raudens. dec. Pis. 4. nu. 34. Vrceol. d. q. 9. nu. 14. seqq. Et clausula: omni modo meliori supplet defectum aquilanæ stipulationis, Vrceol. de transact. q. 9. num. 13. seqq. Ansald. de commerc. disc. 34. num. 13.

16 Per aquilianam stipulationem præcedentem, & acceptilationem subsequentem, partes se se liberauerunt, quod importat, vt per ipsam liberationem tali modo conceptam, perempta, & extincta sit actio, l. si causa, C. de transact. §. 1. Instit. quib. mod. toll. obligat. l. in actione, C. de transact. Rota post Gobium in consult. dec. 149. nu. 24. & seqq.

17 Sed non est de necessitate exprimenda ad tollendam omnem, & quamcumq; obligationem, cum sufficiat exprimere qualitatem obligationis earum rerum, de quibus est cogitatum, & in stipulationem deducere, subsequente postea liberatione, seu acceptilatione Raudens. sup. Fontanell. dec. 319. in princ. & nu. 11. Honded. d. cons. 49. nu. 36. 40.

18 Sed acceptilatio per aquilianam stipulationem est multum vtilis, nam per illam non datur exceptio non numeratæ pecuniæ, quamuis contineat confessionem de recepto, cum aliud sit confiteri, aliud habere acceptum, l. si acceptolatum, §. 1. ff. de acceptil. Costa in praxi p. 1. de verb. obligat. nu. 23. Leotard. de vsuris q. 26. num. 8. Rota in voto inserto inter dec. rec. dec. 373. num. 39. p. 4. Valeron. d. tit. 1. q. 5.

19 Et si fuerit facta renunciatio per aquilianam stipulationem, hæc aufert omnem spem renunciantis, Roman. cons. 22. nu. 3. Surd. cons. 308. nu. 32. Ant. Fab. in C. lib. 2. tit. 4. de trans. defin. 12. num. 3. in allegat.

20 Item transactio, Valeron. d. qu. 5. Ideo semper in tali contractu interponi solet, Osuald. ad Donell. lib. 16. c. 22. Brisson. lib. 2. de solut. tit. de acceptilat. P. Gregor. lib. 21. syntagm. c. 19. num. 5. Goedeus de contract. stipulat. c. 1. num. 71. D. Martin. de Larreatigui lib. 8. select. c. 2. num. 3. 4. Valeron. ibid. num. 2.

21 Bene verum aquiliana stipulatio non extenditur ad incognita, quamuis generalissima, Castell. de donat. tom. 2. disc. 1. spec. 23. nu. 19. Altolin. contr. 58. in fine, Mantica dec. 245. num. 13. Fontanell. dec. 380. Io: Torre de pactis futur. success. lib. 2. c. 15. nu. 85. Cas. Manente cons. 141. num. 19. seqq. vbi dicit, quod non iuuat quando interuenit dolus re ipsa resultans ex enormissima lesione, vel error, vel ignorantia iuris, vel facti, vel alias contractus est nullus, Molfes. sup. Consuet. Neap. tit. de renunciat. q. 6. n. 42. seqq.

22 Nisi tamen verba essent, tam clara, ampla, vt salua ratione recti sermonis, non possent referre tantummodo ad specificata, sed vltra specificata denotarent, quod de omnibus aliis quæstionibus fuerit cogitatum, vt optimè ponit exemplum Aretin. in d. §. iteram per acceptilationem num. 5. & seqq. Vt si narretur, quod decem, quæ tibi mutuaui, reddidisti mihi, & propterea generaliter ab omni eo, & toto, quod petere possum à te, libero te, intelligitur de illo, quod petere possum ratione dicti mutui facti, & nō ex alia causa, l. si de certa, & l. emptor, §. Lucius. ff. de pactis Hodiero. ad Surd. dec. 176. vbi Censal.

23 Sed si addatur: vel ex alia quacumq; Causa, vel occasione cuiuscumq, alterius debiti, vel quid simile, tunc dicta verba, salua ratione recti sermonis, non possunt referri tantum ad dictum mutuum, vnde generalis intelligitur liberatio, etiam quoad alias obligationes, & causas, l. si ex pluribus §. 1. & ibi, Bar. ff. de solut. l. plurib. & ibi Bar. ff. de acceptil. Alex. cons. 42. num. 8. lib. 1. Honded. d. cons. 49. nu. 11. seqq. lib. 1. Rota dec. 54. nu. 4. dec. 154. nu. 16. dec. 247. nu. 16. seqq. p. 9. rec. tom. 1.

24 Consonant ea, quæ per tex. in l. sub prætextu, C. de transact. tradunt de transactione, & quietatione, & liberatione generali, quo ad omnia etiam ignorata, & incognita extendatur Valasc. consult. 39 nu. 6. Fontanell. dec. 395. num. 21. seqq. Menoch. cons. 496. num. 58. seqq. Hodiern. ad Surd. d. dec. 176. nu. 10.

25 Sed contra videndus est text. in l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis Grattan. cap. 134. num 34. Cancer. var. lib. 2. c. 6. de solut. nu. 68. Surd. cons. 418. nu. 11. seqq. Fontanell. dec. 398. Cyriac. contr. 474. Rota dec. 428. nu. 7. 8. p. 5. tom. 2. rec.

26 Sed certum est, quod si transactio fuerit limitata respectu certæ causæ, ita etiam restringi debet acceptilatio ad illam causa, D. Marcian. disp. 72. nu. 3. & 4.

27 In transactione, illa ipso Iure actionem non tollit, nisi accedat aquiliana stipulatio, & acceptilatio, l. 3. 4. l. vt responsum. l. si cum, l. vbi pactū, C. de transact. Griuell. dec. 111. num. 18. Fontanell. dec. 379. nu. 14. Theod. Hoping. cons. 21. Ches. Interprat. Iuris lib. 2. c. 41. nu. 2.

28 Per quam, tunc lis finitur, nec alia super est actio, nisi de dolo, ope tamen exceptionis transactio simplex tollit actionem, quæ in effectu perinde est ac si ipso Iure tollatur, Valeron de transact. tit. 1. q. 5. nu. 3. Vinnius de transact. cap. 2. num. 1. 3.

29 Nam, vt diximus, acceptilatio simplex perimit actiones, quæ verborum obligationibus tantum contractæ fuerunt, vt actio ex stipulatu, actio ex dictione dotis, actio ex Iure iurando, quo libertus Iurauit se patrono munus, & operas daturum, simplici, & vulgari acceptilatione tollitur, l. & per ius iurandum, in princ. ff. de acceptil.

30 Ex his tribus causis verborum obligatio perficitur, quam ipso Iure perimit acceptilatio, quia & ipsa verbalis est, l. an inutilis 8. §. acceptum, ff. de acceptil. Cuiac. in l. 4. ff. de transact.

31 Aliæ verò obligationes, quæ re, litteris, aut consensu contractæ sunt, non tolluntur, nisi prius nouentur, & transferantur in stipulationem aquilianam, Cuiac. ibid. Griuell. d. dec. 111.

num.

num. 13. Gonzal. lib. 1. decret. tit. 36. de transact. c. 1. nu. 15. Diximus *sup.*

32 Et sic duplex est acceptilatio, *Valeron. d. q. 5.*

33 Et quo oritur quod vis, & potentia simplicis acceptilationis interpositæ super debito ex cõtractu Iuris Ciuilis, verbis tantum celebrato, cum quo, & ipsa est colligata, vt nempè stipulationis, quæ dicitur Iuris Ciuilis, operatur in eo effectum suum, in vim, & naturam acceptilationis illud totaliter perimendo, & extinguẽdo. *Roman. cons. 209. nu. 2. Valeron. d. q. 5.*

34 Vnde si vnus ex sociis, aut concreditoribus, per huiusmodi acceptilationem liberet communẽ debitorem, ita tollit, & perimit actionem alteri consocio, vt nequeat amplius debitorem inquietare, vt de socio, *gl. in l. si vnus, in fine, ff. de pactis,* de Correo credendi, *l. si rem, § si duo, ff. de nouat. l. secunda, ff. de duob. reis, l. iusiurandum, §. fin. ff. de acceptil.* Roman. *cons. 209. n. 1.*

35 Sicut facit vera, & integralis solutio facta per communem debitorem *vni* ex sociis, vel correis credendi, quæ omnem tollit, & extinguit obligationem, *l. si in re communi, ff. de nox. a. l. si rem, §. si duo, ff. de nouat. l. fideicommissa. §. plerumq; ff. de legat. 3. Roman. d. cons. 209. in princ.*

36 Vel solutio facta per vnum ex Correis debendi, propter quam tota obligatio perimitur, & acceptilatione vnius omnes correi liberantur *l. 4. §. nunc de effectu, ff. de liber. legat. Arias de Mesa var. lib. 2. c. 12. num. 17. Rota in d. voto sub num. 40.* Vbi dicit quod liberatio realis collata in persona fideiussoris prodest principali, secus si non sint duo rei debendi, quia tunc acceptilatio facta vni non prodest alteri, quamuis obligati ad vnum, & idem. *Rota d. voto num. 18. & Rota dec. 374. p. 4. rec.*

37 Secus dicendum quando illa interponitur in contractu, qui re celebratus est, in quo tanquã in subiecto diuerso, & sibi non connaturali perdit eius naturam, & nulla redditur in vim acceptilationis, quæ per consequens non est apta nata perimere obligationem re contractam, valebit tamen, & substinebitur, eo casu in vim simplicis conuentionis, & pacti de non petendo, per quod agens postea remouebitur exceptione doli mali, vt eleganter *Rota d. vot. nu. 40. in fine.*

38 Sic, si pactum de non petendo fiat per vnũ ex sociis communi debitori non præiudicat alteri consocio, cum natura communionis non permittat, vt vnus ex sociis possit excludere ius alterius, *l. si vnus 28. ff. de pactis Roman. dict. cons. 209. nu. 3. seqq.*

39 Sic transactio facta ab aliquo ex correis credendi, alteri non vocato *d. l. si vnus. Acosta de priuil. credit. reg. 3. ampl. 4. nu. 32. Valeron. de transact. tit. 5. q. 3. nu. 51. 61.* Vbi quod non prodest. vbi explicat.

40 Ratio discriminis inter acceptilationem, & pactum simplex de non petendo in eo residet, quia præiudicium, quod alteri affert acceptilatio prædicta non prouenit ex voluntate socij acceptum ferentis, sed ex legis dispositione, quę acceptilationi virtutem hanc tribuit, & consequenter procedit ex natura ipsius actus, qui legis ministerio vim solutionis continet, *Ronchagal. in l. 2. nu. 101. ff. de duob. reis & num. seqq.* prout dicimus, si ageretur de pluribus correis debendi, quorum vnus sit per aquilianam stipulationem liberatus, nam etiam alter censetur liberatus, & absolutus, *l. liberationem 3. §. nunc ff. de liber. leg. Cyriac. contr. 180. nu. 13. Valeron. tit. 5. q. 3. n. 9.* & in Tutoribus tradunt *Bart. Castr.* & alij ab eodem citati.

41 Quod intelligendum est quando liberatio facta fuit ad fauorem vnius ex correis debendi, per viam solutionis, *Paseth. cons. 125. & 126. Casanat. cons. 11. nu. 5. Beninten. dec. 91.*

42 Secus per viam transactionis; nam tunc prodest soluni transigenti, M*antica de tacit. lib. 26. tit. 4. nu. 9. Casanat. cons. 12. num. 8. 10. 12. Paseth. d. cons. 126. num. 24. Rota dec. 103. nu. 26. 27.* post *Merlin. de pignor.*

43 Et non alijs, qui in contractu non interuenerunt, *Surd. cons. 327. nu. 20. 21. Rota d. dec. 103. in fine,* quę est *in rec. dec. 368. p. 9. tom. 2.* & apud Royas *dec. 268.*

44 Bene verum exceptio ista Aquilianæ stipulationis non suffragatur quando in contractu interuenisset dolus resultans ex enormissima læsione, *Manente cons. 141. n. 19. lib. 2.*

45 Vel error, vel falsa causa, ignorantia Iuris, facti, quæ consensum excludit, & nullitatem contractus inducit M*anente sup. num. 21. 24.* latè *Vrceol. de transact. q. 9. per totam.*

46 Acceptilatio, liberat fideiussorem, tam si sit facta fideiussori, quamuis ipsi debitori, *l. 1. ff. de acceptilat. cum legib. seqq. §. item per acceptilationem. Instit. quib. mod. tollit. obligat. l. si ex pluribus. §. 1. ff. de acceptilat. Maur. de fideiuss. tit. 1. p. 2. sect. 10. §. 2. nu. 1. seqq. Valeron. de transact. tit. 1. q. 8. num. 10. Alderis. de symbol. contract. tit. 1. cap. 3. num. 29.*

47 Limita primò, quando acceptilatio est facta fideiussori pendente conditione, cuius existentia non fingit quem obligatum, quia talis acceptilatio non prodest principali. *l. 1. ff. ad sillan. l. si mater. §. eandem. ff. de except. rei iudic. Bar. in d. §. qui ita. l. & per ius iurandum. ff. de accept. nu. 1.* qui hoc dicit verum in conditione potestariua, secus in casuali. *Maur. sup. num. 5. Herring. de fideiuss. c. 20. §. 5. n. 7.*

48 Limita 2. quando acceptilatio est personalis, & intuitu, & contemplatione certæ personæ facta est, quia non porrigitur de vna persona in aliam, *d. l. & per ius iurandum in §. qui ita,* vbi *gl. & Bart.* & facit *tex. l. in his §. 1. ff. de sol. Maur. sup. nu. 6. seqq.*

49 Limita 3. quando acceptilatio est facta, vt non transeat in fideiussorem, quod benè fieri potest, *Imol. & Roman. in l. si hæres pecuniam, ff. ad Trebell. gl. & Bart. in l. si cum exceptione in §. l. beo, ff. quod met. caus. & in l. à sententia, in princ. ff. de appellat.* Maur. *num. 9.* vbi refert contrarios,

rios, sed illos non sequitur.

50 Limita 4. quando acceptilatio est facta per vim. 5. quando est facta cum minore. 6. quando animo fraudandi creditores, *Herring. d. cap. 20. §. 5. n. 7.*

51 Per acceptilationem secundi fideiussoris, liberatur primus, *Soccin. conf. 18. qu. 2. in prima parte n. 14. Alex. in l. 4. §. si ex conuentione nu. 8. ff. de re iudic. Maur. sup. n. 11.*

52 Et liberatio facta ad fauorem vnius ex reis debendi per acceptilationem, an sint liberati alii, & censeri liberatos alios, fundat *Doctissimus D. Reg. Cianarri in tit. de duob. reis c. 1. §. 2.* ea ratione, quia acceptilatio loco solutionis habetur, quæ vtrumque liberat, nisi essemus in contractibus re, aut consensu iure gentium celebratis, quia tunc per acceptilationem vterque non liberetur, sed tantum ille, cui acceptilatum est inuitu pacti, quod alii non prodesset, *Alderis. de symbol. contract. tit. 1. cap. 3. num. 28.*

53 Sed hanc sententiam impugnat *D. Carol. de Alex. ad R. Capyc. Latr. consult. 89. num. 68.* Nam in casu, quo verbis celebratus est contractus, nam non potest plus operari acceptilatio, quã vera solutio, hæc autem potest ita fieri, vt non porrigatur ad alium, *l. in his, §. 1. ff. de solution. Bar. in l. 13. § si legatum, & l. qui ita num. 1.* Ergo idem in acceptilatione, nam durum est, dicit ipse, vt sequatur liberatio absque voluntate liberantis. In secundo casu cum acceptilatio sequitur in contractibus, qui re, aut consensu celebrantur, verum est: acceptilationem vti talem non operari, sed tantum in vim pacti, sed pactum licet non prosit directè, prodest indirectè, ergo non procedit prima opinio, *Alderis. sup. n. 29.*

Sed quod liberatio facta per creditorem vni ex pluribus, ad eius fauorem obligatis, maximè si sit facta cum reseruatione agendi contra alios, non iuuet aliis, *Gobius consult. 41. Iacob. Balduc. in obseruat. ad Ramon. cons. 39. n. 49. seqq.*

Et quando liberatio non fit per modum solutionis, seu acceptilationis, sed per viam pacti de non petendo, seu de non molestando, non prodest aliis simul obligatis, nisi sequatur satisfactio, *Cyriac. contr. 213. num. 89. & contr. 280. num. 10. seqq.* Vbi quod liberatio supponit præcedentem administrationem, & facta cum clausula: *omni meliori modo*, vel mediante Aquiliana stipulatione vni correo debendi, & non per viam transactionis, liberat etiam alios, & facta vni tutori, qui prius erat conueniendus, liberat alios.

54 Quod in duobus insolidum obligatis, purè vno, altero sub conditione, an acceptilatio facta purè obligato, prosit alteri sub conditione, & ideò *D. Reg. Cianarri d. §. 2.* dicit acceptilationem esse puram, & suspendi non acceptilationem, sed effectum eius, nam acceptilatio nullam recipit conditionem, & proinde si aduenerit conditio per acceptilationem erit liberatus, sin minus, numque fuisse obligatam apparebit.

55 Sed idem *D. Alex. num. 69.* dicit debere distingui inter conditionem potestatiuam, & casualem, nam in ea nullo modo cadere potest retrotractio, nec acceptilatio potest esse antiquior obligatione, *d. §. si legatum, & §. quis ita,* & proinde facta acceptilatione vno obligato, nunquam iuuabit obligatum sub conditione potestatiua, *Bart. in d. §. si legatum.* In conditionalibus non potestatiuis datur hæc retrotractio: & sic purificata conditione, purificabitur acceptilatio.

56 Et *num. 74.* cum *Bart. in l. in diem, ff. de accept.* & ex *text. ibid.* dicit, quod acceptilatio non recipit conditionem expressam, sed recipiat tacitam, vt manifestè habetur in *d. l. in diem.*

57 Fieri non potest per cedentem quando interuenit vnum ex requisitis *l. 3. C. de nouat. Car. Luca de credit. disc. 70. n. 12. & 13.*

58 Differt Acceptilatio ab acceptatione in forma: & in effectu, quia in acceptilatione requiritur interrogatio, & responsio incontinenti, in acceptatione non requiritur hæc forma in effectu, quia qui accepto fert, idest qui acceptilat alium à se abdicat, qui acceptat aliud sibi adiungit, *Polid. Rypa obs. 344. in fin. Alderis. sup. num. 30.*

59 An sicut stipulatio tollitur per aliam stipulationem, sic etiam acceptilatio per aliam acceptilationem, *Bart. in l. si vnus, §. pactus, ff. de pactis, num. 724*

60 Et an omnes contractus resoluantur per acceptilationem, ex qua in omnibus vt plurimũ accedunt stipulationes, *Alderis. sup. c. 4. & lib. 4. cap. vlt.*

61 Acceptilatio in dubio, quæ in vim acceptilationis, defendi non potest, in vim pacti nudi liberatorii substinetur, *l. si vnus, §. si acceptilatio, ff. de pactis, l. an inutilis ff. de accept. l. acceptilatum ff. eod. tit. l. Iuris gent. §. igitur nuda ff. de pact. Alderis. d. tit. 1. c. 10. n. 40.*

62 Acceptilatio propria symbola est cum verborum obligatione, *d. l. an inutilis §. acceptum ff. de accept. §. item per acceptilationem, instit. quib. modis tollit. obligat. l. vl. naturale ff. de reg. iur.* Et acceptilatio supponit obligationem, *l. nisi consensiat, ff. de accept.* Vnde si re esset contracta obligatio, non tolleretur per acceptilationem: quia acceptilatio non est symbola cum contractu, quia non fit verbis, *l. si acceptilatum, ff. eodem, Alderis. d. c. 3. num. 14. & tit. 8. cap. 10. n. 39.*

63 Ideò si quis voluerit ea, quæ ex alio contractu, quam verborum debentur accepta ferre, prius debet per Aquilianam stipulationem debitum nouare, & in verborum obligatione conuertere, & sic postea accepto ferre, *l. 3. de acceptil. l. 4. C. de transact. d. §. item per stipulationem.* Nam Aquiliana stipulatio viam sternit acceptilationi, & materiam disponit, & reddit idoneam ad symbolizandum, quæ aliter res-

puit

puit acceptilationem, *Tholos. syntagm. lib. 21. c. 19. n. 3.*

64 Licet nisi re contracta esset obligatio, non tolleretur per acceptilationem, vt diximus. Tamen quando virtualiter aliquod pactum continere valet potest exceptione doli mali, vel pacti tueri, *d. l. si acceptilatum, l. cum emptor, ff. de rescind. vendit. l. si. vnus. §. acceptilatio, ff. de pactis.* Quod non est in acceptilatione inepta, quæ inter absentes, vel sub conditione, vel in diē fit, *arg. L. 1. §. eum, qui, ff. de constit. pec.* Vel ratione rei, *l. cum emptor, ff. de resc. vendit. d. l. si acceptilatum. Alderis. d. c. 10. n. 41.* vbi sic dicit intelligenda dicta *c. 3. n. 18. & seqq.*

65 Dos per acceptilationem, puta maritus cum esset debitor in mille in beneficium Titii, si illa mille det in dotem eidem marito, & tunc pecunia à marito debita numerata videtur, & breui manu eidem in dotem data, *l. licet 44. ff. de iure dotium,* & ibi *gl. verb. datum*, *P. Affl. contr. 38. n. 19.*

66 Verum insurgit satisfactio reuocabilis, *P. Affl. sup. n. 29.* Ideò soluto matrimonio, pristina actio mulieri restauratur, & è contra exceptiones marito, aut eius hæredi ex prima obligatione insurgentes, remanent illesæ, & reuiuiscunt, *P. Affl. n. 31. & n. 13.*

67 Ideò si præcedens mariti debitum in dotem conuersum, non erat omninò purum, & ab exceptionibus absolutum, matrimonio distracto salua erunt viro, & eius hæredi exceptiones, quæ ex pristino contractu, quamuis delegatio, vel acceptilatio, quæ paris est virtutis, interuenissent, *d. l. licet 44. ff. de Iure dotium, P. Affl. sup. n. 18.*

68 Sed Acceptilatio de dote facta per virum liberat dotis debitorem, *Card. Luca de dote disc. 29. n. 8.*

69 Et per eandem vir remanet dotis restituendæ debitor, *Card. Luca de dote disc 87. nu. 14. disc. 192. n. 7.* Qualis autem confessio de recepto non præiudicet viro, *Card. Luca d. disc. 192. à n. 8.*

70 Non potest fieri à procuratore, sed constare debet de effectiua solutione, *Card. Luca de vsur. disc. 41. n. 8. de credit. disc. 40. num. 6. 10.* Diximus *sup. n. 4. 5.*

71 De Acceptilatione agunt latè *Medices in Tractatu, Tholos. in syntagm. lib. 21. c. 19. Donell. 16. comment. c. 21. Vigel. I ur. ciuil. c. 11. Cav. Tusc. lit. R. in suis conclusionibus, Vrsell. recept. sentent. concl. 18.* qui confirmant conclusiones firmatas.

72 De Acceptilatione, & Aquiliana stipulatione agit idem *Tholos. syntagm. lib. 24. c. 12.*

SVMMARIVM.

QVÆST. XLIII.

Sed alij numeri sunt in Sectione prima huius Quæstionis

Quid sit vsucapio, num. 1.

Præscriptio 10. vel 20. annorum appellatur vsucapio. n. 2.

Vsucapio respicit mobilia, præscriptio immobilia, licet largo modo præscriptio comprehendat vsucapionem, n. 3. 4.

Vsucapio semper fauorabilis, non præscriptio. n. 4. 5. Vide n. 73.

Præscriptio desinat à præscribo. n. 6.

Vsucapiuntur bona mobilia per triennium, immobilia alio tempore. n. 7. 8. contra Ecclesiam Romanam. 100. ann. 10.

Res immobilis præscribitur per annos 30. cum bona fide, sine titulo. n. 9.

Vsucapio quando in fructibus. n. 11.

Antiquo tempore res immobiles quo tempore vsucapiebantur. n. 12.

Præscriptio 10. & 20. annorum fuit cognita à Iuris consultis, illa 30. annorum ab Imperatoribus. num. 13.

Vsucapio competit scienti. n. 14. & non scienti. n. 15. Vbi de DD. tractantibus de vsucapione.

Præscriptio in quo differat à consuetudine. n. 16.

Quid sit præscriptio. n. 17. 43.

Præscriptio est, cum quis possidet rem alterius, sciente, & patiente domina. n. 18.

Præscriptio, sine possessione non datur. n. 19. 20. Vbi tantum præscriptum, quantum possessum.

In incorporalibus sufficit quasi possessio. n. 21.

Præscriptio non incipit, nisi actus incipiat explicari. n. 22. debet esse continuata, completa, & non interrupta. n. 23.

An requiratur possessio naturalis, & ciuilis simul. n. 24. 25.

Nā præscribit qui alienō nomine possidet, vt colonus. n. 26. 27. 36. 43. & quando sic. n. 29. 30. 31. 32. & n. 688. sect. 1.

Colonus an præscribat pensiones. n. 28.

In præscriptione 30. annorum an requiratur possessio. n. 33. an immemorialis, non. n. 34.

Quando non sit necessaria possessio. n. 35.

Possessio debet esse conformis, non difformis. n. 37.

Ad præscriptionem requiritur bona fides, & possessio. n. 38. & 92. & nu. & seqq. & nu. 89. & seqq. sect. 1.

Res præscripta per possessorem per 30. vel 40. annos, si redeat ad dominum, an possit vindicari. n. 39.

Ciuilis possessio non durat vltra decennium. n. 40. Secus si naturalis possessio non fuerit ab alio occupata. n. 41.

Tale tempus decennij non currit contra impeditum. n. 42.

Præscriptio non præsumitur, sed debet probari. n. 45.

Fundatur in sola negligentia, & in odium negligentium. n. 46.

Fuit introducta ob bonum publicum. n. 47. 48.

Effectus illius est transferre dominium de vno in aliū. nu. 49. 51. 53. Vbi quod est cessibile est præscriptibile, aliàs non.

In debitore præscribente, illa habet vim solutionis. n. 50. 52.

Illa non acquirit directum dominium, sed vtile. n. 53. Vbi secus si esset longi temporis, vt infrà.

An

An extendatur de persona ad personam, de re ad rem, an sit fauorabilis, vel odiosa. n.54. & à nu.55. à n.84. Quotuplex sit. n.83.92.100. An vigeat in Tribunalibus, in quibus proceditur, sola facti veritate inspecta. num.85.86.87.88.89.90.91.

Præscriptio habet vim pacti, & contractus, n.93.

Per illam tollitur omnis obligatio. n.94.95.96.97.

Sed non impedit litis ingressum. n.98.

Tollit actionem, non exceptionem n.99. Alia & propria est illa, quæ à Iure Canonico, & Ciuili procedit. n.100.

Vbi illa possunt præscribi quæ per priuilegium possunt acquiri.

Præscriptia non fit sine voluntate præscribentis, & sine credulitate tituli. n.101.

An debeat opponi, vel Iudex ex officio possit super illa iudicare, n.102. & à n.103. ad n.107.

Quantum tempus requiratur ad præscribendum. nu.108. & seqq. Vbi quod fideiussio oretenus facta durat duobus mensibus, & de iuditio sisti durat triennio. Vbi de redhibitoria, & tanto minoris, & tenuta.

Prælatio competens in venditione, infra quantum tempus competat vicino, consanguineo, socio, consorti, & alijs. n.109. & à n.110. ad n.142. Vbi quibus competat, & n.123. quod Censuarius præfertur in venditione rei censitæ. Et vbi cui competat prælatio, & cui non. n.138.

Agnatus an, & quando, & infra quantum tempus possit petere prælationem in venditione feudi, & locatione. n.143. & à n.144. ad n.149. Vbi de prælatione domini directi in alienatione rei emphyteuticæ.

An, & quando competat prælatio Vniuersitati, in venditione feudi, & intra quantum tempus. nu.150.151.152.153. Vbi num.153. Vt prælatio competat agnatis in venditione officiorum.

Emens à Rege, vel à Fisco rem alienam, vel habens ex donatione, vel alio titulo, præscribit quadriennio. n.154. vbi tota materia, l. eg. benè à Zenone C. de quadriennali præscript. *& à nu.155. ad n.171.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ, & dotis, quo tempore præscribatur. n.172.

Priuilegium per non vsum, per decem annos præscribitur. n.173.

Filius præscribit vsumfructum patri debitum per 10 annos inter præsentes. n.174.

Actio personalis pro vsufructu præscribitur eodem tempore. n.175. Et an omnis actio personalis. ibid.

Quanto tempore præscribitur ius præsentandi ad beneficia Ecclesiastica. n.176.

Quærela inofficiosæ donationis quanto tempore præscribatur. Et quærela inofficiosæ dotis n.177. & n.178.

Res immobilis quo tempore præscribatur. n.179. Vbi de præscriptione statuti, & de præscriptione ciuilitatis, & domicilij.

Actio hypotecaria quanto tempore præscribatur. nu.180. & à n.181. ad n.197. Vbi de præscriptione l. fin. C. de acquir. possess.

Habens furnos, molendina, tapetas ad oleum faciendum, Hospitia, & similia, per quantum tempus præscribat ius prohibendi ne alij faciant similia n.198. & à n.199. ad n.218.

Seruitus acquiritur pacto, vltimis voluntatibus, sententia, vel præscriptione. n.219.

Quomodo probetur, & præscribatur? n.220. & à n.221. ad n.264.

Præscribitur ius soluendi vnam monetam pro alia, per quod tempus? n.265. & à n.266. ad n.283.

In fideiussore quanto tempore currat præscrip. in nu.284.285.286.

Successor singularis quanto tempore præscribat. num.287.288.

Via executiua in instrumento contenta, & pactum executiuum quanto tempore præscribatur. nu.289. Quid in schedula priuata, et à quo tempore incipiat. n.290.292.293. Vbi quid via executiua exigendi Collectas.

In tali præscriptione an requiratur bona fides. num.294.295.

315 Sed quæftio eft quo tempore præfcribatur tale remedium , & præfcribi fpatio 30.annorum,*Barbof.in l.*3.*C.de præfcript.*30. *vel* 40.*ann. nu.*4.*Menoch.conf.*1050. *Capyc.Latr. confult.*88. Card.*Luca de Iudic.difc.*44.*num.*71. *Serafin dec.* 1360.*Rota rec.dec.*535.547.*par.*4.*tom.*3. *ac dec.* 391.*nu.*15.*p.*12. *Bonden. de præfcript.docum.*31. concurrente bona fide , quamuis res effet affecta vitio reali. *Antonell.de temp. legal. lib.*2.*cap.* 91.*num.*1.

316 Quoad Ecclefiam requiruntur 40 anni *c.de quarta de præfcript. Marefcot. lib.*2. *c.*67. *nu.* 49 *feqq.*

317 Et Ecclefiæ competit hoc remedium *d. Canonis* , etiam fi à poffeffione ceciderit facto fui Rectoris , quia Rector non poteft Ecclefiæ præiudicare,*Genuenf.tract.de Ecclef.q.*584.*Ludouif.dec.*116.& ibi *Addit.*

318 Hoc remedium competit hæredi quando fuit in effe deductum in vita defuncti fpoliati, fed fi inceperit ab hærede,*Gratian.difc.*172.

319 Et fi in illo adfit vis,dolus , vel mala fides fpoliantis,tale remedium competit etiam vltra 30.annos, nam poffeffor malæ fidei nunquam præfcribit *c.fin.de præfcript.Gratian.d. c.*273. & *ibid.Luca,Serafin.dec* 1360.*nu.*14. & 15. *Marefcot.lib.*2.*num.*67.*num.*37.*feqq. Antonell. d.c.*91. *num.*9.

320 Idem eft in Tertio poffeffore habente ius offe-

offerendi, nam cum detur per viam exceptionis nunquam præscribitur, nam quæ sunt temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiédum,*l.pure,§.fin.ff.de dol.except. l.licet 5. eum gl. C.de except. Cabalin. Mill loq.317. Olafch.dec. 115.135.Thes.dec.157.num.10. Fab.in C.lib.8. tit.10.d fin.4.nu.14 15.Couar.var.l b.1.c.4.n.8. Ponte conf.29.nu.5.6.Gall.p.in praxi p.4 de concurs.c.vlt.in fi e,Schettin.de intr.offer.p.1.c.2.n.2. Antonell.de temp legal.lib.2.c.90.n.2.*

321 Sic si creditor emat subhasta, præscribit ius offerendi contra posteriorem creditorem per spatium 30.annorum, *Franc.b.dec.69.n.m.12. B.lb.de præscript.4.c.5.p.q.2. Gaill.obs.lib 2.obs. 18.nu.12.Thes.dec.157.num.3.* qui dicit 40 annis,*Staib.ref.5.nu.35.seqq.Schettin.p.1.c.3.sect.4 num.50.*

322 Item Tertius possessor, qui emit à primo creditore, præscribit decem annis contra posteriorem,etiam si emisset a creditore possessore malæ fidei,*Affl.dec.139. Thes.dec 157.n.4.5. Staiban.ref.5.nu.46.seqq.* post hos,& alios *Schettin.sup p.1.c. 3.sect.2 n.12.seqq.*

323 Secus est, si secundus creditor ageret iudicio assistentiæ vigore constituti, nam tunc non præscribitur aduersus creditorē à tertio possessore,quamtumuis bonafide, & iusto titulo roborato,& causam habente à non debitore, nisi spatio 30.annorum,*Affl.dec.139.Gatt.de credit. c.3.qu.7.nu.872.Staib.ref.5.nu.42.43. Thes.dec. 105.nu.8.dec.215.nn.6.*vbi filius,*Fab.in C.lib.7. tit.10.def.5.in fine,Gratian.dec.15.n.3. Barbat.de assist.gl.7.nn.53.Schettin.d.sect.2 n.15.*

324 Præscriptio 30. vel 40. annorum perimit omnem actionem, *Amat.conf.96.nu.3.5.Trançhedin.consult.nu.47.n.7 consult.85.n.5. Monald. dec.69.nu.4. Infrà n.782.seq.*

Ideo si statutum prohibeat præscriptionem, sicut,& testator,aut contrahens,non excluditur illa 30.annorum,*Staiban.ref.5.n.40.41.*

Sed non tollit naturalem obligationem,quæ sufficit ad retentionem,*Pacion.alleg.27.n.39.*

Non est introducta, vt per illam obijciatur iuri agendi,sed non excipiendi, & retinendi, *Pacion d.alleg.27.n.20.*

325 Salarium non præscribitur nisi spatio 30. annorum de iure communi, *R.Marin.lib.1.ref. 311.nu.12.Zacchia de salar.q.105.nu.1.& 9. Pacion.de locat.c.52.Sabell.in pract.§.feruidori num. 22.seqq.Canaler.dec.409.Rota p.14.rec.dec.168. num.11.D.Guttier.de compensat. q.17. lib.5. Andreol.contr.245.n.2.*

326 Et licet aliqui dicant spatio triumannorum, *Guttier.in l.nemo potest nn.487. ff.de leg.1. Menchac.de success.creat. lib.1.§.10. num.33. Gratian. dec.53.nu.6.*vbi *Luca,& Sco pa, Surd.& addentes dec.24.Duen.reg.306.* vbi 12. modis limitat, *Ricc.coll.179.in fine,& collect.3787. Serafin.dec. 1322.num.4.Danz.de pugn. D.D.tom.1.tit.de salar.c.3.num.6.seqq.Antonell.de temp.legal.lib.1. c.32 nu.28.Leoncill.dec.Ferrar.37. nu.6. Gamma dec.354.Idem Ricc.collect.285.& 1079.Andreol. contr.245.n.1.2.5.6.*relati per *Zacch.sup. n.5.D. Guttier.de compensat.lib.5.q.17.nu.9.*

327 In Hispania per tres annos, *D.Guttier.d.q. 17.nu.9.Gama dec.334.nu.6.* Idem in Lusitania, *Barbos.in l.2.C.de præscript.30. nn.96.seqq. Narbona de etate ann.25. q.23. nu.12.*vbi dicit: Minores contra non currere.

328 Tamen hi loquuntur secundum statuta particularia. *Zacchia sup. num.6. Ricc.d.collect. 3787.Laurent.dec.Auen.56.Giurba dec.13.Hurtad.resol.moral.p.2.tract.8.ref.15.Gamm.dec.334 Leoncil.dec.37.Pacion.d.c.52.Crespi de Valdaura obs.44.p.2.Rota p.18.rec.dec.815. nu.5.seqq. Sabell.§.salarium n.22.*

329 Romæ adsunt statuta pro præscriptione salarij,*Zacch.d.q.105.num.15.& seqq.* per biennium,per Constit.Pij V,*Gratian.dec.53.n.6.*

330 De Iure siculo,per 5.annos, *D.Guttier.de compensat.q.17.n.7. lib.5.*Quo tempore elapso non admittitur probatio in contrarium,si adest statutum,*Andreol.contr.245.num.3.4. Ginrba dec.13.*

331 Sicut alimenta non præscribuntur nisi 30. annis,*Surd.de alim.tit.1. qu.4.sub.nu.91.Zacchia sup.nu.13.*

332 Neapoli salarium præscribitur per 30. annos,*R.Marinis lib.1.ref.211.n.12.*

333 Mantuæ triennio,*Surd.dec.24.num.1. Censal.ad Surd.d.dec.24. nu.1.* In pluribus partibus. *Pacion.d.c.52.nu.10.*

334 Sed licet salarium per statutum præscribatur per aliquod tempus,statutum non comprehendit salarium calculatum, *Gratian. disc.273. num.52.Pacion.de locat.cap. 52.num.59.Laurent. dec.86.n.10.Hod.ern.ad Surd.dec.24.*

335 Statuta inducentia præscriptionem salarij post mortem Domini, non procedunt eo viuente,*Zacch.de sal.r. q.105. nu.26.seqq.Pacion. de locat.c.52.nu.43.*

336 Loquentia de salarijs menstruis,non procedunt in alijs operarum mercedibus, vel e contra, *Gamma dec.334. nn.11. Costa de rata q.128. in fine,Pacion.c.52.n.44.*

337 Loquentia de familiaribus domesticis, seu famulis,non procedunt in procuratore, in Aduocato,Iudice,Notarijs,nec in Docentibus,nec in mercede artificum, & alijs domi non existentibus; *Rota coram Penia dec.138. num.3. Zacchia d.q.105.nu.25. Mastrill.de Magistr.lib.1. c.21.nu.102.Cyriac.contr.307.nu.4. Rebuff.tom. 2.tit.de famul.salar.gl.10.num.4. Gabr. de Castro dec.46.nu.4.Zacch.d.q.105.n.23. Pacion.d.c.52. num.45.*

338 Loquentia de mercede operarum,si exemplificant in Mechanicis,non procedunt in exercentibus artes liberales, *Rim.nn.conf.315.num. 17 seqq.Pacion.sup. nn.46.* Nec in operibus obsequialibus,quibus homines benè nati nobilioribus viris,& magnatibus inseruiunt, *Scoppa ad Gratian.d.dec.53.nn.22.*

339 Præscriptio salarij inducta per statutum, non incipit currere,nisi finito seruitio, *Font a. nell.*

nell.de pactis cl.4.gl.18.p.5.num.33. Laur.dec.86. num.10. Fab.in C.lib.4.tit.42.defin.34. Giurba dec.13.nu.13. Pacion.d.c.52.nu.48.

340 Quod procedit in continuo seruitio, nam in discontinuo per nouum seruitium non tollitur præscriptio salarij, iam completa, *Fab.in C.defin.34.sup. Fontanell.cl.5. gl.5. num.30.seqq.* vbi se retractat in eo quod in *d.cl.4. glos.18.p.5. num.33.* contrarium cum *Laur.sup.* senserat, *Pacion.nu.49.*

341 Tale statutum præscriptionis salarij non habet locum vbi famulus non permanet in loco statuti, in quo inseruiuit. Et idem si ibi non permanet Dominus, *Costa de ration.rat.q.128. num.14. Danza de pugna DD. p.1.tit.de salar.r. 3.n.9. Pacion. d.c.52.n.50.51.*

342 Præscriptio prædicta non currit contra pupillum hæredem famuli, quousq; durat pupillaris ætas, *Lanfranc.Zacch.d.q.105.nu.36. Pacion.sup.nu.52.*

343 Nec contra minorem 25. annis, de iure communi, *Danza de pugn. DD.p.1.tit.de salar. c.3.nu.9. Pacion.sup.nu.53.*

344 Sed verius, vt currat contra minorem, sed detur ei restitutio in integrum, *Rota dec.372. num.9.10.p.4.tom.2.rec. Pacion.sup.num.54.* Nec procedit vbicumq; quis agere non potest, *Zacchia d.q.105.nu.32.seqq. Pacion.nu.55.* vbi *nu.56.* explicat. Nec procedit statutum in eo, quia tollit actionem non exceptionem, *Zacch.sup. nu.38. Leonc ll.dec.37.nu.8.9.* licet contra dicat *Gabr.d. Castro d.dec.46.nu.6.*

345 Statutum de præscriptione salarij loquens de actione personali, non procedit si competat realis, *Rebuff.d.tit.de salar.gl.10 num.5. Pet. dec.751.num.7. Duran.dec.210.nu.9. Ottobon.dec. 173.nu.9.P.c.on.d.c.52.nu.58.*

346 Et non procedit si creditum sit alteratum, & sufficit esse computatum, & calculatum, *Pacion.sup.nu.59.seqq. Laurен.dec.86.num.10. Gratian.disc.273.nu.52.53. Scoppa ad Grattan.d.dec. 53.nu.20.21.*

Et debitor debet allegare præscriptionem, seu solutionis præsumptionem, quæ est exceptio, quæ opponi debet, & non potest Iudex ex officio supplere, *Zacch.d.q.105.num.34. Cyriac. contr.307.nu.7. Giurba dec.13.n.4.*

347 Contra præscriptionem solutionis non admittitur probatio, secus aduersus præsumptionem solutionis, *Vasq.de success. creat.lib.1.§. 10.nu.36.ad fin.* Nam famulus potest probare non solutionem, *D.Scoppa ad Grattan.dec.53. nu.14.15. Pacion.d.c.52.num.64.seqq.* vbi reprobat *Andreol.contr.245.nu.34.* & alios. Vide ibi latè *Pacion. vsq; ad num.76.* Nec procedit talis statutaria præscriptio in domino obligato cum Instrumento, *Scoppa sup.n.19.*

348 Præscriptio statutaria interrumpitur, licet per extraiudicialem interpellationem, non, *Rota dec.86.num.2.p.1.diuers. Surd.dec.5.nu.6.7. Rota dec.120.num.10.p.13. rec.* Tamen etiam per extraiudicialem, *Serafin.dec.718. num.5.& dec.301.nu.3.* post *Statil. de Saluiano, Pacion.d. c.52.nu.77.seq.*

349 Interrumpitur per agnitionem debiti. *Natta cons.402.nu.64. Gratian.disc.994.nu.10. Herring.de fideiussor.c.15. nu.87. Zacch. d.q.105.nu. 54.55. Pacion.sup. nu.81.* Si agnitio fuerit pura, secus si conditionalis, *nu.83.*

350 Semel interrupta non reuiuiscit, nisi alia de nouo incohetur *nu.87. Gionagn. co s.28. nu. 3.lib.2. Rota d.c.207.num.9. p.4.rec.* post interruptionem non est necessaria præscriptio iuris communis, sed sufficit alia statutaria in interruptione extraiudiciali, secus in iudiciali. *Marescot.var.r.67.nu.9.seqq. lib 2. Fenzon. ad statut. Vrbis.158.nu.65.66. Zacch.d q.105. num.53. Pacion.sup.nu.88.& seqq.* vbi *nu.96.* dicit: statutum si sit laycale, nun comprehendit personas Ecclesiasticas, ex *Coccin.dec.133.n.10.* Et *n.97.* dicit tale statutum comprehendere forenses, post *Fenzol.ad statut.Vrbis r.158. num.61. Zacchia d. qu.105.n 18. Surd.dec.158.num.17. Merlin.dec. 124. num 3.* Quamuis debitum sit alibi contractum, dummodo in loco statuti petatur, *Rota diuers.dec.555.p.4.tom.3.rec.* Et *Pacion.sup num. 99.& seqq.* dicit competere restitutionem in integrum forensi, ex capite probabilis ignorātiæ ipsius statuti, *Verall dec.207.p.3.num.5.* Sed contra, si ignorantia reddatur improbabilis, *Zacch.d.q.105. nu.21.* Si creditor in loco statuti protempore considerabili moram traxerit, ex *Rolan.cons.42.nu.27.lib.3. Add.ad Burat.dec.98. nu.7. Rota r.c.dec.555.nu.9.p.4.tom.3.*

351 Romæ præscribuntur contra familiares Prælatorum per duos annos, *Paul.3. in extrauag. Sicut nob.1, & Pius V.in extrau. Cupientes. Vinc.Grilanz.cons.52.nu.2.3. Abruzz. sup.669. Gratian.dec.53.n.6.*

352 In Hispania Imp. Carolus V. anno 1528. mandauit præscribi per triennium, ab eo die, quo e famulitio cessarunt, *Conar. in r. possessor p.2.§.1.n.2. Duen.reg.6.& 301.* Et anno 1540. apud Bruselles per annos duos.

353 In Francia Ludouicus XII. anno 1512. infrà annum à die, quo seruire cessauerint tantum, & non vltra salarium petere possint, nisi scripturam producant in iudicium, qua probetur petitio, *Conar.sup. Abruzz.sup.n.671.*

354 In Cathalonia adest statutum: Pharmacopulas infrà biennium, & non vltra, medicinas ex eorum officina desumptas petere non posse. Et famulum infrà annum à die finiti seruitij, nisi cautionem aliquam à Dominis de mercede obtinuerint. Et Artifices, & Cordones, quod eis debetur ratione suæ artis, infrà triennium, & non vltra petere possunt, sicut etiam Notarii, nisi cautionem de eorum salario habeant, *Cancer.a.15.p.2.de præscript. Rice.collect. 1992.* Idem *Cancer.d. procur.at.n.113.*

355 In Sicilia seruitia personalia, Aduocatorum, Medicorum, Procuratorum, Sollicitatorum, Aromatariorum, & aliorum Magistrorum artium, si in vita illius, cui seruierunt, si vixe-

vixerint post debitum per annum, & nō petieru nt præsumūtur satisfacti, & non possunt petere ab hæredibus. Sic etiam in vita illorum, si per quinque annos non petierint. Secus si de tali debito adsit contractus, aut actum publicum. Ex *cap.62. Ferd. Regis*, commentaio per *Bald. Abruzz. comment.1.& seqq.* Vbi tota materia benè declaratur, *Giurba dec.13.*

In Regno Castellæ per tres annos, *Gamma dec.334.n.6.*

Eodem tempore Mantuæ, *Surd. dec.24.n.1.*

356 Præscriptio singulorum annorum in famulis salario necessaria non est, sed vna à die discessus sufficit, *Surd. & Ho liern. dec.24. Giurba dec.13. Crespy de Valdaur. obs.44.*

357 Exceptio præscriptionis salarii opponi debet per viā solutionis, non autem compensationis, *Surd. d. dec.24. Gut ier. in l. nemo potest num. 200. & seqq.* & ad eam probandam producere præscriptionem statutariam, *Felician. de censib. p.2. c.1. n.31. Laurens. dec.86. Giurb. dec.13.*

358 Verum hæc præscriptio triennalis in seruitiis præstitis, cum sit fundata in præsumpta solutione, non habet locum si famulus elapso triennio probaret, mercedem sibi non fuisse solutam, *Gama dec.334. n.6.*

359 Et præscriptio triennalis circa salarium procedit in famulis, & ancillis circa seruitia communiter solita præstari, non autem in operibus obsequialibus, quibus homines benè nati nobilioribus viris, & Magnatibus inseruiunt; nam illi non excluduntur à petitione elapso biennio, vel triennio, vt iudicatum vidisse testatur *Gama d. dec. 334. n.11.*

360 Nec procedit si Dominus ad salarium pretio instrumento fuisset obligatus, vel contractu, *Carp in. ad statut. Mediol. c.498. nu.18. Giurba d. dec.13. n.3. Gama d. dec.334.*

361 Et in casu, quo inter creditorem mercedis, & Dominum debitorem fuisset aliqua dilatio ad soluendum conuenta, non curreret ista præscriptio, *Zacchia de salar. d. q.105. n.35.*

362 Et non excusatur Dominus à susceptione iuramenti decisiui sibi oblati per famulum super solutione salarii, sub prætextu, quod esset lapsus terminus à statuto præfixus ad petitionē salarii, *Bonden. de præscript. docum.40.* Vbi dicit hoc esse certum Ferrariæ, stante statuto *lib. 2. rubr.128.* & ibi *Pigant. num.35. lim.2. Leoncill. dec.76.* In simili statuto, *Altograd. cons.53. n.35. seqq. lib.2.*

363 Nec statutum comprehendit casum, quando Dominus elapso triennio à statuto apposito confitetur debere salarium, *Bonden. de præscript. docum.6. § sic si post completam.*

364 Et Sutores vltra sex menses non possunt petere mercedem, *Ann. sing.492.*

365 Ad materiam præscriptionis salarii *Luca in praxi eius Liudit. c.26. nu.4.5.6. Olea de ress. tur. tit.6. qu.11. nu.16. Bellon. de his, quæ fiunt incontinenti lib.2. c.5. Cyriac. contr.307. Card. Luca in conflict. obs.304. Bonden. de præscript. docum.40. Pigant. ad stat. Farrar. lib.2. rubr.178. n.59. seqq. lib.2. Andreol. contr.245.* vbi impugnat *D. Marin. lib.1. c.311.*

366 Constitutum 30. annis præscribitur, *Rosis p.1. obs.11. num.70.* Nisi mortuo constituente, nam tunc 10 anni. *n.71.* Verum ignorans restituitur, *nu.55.57.75.75.* etiam 30. vel 40. *nu. 76. Vrceol. consult.34. nu.1.* Sic etiam 30. annis præscribitur obligatio cum precario *Posth. dec. 47. n.3.4.*

367 Pactum de retrouendendo præscribitur spatio 30. annorum, *Barbos. in l.7. C. de præscr. num.84 seqq. Merlin. de pign. lib.4. qu.80. nu.20. 21. Faria ad Couar. var. c.9. n.18 seqq. Prat. obs. 36. Capon. disc.187. lib.3. Mans. consult.184.281. lib.3. D. Bonden. de præscript. docum.5. & 31. Card. Luca de empt. disc.7. nu.5. Luca ad Gratian. disc.2. Crisp. dec.194. Priol. dec.58. Cortiada decis. 149. Iunius de solemnit. in contract. minor. gl.2. §.1. num.169. Nos ad Rouit. cons.14. lib.2. num.4. Strib. res. & obs.40. Fab. in C. tit.30. de præscrip. defin.3. Boer. dec.351. Vasq. contr. illustr. cap.54. Fachin. contr. lib.1. c.70. Censal. ad Surd. dec.2. nu.1. Donad. de renunciat. lib.1. c.34. num.47. seqq. Christin. dec.86. num.4. seqq. vol.3. Fontanell. dec. 75. seqq. Antun. de donat. lib.3. c.43. num.61. Cortiada dec.149. Berlich. p.2. conclus.2. Hermosill. fol.647. n.6. seqq. & fol.650. nu.6.* Quamuis adsit clausula, *vt possit semper, & quandocumque redimere, Stab. sup. Prat. obseru.36. num.15. Barbos. in l.2. num.18. C. de præscript. Censal. ad Surd. dec. 2. num.1. P. Barbos. in l.3. C. de præscrip.30. ann. num.140. Magister meus Dom. Capon. discept. 187. Acosta de priuil. cred. reg.1. ampl.2. num.89. Bonden. de præscript. docum.6. & 31. D. Rosa consult.12. num.61. Antonell. de temp. legal. lib.2. c.89. nu.1. fol.218. Amat. res.19. nu.6. Merlin. de pignor. lib.4. tit.2. qu.80. num.40.20.21. Add. ad Burat. dec.410. nu.18.* Quamuis esset conuentum, vt liceret semper, & quandocumque, *Censal. ad Surd. dec.2. num.1. Fab. in C. defin.3.4. 18. C. de præscript. Scoppa ad Gratian. dec.4. num. 17.18. Ansald. de commerc. disc.57. nu.30.37.38.* Quamuis adsit iuramentum, *Tiraq. de retract. conuent. §.1. gl.2. Guid. Papa dec.199. Fab. in C. sup. Capyr. Latr. dec.160. num.24. Antonell. de temp. legal. lib.2. c.89. n.6.*

Sed contra quando adest dicta clausula: *toties promisit emptor retrouendere quoties præscriptio completa erit. Donad. de renunciat. lib.1. c. 34. num.205.206.* decisam refert *Rice. collect. 285. Gizz. ad Latr. dec.160. nu.34. Gratian. disc. 735. num.16. Gallerat. de renunc. ren.85. num.6. seqq. tom.2. Palma alleg.3. nu.139.140. Hermosil. sup. n.20.*

Sic non præscribitur, si opponatur retrouenditio per viam exceptionis, nec quando contractus est vsurarius, *Hermosill. sup. nu.22. 24.* Nec si est læsio enormissima. *num.25. & seqq. Iouius sup. n.173.176.*

368 Sed quod stante iuramento non præscribatur spatio 30. annorum, *Balb. de præscript.5. p.*

pin-

principalis qu.6. Laurent.dec.129. Thes. qu.72. num.4.lib.2. decisum refert per S.C. *Nouar. in pragm.1.de pact. retrouend. num.8. Ricc.collect. 3073. Cassan.cons.11.nu.41. Dectan.cons.35.num. 23.lib.2. Sabell.§.ius congrui num.18. §.iuramentum num.47.§.præscriptio num.25. Iordan.lucubr. vol.3.lib.14.tit.24.num.387. seqq. fol.500.* Sed spatio 40. annorum, *Rota p.10.rec.dec.311. & p.13.dec.232.num.1. Ansald.de commerc.disc.57. n.31.& seqq. Antonell.sup.n.4.contrà n.6.*

369 Quod procedit, quamuis sit promissum, sub verbo Principis, quæ promissio vim iuramenti habet, *c.penul.de iureiur. Crauet.cons.241. num.11. Dectan.sup.*

370 Alii verò verius distinguunt, Aut est facta conuentio de retrouendendo rem alienatam quandocumque pretio restituto, renunciando expressè, & cum iuramento cuilibet præscriptioni, & hoc casu nulla currit præscriptio, Aut simpliciter est factum pactum de retrouendendo cum iuramento, & tunc præscribitur spatio 30. annorum, *Add.ad Guid. Pap.dec.119. Felin.in rubr.de præscript. colum.7. fallent.4.vers.sed forte, Balb.de præscript.4.p.5.p. principal.qu.3. Menoch.cons.201. num.122.seq. Gratian.disc.2.num.54. Censal.ad Surd.dec.2.n.4. D.Borgia Inuestig. contra Fabr.p.4.lib.9.c.10. n.16. D.Palma alleg.3. n.135. Cels.dec.194. Priol. dec.58. Bonden.de præscript.docum.6.& 31. Card. Luca de empt.disc.7. Hunn.enciclop:d.tit.15.c.2. num.27. Brill.ad consuet.Neap.tit.30.c.1.n.114. seqq. Luca ad Gratian.disc.207.nu.5. Pilaia tit.de censib.dec.10.pet.8.num.35. Faria ad Couar.lib.1. c.9.num.17.seqq. Copon.contr.59.num.8. & disc. 187. Rodoer.cons.30. D.Crespi obs.116. num.23. seqq. Berlich.conclus.legal.p.2.concl.2.nu.81.seqq. Fab.in C.tit.de præscript.defin.4. Merlin. de pign. lib.4.quæst.80.num.30.seqq. Doctissimus Dom. Prat.obs.36.* Mansius *consult.184. 281. Luca ad Gratian.disc.2.*

371 Alii distinguunt, Aut dictum fuit, quod quandocumque in perpetuum, vel nulla præscriptione obstante, tunc non præscribitur, *Cancer.p.3.c.15.nu.78. Rota dec.164.num.2.p.2. rec. Palma cons.34.nu.17. Fontanell.dec.76. num.17. 18.dec.77.nu.17.seqq. D.Marcian.disp.98. nu.10. Gallerat.de renunciat.cent.1. renunciat.85. nu.4. tom.2. Palma alleg.3.num.136. Marin.ad* Reuert. *dec. 574.in princ.* Aut dictum sit: quandocumque, & tunc spatio 40. annorum præscribitur tale pactum, *Morla in empor.tit.9.q 17. Gizz. ad Capyc.Latr.dec.160. Rodoer. cons.20. D. Copon.contr.59.num.8. Constant. sup.pragm.in appendic.fol.416.col.2. Palma alleg.3. num.136.* Et super exercitio huius pacti datur terminus; decisū refert *Marad.in praxi præsent.instr.c.5.n.13.*

372 In Cathalonia pactum de retrouendendo est impræscriptibile *D.Romaguer.ad* Concil.*ad Batn:. Eug.b.lib.2.rubr.52.0.30.*

In nostro Regno Neapol. per *pragm.5. de feudis*, Si aliquis Baro vendiderit feudum cum pacto de retrouendendo, & fieret rebellis,

tempus limitatum fit perpetuum.

375 Sed quod si sit conceptum, vt perpetuò, & quandocumque licet veneditori creditori, nunquam præscribatur; *Mising.obs.16. Ludouic. dec.Luc.52. Ionius sup.nu.186.*

Sed illos reprobat *Gratian.disc.433.num.67. Surd.dec.2. & 34.* vbi *Censal.& Hodiern.*

374 Sed stante modicitate pretii debet creditor admitti ad redimendum, ex æquitate non obstante lapsu temporis, *Ricc.collect.3073. Nouar.sup pragm.Neapol.coll.186.num.19. Ludouis. & add.dec.559.num.8. Mantica de tacit.lib.4.tit. 31.n.4.seqq.* vbi an possit mora purgari, saltim per restitutionem in integrum, *Ansald.de commerc.disc.57.n.45. Iouius sup.*

375 Et stante enormissima læsione in pretio, pactum prædictum temporale efficitur perpetuum, *Menoch.de arbitr.cas.217.n.3. Caluin.de æquit.lib.2.c.116. Iouius sup.*

376 Sic etiam si contractus sit pignoratitius, nam tunc semper potest reemi, cum res tunc retinetur nomine pignorantis, *Mantica de tacit. lib.4.tit.31.nu.41. Antonell. de temp.legal. lib.2. c.89.num.12.* Vel esset contractus vsurarius, *Antonell.o.7.& 12.*

Vel in contractu annui census, *Prat.obs.36. num.14. Hodiern.ad Surd.dec.2.nu.24. R.Marin. ad* Reuert.*dec.573.num.4. Nos ad Rouit.dec.33. & ad cons.14.nu.3.lib.2. Fontanell.dec.77.nu.17. seqq.& de pactis cl.4.gl.18. p.5. num.62. Medic. cons.114.* Couar.*lib.3.var.c.8.n.6. Sesse dec.110. n.6.7. Farinac.dec.14.n.6. Cenc.de censib.p.2.c.1. qu.3.art.7. Anna alleg.11.num.20. Ionin. n.179.*

377 Sed quod nunquam præscribatur tale pactum tenent post antiquiores *Gomes var. tom. 2.c.2.num.28.* vbi Ayllon.*fol.157. Ansald. de commerc.& mercat. disc.57. Card. Luca de empt. disc.32. de seruit.disc.87. Hodiern.ad Surd. dec.2. num.4. Ricc.collect.285.* vbi decisum refert. *Cancer.p.1.c.13.nu.51.in addit.ac p.3.c.7. num.206. Gaill.lib.2.obs.18. Casanat.cons.7.num.14. Sesse dec.18.num.103. Maur. alleg.105. R.* Marin. *ad Reuert.dec.61.n.3.dec.573. Prat.obs.36. Boer.dec 182. Papon.lib.11.tit.6. arrest.5. Nos ad Rouit.d. cons.14.nu.5.6.7. Fontanell.dec.76.77.* Constant. *sup.pragm.1.de pact.de retrouend.n.21.*

378 Sed illa nostra opinio limitatur quoties pactum de retrouendendo est appositum ex interuallo, nam tunc illud præscribitur sicut cæteræ actiones, *Fachin.contr.13.lib.2.* R. *Valenz.cons.187.n.118.& 132.lib.2.*

379 2. Limitatur, vbi contingat interpellari emptorem per venditorem, & oblato prætio requiri, quatenus retrouenditionem firmaret, & ipse contradiceret, & facta contradictione eis acquiesceret per 30. vel 40. annos, tunc diceretur perscriptum huic actioni compellendi emptorem ad retrouendendum, *Ripol. var. resol.c.11.de emptione à nu.241. Nos sup n.8.*

380 3 Limitatur, si in aliquo contractu deficerent dictiones illæ: *Toties, quoties, quandocumque, Menoch.cons.143.nu.14. Mantica de*

tacit.lib.4.tit.31.nu.21.Prat.d.obs.36.nu.15.

381 Quæ conclusio limitatur si in loco, vbi fit contractus sine talibus clausulis, edet solitum illas apponi, ea ratione, quia quod exprimi consueuit, habetur pro expresso, *Nos sup.n.10.*

382 4. In fauorem tertii possessoris quamuis habeat causam ab ipso emptore decisum refert *Cabed.dec.160.p.1. Perey dec.15.nu.8. Hodiern. ad Surd.dec.2.num.15.* Vbi dicit præscribi spatio decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, ex *Thesd.qu.72.num.4.* vbi dicit, quod si adest constitutum requiruntur 40. & in *addit.ad Patrem dec.157.* licet contra decisum referat *Fontanella dec.81.& 82.Nos sup.n.11.*

383 5. Si in promissione de retrouendendo esset adiectum iuramentum, *Hodiern.ad Surd. dec.2.num.14.Ansald.d.disc.57. Nos sup.num.12. Balb.de præscript.5. p.5. partis principalis qu.6. Laurentijs dec.129.Thesd.l.b.2.qu.72. nu.4.* decisum refert *Nou.r.in prag.1.de pacto de retrouendendo n.8.Riec.coll.3073. Cassan.conf.11.nu.41. Decian.conf.35.n.23.lib.2.*

384 Idem si sit facta promissio sub verbo Principis, *c.pen.de iure iur. Aymon.conf.241.num.11. Decian sup.*

385 Sed quod non obstante iuramento currat præscriptio, dicunt *Gratian.disc.2.num.54.* vbi decisum refert. *Antonell.de temp.legal.lib.2.c.89 num.6.* Diximus *sup.n.368.seqq.*

386 In casu, quo res vendita cum dicto pacto præscribatur spatio 30. annorum, si res illa ab emptore eum dicto pacto sit alteri vendita sine dicto pacto, iste secundus emptor præscribit spatio decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, *Antonell. de temp. legal.d.c.89.n.3.Ioutus sup.n.174.*

387 Ad exercendum pactum non sufficit interpellatio ad interrumpendum, sed est necessaria oblatio, *Scoppa ad Gratian.dec.4.nu.19.21.* ad materiam supra positam confirmandam videndus *Sabell. §.pactum. Capon. discept.187. tom.3.*

388 Ius petendi legitimam, & eius supplementum præscribitur spatio 30. annorum à die mortis patris *Guid. Papa dec.82. Honded.conf. 83.num.25.& 35.lib.1.Put.dec.132.lib.2. Ludouis.dec.489.Merlin.de legit.lib.3.tit.3. qu.7 nu.5. & lib.5.tit.3.qu.10.num.8. Viu.opin.458.* Vbi etiam dicit, quod ex qualibet iusta causa, aduersus hanc præsumptionem, conceditur restitutio in integrum, *Amat.resp.96. num.8. Cutell. de donat.tom.2.spec.39.num.4.* Vbi *nu.5.* limitat. *D.Scoppa ad Gratian.dec.4.num.5.& 28. Antonell.de temp.legal.lib.2.qu.98.num.9.& seqq. vsque ad num.15.Roccus resp.74. num.25.26.* Vbi quod actio personalis, *Graff.§.legitima q.47.*

Vel ex successorio edicto possit filius agere vsque ad annos 60. *Merlin.de legit.lib.5.tit.3.q. 10.n.4.& 5.Roccus resp.*

Et supradicta conclusio procedit quando agitur contra tertios possessores bonorum, non si excipiatur, nam regula est, quod actiones temporales ad agendum sunt perpetuæ ad excipiendum, *Gulielm. de Ludosi.g.82. Nos infra*

Sic dicta præscriptio 30. annorum non habet locum, quando filius possidet, nam contra se ipsum non currit præscriptio, cum à se ipso contra se ipsum non possit actio intentari, *Menoch.conf.1019.num.4.Gratian.disc.602.num.3. seqq.* decisum refert per Rotam Rom. *Merlin.de leg.l.b.5. tit.3.qu.10.num.34. Roccus d.resp. 78.num.23.lib.1. Bossius de dote fol.481 num.12.*

Petitio hæreditatis præscribitur 30. annis, *Gaill.lib.2.obs 120.nu.16.* de petitione hæreditatis. *Mansius consult.180.Canaler.dec.386. Affl. dec.218 Parlador.quotid.lib.1.c.5.Benintend.dec. 35.Peregr.de fideicom. art.45. num.25. Amayn. obs.lib.3.c.2.Sabell.§.hæreditas num.24. Ridolfin.in praxi p.2.c.10.num.77.seqq. Bossius de dote fol.547.num.12. Ludouis.& addit.dec 489.* Vbi deducto etiam tempore minoris ætatis.

Immò ex qualibet iusta causa aduersus huiusmodi præsumptionem competit restitutio in integrum, *Viu.opin.458. Antonell.d.qu.98. nam.10.*

389 Sed an præscriptio statutaria locum habeat in legitima, & eius supplemento, Non, quia pro ea competit petitio hæreditatis, quæ est mixta, & statutaria præscriptio non habet locum in actionibus mixtis, tum etiam quia dispositio generalis regulariter non comprehendit legitimam, tanquam speciali nota dignam, *Ludouis.dec.489.n.15.* & ibi *Add. nu.26. Antonell.sup.n.17.*

390 Sed quod pro legitima, & eius supplemento detur actio condictionis ex lege, *Merlin.de legit.lib.3.tit.3.qu 1.nu.5.* quæ actio est perpetua, *Barz.dec.102.nu.26. Fontanell. de pactis cl. 5.gl 8.p.3.n.49.Roccus sup.n.33.*

Quod supplementum legitimæ præscribatur per quinquennium, dicit *gl. in l. si quis filium, v. rb.aducitas.C.de inoffic.testam.D.Merlin. contr.7.n.2.lib.1.*

Sed quod præscribatur spatio 30.annorum, *R.Rouit.conf.22.lib.1 Graff.§.legitima q.47. Mising.cent.2.obs.71.Viu.opin verb.legitima.nu.12. Gaill.obs.120 Gomez var.lib. cap.11.num.23. Guid.Pap.dec.82 Garbard comma.opin. verb. legitima nu.7.Hu n.ad Treutl vol.1.disp.13. thes. 13.qu.34. Vill l.b.lit.F. num.101.seqq.& lit.F. n.184.* & ibi *additio Fichardi, Marzius de testam. tit.12. qu.61.* vbi etiam per ius Bauaricum, *Laym.ad Gomez var. tom 1.c.11. num.23.* Vbi dicit hoc ius transmitti ad quoscumque hæredes, etiam si filius moriatur antequam petierit, post *Fusar.de sub tit.qu.296. num.37.Cancer. & alios, P.Bossius de dote c.14.nu 12.Nos ad Romit. d.conf.22.n.26.*

Et procedit etiam in supplemento debito ascendentibus, *Barb f.in l.quoniam in priorib.C. de inoffic.testam.nu. 14. Laym.sup.D.Verde Instit. lib.2.fol.181.n.1905.*

Sed nunquam præscribi dicit *Bald. in l. nam ijs,*

ijs, §. huius autem, ff. de inoff. testam. Bertachiu. in repert. verb. legitima supplementum, Barz. decis. 102. num. 26. Fontanell. de pactis claus. 5. gl. 8. p. 3 num. 49. Ea ratione, quia ex dicto supplemento datur actio ex lege. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 196. num. 16 Merlin. de legit. lib. 3. tit. 3. qu. 1. num. 5. Quæ actio est perpetua, l. 1. C. de const. pecun. Roccus resp. 74. nu. 33. lib. 2. prout est actio pro legitima. Idem resp. 28. lib. 1.

Sed verior est sententia præscribi 30. annis, ex rationibus adductis per Rouit. cons. 22. & alios DD. sup. citatos.

Qua vera existente dicta procedunt, si præscriptio potest currere, secus si non potest currere, nam illa currit à tempore, quo moueri potest actio, Speculat. tit. de locat. §. 6. ref. 41. 42. Nam non valenti agere non currit præscriptio, Cauales an. dec. 19. num. 26. p. 4. Marta cons. 124. n. 30. Dicemus infra.

Quæ regula habet locum siue impedimentum sit iuris, siue facti, Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 12. num. 65. 67. Ofasch. dec. 177. num. 2. Marta d. cons. 124. nu. 30. Roccus d. resp. 74. num. 27. seqq. lib. 1. Nos ad Rouit. d. cons. 22. num. 16. seqq. Vbi etiam agimus: quænam actio competat pro legitima, & eius supplemento.

Quod legitima præscribatur 30. annis contra filium non petentem, & non declarantem se velle consequi, cum hæres non teneatur offerre, & possit cogitare de repudiatione, ita, vt non dicatur in mala fide. Gratian. disc. 649. num. 15. & disc. 458. n. 19. & seqq. & d. dec. 4. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 10. Bich. dec. 94. nu. 27. & seqq. Tusc. lit. L. concl. 207. Christin. d. c. 169. nu. 8. vol. 2. & ad leg. municipal. tit. 16. art. 26. num. 17. Rota p. 11. rec. dec. 20. nu. 3. Ansel. & addit. dec. 384. nu. 6. Sabell. §. legitima nu. 36.

391 Ius eligendi præscribitur spatio 40. annorum, sicut alia iura spiritualia, aut spiritualibus annexa, vt est ius patronatus c. de quarta, de præscript. Cæsal. cons. 26. n. 4. vol. 1.

392 Verum vltrà tempus tale, requiritur titulus, si agitur de præscribendo toto iure eligendi, excluso penitus Collegio, cui competit de iure communi tale ius, secus esset vbi ageretur de præscribendo iure eligendi competente alicui de iure speciali, puta ex priuilegio, vel consuetudine, vel vbi non agitur de præscribendo toto iure eligendi, ità vt Capitulum, vel Collegium, ad quod spectat electio, excludatur in totum. Sed vt quis participet in electione, & illi intersit, in his casibus sufficit cursus 40. annorum sine titulo, quia hoc non est in totum, Balb. de præscript. 1. p. 5. princ. q. 8. 9. Antonell. de temp. leg al. lib. 2. c. 103. n. 1. seqq.

393 Et si quis per 40. annos non sit vsus Iure suo, & casus acciderit, perdit ius eligendi, Balb. d. q. 8. nu. 8. Antonell. de temp. legal. lib. 2. d. c. 103.

394 Ad præscribendam vnionem beneficii requiritur spatium 40. annorum possessionis cũ titulo, vel Immemorialis, Caputaq. dec. 344. 347. p. 3. Rota dec. 448. nu. 14. seqq. p. 4. tom. 2. rec. Lu-

donis. & addit. dec. 196. nu. 2. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 106. n. 8. fol. 250.

395 Quod intellige de vnione tituli extinctiua, quia, cum per eam Ecclesia vnita efficiatur prædium alterius, cum qua fit vnio, meritò propter tantum præiudicium requiritur plenior probatio; Secus esset vbi agitur de vnione tituli non extinctiua, sed æque principaliter, nã tunc, eum per eam status Ecclesiæ non alteretur, & essentia beneficiorum, leuiores admittuntur probationes, & sufficit possessio 40. cũ bona fide, Rota dec. 642. nu. 4. seqq. p. 4. tom. 3. rec. & dec. 448. nu 147. p. 4. tom. 2.

396 Vbi quod vnionis titulus, licet patiatur aliquam difficultatem, sufficit ad præscribendum, Theodos. Rub. sing. tom. 1. verb. vnio. Add. ad Ludouis. dec. 196. n. 3.

397 Sic etiam spatio 40. annorum, vna Ecclesia acquirit subiectionem alterius Ecclesiæ, Rota apud Ludouis. dec. 17. nu. 4. Ciriac. con. 1. 300. nu. 8. & seqq. vbi quod requiratur titulus, & bona fides.

398 Consensus Capituli præsumitur adhibitus in vnione, & suppressione beneficij, stante spatio 30. annorum, cum obseruantia subsequuta, quamuis non fuerit talis solemnitas consensus enunciata, Gonzal. ad reg. 8. Cancell gl. 11. num. 75. seqq. Bursat. cons. 424. lib. 4. Gratian. disc. 819. n. 12. C seqq.

399 Et licet ad vnionem Ecclesiarum requiratur tempus immemoriale, tamen si probetur, quod Ecclesiæ fuerunt diu possessæ, & vnitę, probaretur vnio præsumptione, Odd. cons. 296. Aubarou. cons. 161. Balb. de præscript. in 1. p. 5. princ. qu. 19. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 106.

400 Per litis contestationem, perpetuatur actio vsq; ad 40. annos à tempore cessationis à lite, l. fin. vbi Salic. C. de præscript. 30. ann. Cuius tex. dispositio procedit non solum in actionibus, quæ præscribuntur 30. annis, sed etiam in alijs, quæ durant decem, vel 20. ann. Guttier. de Iuram. confirm. p. 5. c. 1 num. 5. Cancer. lib. 3. c. 16. nu. 52. seqq. Vbi etiam dicit, quod per iuramentum delatum reo, actio etiam vsq; ad 40. annos perpetuatur actori, Seraphin. de priuil. iur m. priuil. 50. vbi extendit non solum ad Iuramentum iudiciale, sed ad prom issorium, seu extraiudiciale, positum in instrumento, & priuil. 51.

401 Verum dicta procedunt in contestatione litis valida, secus inualida, sic non interrumpitur præscriptio per citationem inualidam, Cancer. sup. & DD. sup.

402 Sic per contestationem litis perpetuatur actio, non autem per solam citationem, Iord. in. lucubr. lib. 14. tit. 24. de præscript. nu. 435. vbi de præscriptione statutaria, Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. qu. 1. nu. 20. & 21. Rota dec. 6. p. 3. rec.

403 Verùm perpetuatur per simplicem citationem Iurisdictio, in annos 40. Bald. in l. sæpè, C. de præscript. 30. vel 40. ann.

404 Litis contestatio facta, super officio Iudicis, per quod petitur restitutio in integrum, non per-

perpetuat illud officium, & ideò adhuc intrà quadriennium petenda est, sed restitutione concessa, actio rescissoria si in iudicium deducitur per contestationem perpetuatur in annos 40. *Bal. in d. lege sæpè.*

405 Rescriptum Principis habetur pro libello, & contestatione litis quo ad effectum actionis perpetuandæ, non autem quoad ordinem processus, *l. 2. C. quando libell. Princip.* cuius tex. dispositio procedit in actionibus temporalibus, annualibus, & prætorijs, non autem in perpetuis, *gl. Bart. Bald.* & alij, *Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 107. Hartman. de præscript. c. 10. lib. 2.*

406 Interrupta per litem, debet denuo inchoari, & compleri, *Rota p. 17. rec. dec. 379. Sabell. §. malæ fidei nu. 1.*

Et interrupta contra vnum ex reis debendi vocatum in Iudicio ad partem debiti soluendam, interrumpitur quoad omnes alios correos, *l. fin. C. de duob. reis, D. R. Chauarr. in Didascalia c. 1. de duob. reis n. 19. tom. 2. Merenda lib. 3. contr. c. 43. Giurba obs. 74. num. 11. Matthew de regim. Regni Valent. c. 13. §. 1. num. 87. seqq. Nos ad Rouit. consf. 14. nu. 24. lib. 2.*

Sic Creditor exigendo ab vno ex insolidum obligatis acquirit possessionem exigendi contra cæteros, qui nunquam soluerunt, *Noguerol. alleg. 4. num 33. Farinac. dec. 508. tom. 2. recent. Cenc. de censib. p. 2. c. 2. q. 5. num. 25. & seqq.* decisum refert. *Staib. obs. 82. n. 23. seqq.*

Et interrupta ab vno ex reis, vel socijs credendi suffragatur alteri diuiso credito, *Posth. dec. 47. nu. 7.* Dicemus *infra sect. 1.*

407 Filius naturalis, vel spurius nulliter legitimatus, spatio 30. annorum hæreditatem paternam præscribit, sicut huiusmodi temporis præsidio tutus esset, nulla accedente legitimatione, *Bald. in l. nullo nu. 4. C. de rei vendicat. Capoll. in l. nemo num. 10. ff de vsucap. pro legat.* alij; apud *Peregr. de fideicom. art. 23. n. 94. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 18. n. 20.*

408 Nullitas Renunciationis v. g. Vel alterius contractus, an præscribatur spatio plurium annorum, difficultas est. Sed quod præscribatur spatio 30. annorum, *Soccin. conf. 106. num. 6. vol. 3. R. Maria. lib. 1. ref. 27. nu. 10. seqq. lib. 1. Donad. de renuntiat. tom. 1. c. 42. n. 15.*

409 Nullitas Transactionis post 30. annos allegari non potest, *Crauet. conf. 277. nu. 4. Rota coram Merlin. dec. 854. num. 11. Add. ad Molin. de primog. lib. 4. c. 9. nu. 32. Ludouis. dec. 254. nu. 18. Gama dec. 84. Sesse dec. 384. Valeron. tit. 6. qu. 3. Vrceol de transact. q. 79. nu. 8. &* 14. Si adsit iuramentum requiruntur 40. anni. *Vrceol. n. 9.*

410 Sed stante falsitate Causæ, & mala fide transigentium nulla præscriptio intrat *c. fin. de præscript. Put. dec. 385. nu. 3. lib. 3. Caputaqu. dec. 302. num. 1. p. 2.* coram *Merlin. dec. 534. in fine. Vrceol. de transact. q. 79. & 96. num. 41. 42. Gratian. disc. 994. Cyriac. controu. 3. Burat. dec. 457. num. 1.*

Verum præscriptio opposita contra transactionem, vel laudum acceptatum non impedit illius executionem, *Vrceol. de transact. q. 79. num. 29.* Sic error calculi potest allegari vsq; ad 30. annos, quamuis post calculationem ad fuerit promissio, *Mont in. de tutel. c. 38. num. 145. & seqq. Gratian. disc. 823. 824. num. 21 seqq. & 909. nu. 10.* Vbi etiam *Luca.*

411 Nullitas contractus præscribitur 30. annis per viam actionis, perpetuò per viam exceptionis, *Barbos. in l. 3. C. præscr pt. 30. ann. nu. 170. Antonell. de temp. l gal. lib. 2. c. 94. Nos de nullit. Iudic. rubr. 1. q. 4. ex nu. 23. 24. & seqq. Bonden. de præscript. docum. 31. Iouius de solemn. contract. rubr. 22. §. 22. nu. 22. 23. 60. & gl. 15. §. 6 num. 47. Vrceol. de transact. q. 79. nu. 8. 14.* Idem si in isto adsit læsio enormissima. *Vrceol. ib d. nu. 6.*

412 Secus si sit tempus præfixum ad dicendum de nullitate, *Iouius d. gl. 15. §. 6. nu. 46.*

413 Nullitas introducta per Ius ciuile solum non impedit præscriptionem 30. annorum, & Immemorialem, *Barbos. in rubr. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. n. 374.*

Secus in maioratibus, *Barbos. sup. n. 391. seqq.*

414 Ius adeundi hæreditatem præscribitur spatio 30. annorum, *l. licet* vbi *gl. C. de iure deliber. Bart. consf. 129. lib. 1. Caualer. dec. 504. nu. 11. Balb. de præscript. 4. p. 4. princip. q. 19.* Vbi dicit quod currit dictum tempus 30. annorum à die quo creatum est ius, & orta adeundi facultas. Vndè hæredi sub conditione instituto non currit, nisi conditione impleta, nisi esset conditio potestatiuo, *Caual. q. 714. Gratian. & Luca disc. 475. nu. 15. seqq.* Vbi quod hæc præscriptio currit à die delatæ hæreditatis, non autem à die scientiæ, quia tempus in præscriptione est continuũ, nisi à lege, vel statuto contrarium disponatur, *gl. in rubr. ff. de diuers. præscript. Gabriel. diuers. concl. lib. 5. tit. de præscript. concl. 8. D. Rosa consult. 12. nu. 60. Amat. consf. 96. nu. 7. Viu. opin. 632. n. 1. Vasq. Illustr. c. 73.*

415 Eadem præscriptione tollitur ius petendi legatum, ac legitimam, vel eius supplementum, vnde non sufficeret præscriptio decem, vel 20. annorum *d. l. licet*, *iuncta gl. verb. longi, C. de iure deliber. Luca ad Gratian. decis. 4.* & ibi *Scoppa nu. 1. seqq. Amat. d. conf. 96. nu. 8.*

Sed hæres non præscribit contra legatarium, quando legatarius declarauit velle acceptare legatum, & hoc sciuit hæres, *Vrceol. de transact. q. 79. nu. 30.*

416 Verum datur post præscriptionem 30. annorum restitutio in integrum ex capite ignorantię, intra quadriennium, quod currit post pręscriptionem completam, *Bart. in conf. 129. in fine.*

Sic actio petitionis hereditatis, & fideicommissi pręscribitur 30. annis, *Vrceol. de transact. q. 79. nu. 7.*

417 Si verò est hæres institutus in testamento esset proximior testatori, & intra 30. annos nõ adiuerit, poterit intrà alios 30. annos adire ab intestato, & sic non excluditur nisi per 60. annos,

nos *argum. l. 1. §. sed videndum, ff. de success. edict. Balb. de præscript. in 4. p. 4. prin. qu. 19. nu. 5. seqq.* Vbi addit, quod filius potest venire ad successionem patris ex triplici Capite, ex capite vndè liberi, vnde legitimi, & vnde cognati; & si est exclusus tempore à primo capite, potest venire ad successionem ex secundo capite, infrà alios 30. annos, si fuit exclusus à secundo, lapsu 30. annorum, potest adhuc venire infrà alios 30 annos ex tertio capite, & sic admittitur vsq; ad 90. annos, per *tex. l. 1. §. sed videndum, ff. de success. edict. Cavall. q. 715.*

418 Quod procedit quando fuit solus institutus in testamento, secus si fuerit datus cohæres, nã tunc non habebit nisi priores 30. annos. *Gabriel. lib. 5. de præscript. concl. 7.* vbi citat *Gozadin. cons. 59. nu. 5. 13. & cons. 80. nu. 6. Ias. cons. 84. lib. 1. Alex. cons. 90. vol. 1.* Addimus *Rotam* coram *Penia dec. 386. num. 10. Iordan. Lucubrat. divers. lib. 14. tit. 24. de præscript. nu. 397. Honded. cons. 83. lib. 1.* Vbi etiam dicit, quod tunc filius exclusus præscriptione ex capite vndè liberi, potest infrà alios 30. annos ex capite. Vnde legitimi admitti, si ex capite vnde liberi, alijs hæreditas non fuit delata; sed quando adest alius, qui ex capite vnde liberi admissus sit, tunc filius ab vno capite ex cursu 36. annorum exclusus, remanet etiam exclusus ab omnibus alijs, *Idem dicit Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 10. n. 30.*

419 Verum si certus terminus à Iudice fuerit constitutus hæredi, ad adeundum, eo elapso etiã filius in hoc casu excluditur, etiam ante lapsum 30. annorum, *l. quamdiu institutus 68. ff. de acquir. hæred. Guid. Papa dec. 332.*

420 Sed Iudex debet statuere huiusmodi terminum ad instantiam eius, cuius interest, *Bart. in d. l. quandiu*, nec debet esse minor nouem mensiũ *l. fin. §. & hæc quidem, C. de iure deliber. Grat. an. disc. 732. nu. 55.* Vbi quod licet filius habeat 30. annos ad adeundum, tamẽ Iudex minuere potest istud tempus ad instantiam creditorum, ad hunc effectum, vt si non adeat, detur Curator hæreditati iacenti.

421 Hæres suus intrà triennium potest repudiationem paternæ hæreditatis, bonis in eodem statu permanentibus, repudiationem reuocare, *l. si quis suus, ff. de iure deliber. l. fin. C. eod. Iordan. d. lib. 14. tit. 24. de præscript. nu. 322. vers. item suus.*

422 Possessor bonæ fidei interim potest præscribere rem hæreditariam longo tempore cum titulo, & bona fide, hoc est spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, etiam ante lapsum 30. annorum, aduersus filium: quia licet filius non esset exclusus à iure adeundi, esset tamen præscriptum actioni, & per consequens tolleretur per indirectum illud ius adeũdi, quo ad bona præscripta, *Bald. in l. fin. C. fin. regund. Balb. de præscript. in 4. par. 4. princ. qu. 19. num. 7.*

423 Idem dicendum, si quis præscripsisset aliqua bona hæreditaria longissimo tempore 30. annorum cum bona fide, absq; titulo, *l. si quis emptioni, §. 1. C. de præscript. 30. ann.* quia tunc similiter excluderetur filius à iure agendi petitione hæreditatis, ad huiusmodi bona per Tertium tanto tempore possessa, *l. hæreditatis, C. de petit. hæred. l. hæreditatem, C. in quib. caus. cess. longi temp. præscript. Alex. cons. 89. nu. 7. vol. 2. Balb. sup. nu. 7. vers. & idem putarem. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 92.*

424 Emphyteuta, qui fuit inuestitus primò, cum onere soluendi certum Canonem, vel censum, si non soluerit, etiam per longissimum tempus, nunquàm præscribit, cum sit in mala fide, & Dominus directus possideat semper ministerio emphyteutæ, & possidenti non currit præscriptio, post *Cancer. Thes. Aretin.* & alios *D. Olea de Cess. Iur. tit. 3. qu. 6. nu. 30. Pilata decis. Canon. lib. 2. dec. 9. num. 31. tom. 1. Manfrella ad Capyc. Latr. dec. 168. nu. 25. Gallus de fruct. b. disp. 5. nu. 119. Bisogni alleg. 125. num. 9. 10. Aguila ad Roxas de incompatibil. p. 7. c. 2. nu. 101. 102. fol. 451. in addit.* Dicemus etiam *infrà sect. 1. num. 695. Bonden. de præscript. docum. 11. Ramon. cons. 70. num. 3.* & ibi *Balduc. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 88. nu. 1. & c. 76. num. 2.* Gratian. *disc. 912. nu. 41. seqq.* Pa... *moll. dec. 60. num. 7. 15. tom. 2. Fontanell. de pactis, cl. 4. gl. 18. p. 1. nu. 132. seqq. & cl. 5. gl. 8. p. 16. num. 64. 65. Ripol var. c. 7. nu. 51. & de regal. c. 76. nu. 140. Fermosin. in c. illud de præscr. q. 1. nu. 5. 6. D. Romaguer. ad* Synod. Gerund. *lib. 5. tit. 12. c. 9. num. 142. & ad Consiol. ad stat. Eugub. rubr. 30. lib. 2. nu. 54.*

425 Sed hæres primi inuestiti, vel alius ab eodem primo inuestito ius habens, si bona fide, & cum titulo possederit rem emphyteuticam, præscribit census, seu Canones pro tempore præterito debitos, spatio 30. annorum contra priuatos, & 40. contra Ecclesiam *c. de quarta. de præscript. l. si ut, C. de præscript. 30. vel 40. ann. Balb. de præscript. in 4. p. 4. princ. q. 7. num. 5. Antonell. sup. nu. 2. seqq.* vbi impugnat *Thes. dec. 114. & addit.* sed *nu.* 4. quo ad hæredem primi inuestiti, dicit non procedere, cum mala fides defuncti noceat etiam hæredi. *Bisogn. d. alleg. 125. nu. 19.*

426 Sic, vt diximus aduersus dominum directũ, etiam si sit Ecclesia præscribitur modus soluendi dictos census, seu Canones, quoties per 30 annos, quo ad priuatos, & 40. quo ad Ecclesiam fuerit facta vniformis solutio, vnius speciei pro alia debita, seu pro specie, pecunia fuerit soluta, præcipuè quando ipsa vniformis solutio fuerit facta per centum annos, seu alium longissimum, aut immemorabile tempus, nam tunc ex lapsu dicti temporis præscriptus manet talis modus soluendi, ità vt non possint soluentes cogi ad aliam solutionem, quam ad eam iam factam ex longa obseruantia; etiam absq; probatione tituli in similibus solutionibus vnius rei pro alia, cum huiusmodi tempus 30. vel 40. annorum, seu aliud lõgeuum faciat præsumere bonam fidem, *Gratian. & Luca disc.*

644.

644. nu.34.35. Luca ad Franch.dec.508.num.8. Cancer.var.2.c.6.nu.146.Nogerol.alleg.2. num. 78.Aretin.de solut.c.32.à nu.11.Olea tit.3.qu.6. num.30.Sabell.§.solutio nu.48. Carena ref.68.nu. 9.D.Romaguer.sup.n.146.

Sed annatæ dictorum censuum,& Canonum pro tempore præterito præscribuntur si plusquam 30. vel 40. anni sint elapsi, qui peti potuerunt. *Cancer.d.c.4.num.277. Fontanell.de pactis cl.4.gl.8.p.1. nu.132.136. D. Romaguer.sup. nu.147.* Ac ita dominus directus supremus, aut mediatus laicus solum petit census per 29. annos,& Ecclesiasticus pro 39. annis, *Cancer.num. 177. Fontanell sup. D.Romaguer.sup. n.147.seqq. Gratian.disc.912.num.40.seqq. Fulgin.de iure emphyt.tit.de solut. Canon.q.1.num.382.& q.9. Corbul eod.Tract.lim.31. Diana p.8.tract.7. ref.36. Thes.dec.114.179.Tusc.lit.E.concl.228.*

Et licet aliqui teneant, quod census prædicti, qui in recognitionem directi dominij præstantur, in præscriptibiles sint, adhuc separati à directo dominio, nempe alienati, per rationes relatas à *Fontanell.d.gl.18.p.1.à nu.137.* & decisum referat *Cancer.lib.1.c.12.num.19. Tristanus d.dec.23.num.5.Luca in labyr.cess. iur. via 70.num.1.2.4.* Tamen *Cancer. d.c.12.à num.14.* contrarium tenet, & alij relati, & sequuti per *D.Romaguer.sup.nu.152.& seqq.*

427 Sic laudemium debitum pro alienatione rei emphyteoticæ præscribitur 30. annis, *Vilaplana Illustr.feudal.ad Peguer.ad vers.1. n.114.* A die scientię habitæ, *Antonell. de temp.legal. lib.3.c.7.num.87.Pegas.res.c.9.num.558.Bauden. collect.27.nu.67.lib.2. D.Rocca disp.61. num.15. seqq.disp.167.nu.19.tom.2. Sperell.dec.135. num. 134.140.tom.2.Luca ad Franch. dec.201. Paulmoll.dec.4.nu.14.27.tom.1. Lagun.de fructib.p.1. c.13.nu.8.9.* post mille *D.Romaguer.sup. n.155. seqq.Donad.de renunciat.tom.1.c.30.n.32.*

428 Nec beneficio restitutionis iuuantur Ecclesia, beneficia, aut alia loca Pia aduersus ipsas quadragenariam, centenariam, aut immemorabilem præscriptionem, quo ad laudemia, cum illa sint fructus, latè *D.Romaguer.sup. num.166. & seqq.*

429 Sic etiam dominus directus non potest vti prælatione, si per 40. annos res emphyteotica sit alienata,& illam non petierit, *Antonell.de temp.legal.lib.1.c.17.nu.1.seqq. Cancer.sup.Fontanell.sup. R.Marin. & Rodoer.lib.1. c.234.Gratian.disc.433.nu.67.disc.742.nu.12.seqq. D.Rocca disp.86.à nu 9. D.Pignatell.consult.46. nu.55. tom.5.Luca ad Gratian.disc.742.nu.6. Conciol.ad stat.Eugub.lib.1.ad rubr.55. nu.31.* & ibi *D.Romaguer.nu.48. & ad Synod. Giron.sup.num.176.* vbi refert decisiones *Rotæ Rom.* vbi *num.179.* dicit hoc procedere à die veræ scientiæ, post *Gratian.disc.742.nu.5.* & ibi *Luca nu.2. D.Rocca d.c.164.nu.7.* *Conciol.sup.num.32.* Secus post 30. aut 40. annos, nam tunc non est probanda scientia, cum præsumatur, post mille *D.Romaguer.sup.n.283.seqq.*

430 Sed data enormissima læsione Ecclesię, aut Beneficij, taliter quod adimpletis obligationibus nihil pene remansisset pro dote Ecclesiæ, seu pro congrua Beneficiati, Ecclesia, seu Beneficiati nomine illius, aut beneficii restituuntur in integrum aduersus dictas præscriptiones centenariam, aut immemorabilem, ex causa iusta ignorantiæ præsumptæ, ex mutatione titulorum talis Ecclesię, seu beneficij, in cursu tot annorum euenta, implorando talem restitutionem intra quatuor annos à die scientiæ, detractis à cursu dictę pręscriptionis, annis, quibus vixit Beneficiatus, qui incepit nō exigere, tamquam alienans non exigendo censualia, seu alias præstationes, ac detractis annis turbationum, & feriarum, *D.Tristany dec.23.* vbi decisum refert, *Cerro dec.422.nu.1.2.* vbi *n.m.3. & 4.* dicit, quod ipsa enormissima læsio probanda est non respectu ad rem præscriptam, sed ad totum patrimonium, itaut opus sit, quod vltrà rem præscriptam, non remaneat passo præscriptionem, vndè viuere possit, *Fontanell. de pactis cl.4.gl.12.num.41. Ridolfin.in praxi p.1. c.13.nu.467.Passarin.d sextula ad cap.Ecclesia 1. de restit.in integr.in 6.num.52.Galesius de restit.c. 1.num.81.& seqq. Idem D.Tristan.sup.num.14. in fine, Turricell.de reb.Eccles.non alien. cap.29. nu.18.33.34.* vbi pariter declaratur.

Sed non conceditur ipsa restitutio in integrum quando Prælati, Beneficiati, & alii Ecclesiastici læduntur, licet enormissimè in se, vel bonis propriis, nam tunc in integrum non restituūtur, *Passe. in.in d.c. Ecclesia de restit. in integr.in 6. nu.17.* Ita bona patrimonialia Clericorum pręscribūtur, sicut bona laicorum: & contra illorum bona, currit præscriptio, sicut cum priuatus præscribit contra priuatum, *Passerin.d.n.17. & ad cap.Episcopum 1. de præscript.in 6.num.48. D.Romaguer. ad Synod. Gerund.lib.5.tit.12.c.2.n.135.& seqq.*

431 Imprescriptibilia etiam sunt alia, veluti census, ac Canones, qui in recognitionem directi dominii præstantur, nam cum Dominus directus possideat ciuiliter ministerio emphyteotæ retinendo penes se possessionem ciuilem, solam naturalem transferendo, fit inde quod contra Dominum rectum ciuiliter possidentem non currit præscriptio, neque emphyteutæ naturalis sola sufficit, cum vtraque possessio ad præscribendam sit necessaria, vt ita census, & aliæ præstationes in recognitionem directi dominii præstandæ vllo vnquam tempore præscribantur, *Cancer.var.lib.1.c.12. nu. 16.& c.4.de seruit.num.176. & seqq. Fontanell. de pactis cl.4.gl.18.p.1.à num.132. & cl.5.gl.8. p.15. num.64.65. Ripol.var.resol.c.7.nu.51. & de regal.c.76.n.140.* post *Olea, Pilaia,& alios, D. Romaguer. ad Conciol.ad statut. Eugub. rubr.30. lib.2.num.54. Gratian disc.912. num.41.& seqq. Fermosin.ad c.illud, 8.de præscript. qu.1. nu.5.6. Vilaplana illustr.feud.ad prælud.1. num.41. seqq. Antonell.de temp.legal.lib.2.c.76.n.2. Cas.Panimol.*

moll. dec. 60. nu. 7. & 15. tom. 2. Quesada, & Pilo differt. 12. n. 33. 34.

432 Ita etiam non præscribuntur census, quos primus emphyteuta subemphyteuticando rem emphyteoticam sibi reseruauit, cum firma pro sui iuris conseruatione, & fatica pro rei retentione, nam isti, sicut census, qui præstantur Domino directo in recognitionem directi dominii non præscribuntur, nisi intercuersa possessione, ac Iure dicto primo emphyteutæ spectantibus, *Cancer. var. 3. c. 4. de seruit. num. 194. & seqq. Ripol. var. d. c. 7. de iure emphyt. à nu. 375.* signanter *nu. 383. D. Romaguer. sup. num. 144. Valasc. de iur. emphyt. q. 13. n. 11. q. 18. n. 4. Antonell. de temp. lib. 2. c. 88. n. 6. 7.*

Bene verum, tam primus emphyteuta aduersus Dominum supremum, ac directum, quam secundus emphyteuta aduersus primum, præscribunt, cum tunc nihil præiudicetur domino, nec suæ ciuili possessioni, sed tantam quantitati census, *Cancer. d. c. 4. de seruit. nu. 197. seqq. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 18. p. 1. n. 146. & à n. 166. Olea de cess. iur. tit. 3. q. 6. n. 30.*

433 Sic emphyteuta si Domino ignorante, partem rei emphyteuticæ vendat, tanquam liberam, & Domino directo soluat integrum Canonem, emptor numquam præscribit, quia contra Dominum ignorantem non currit præscriptio. *Antonell sup. n. 9. & D. D. sup. cit. n. 424.*

434 Limita, vbi emphyteuta Domino interuerteret possessionem, putà si Dominum venientem non admisit, & inceperit sibi possidere, vel si interpellatus, vt canonem solueret, recusauerit soluere, nam tunc, cum Dominum non recognoscat, a die huiusmodi recusationis incipit emphyteuta præscribere libertatem, *Cancer. l. b. 3. c. 4. num. 177. seqq. Antonell. num. 11. Romaguer. sup. num. 144. Ripol. var. c. 7. de iure emphyt. à num. 375.* maximè *num. 383. Pilata dec. canon. lib. 2. dec. 9. nu. 31. D. Romaguer. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 30. num. 55.* Vbi *nu. 55.* dicit non dici interuersam per cessationem selutionis, sicut nec etiam si emphyteutæ rem vti liberam vendat, nam Domino directo non præiudicant *Gratian. disc. 902. nu. 40. seqq. Addit. ad Thes. dec. 179.*

Sic etiam pars pensionis; seu alterius annuæ præstationis præscribitur spatio longissimi téporis, *Thes. dec. 179. num. 6. D. Romaguer. d. c. 9. n. 145. & ad Conciol. sup. n. 52.*

Verum contra emphyteutam nocet mala fides sua, vel sui authoris, *Antonell. sup. nu. 11. vers. hoc tamen.*

435 Limita 2. Si Dominus sciat alienationem factam, & censum, seu canonem pro parte alienata recipiat, *Antonell sup. n. 12.*

436 Limita 3. Si in instrumento concessionis adsit pactum affrancandi, nam tunc ad præscribendam libertatem sufficit cessatio solutionis per spatiū 30. annorum in priuatis, 40. in Ecclesia, *Mysing. cons. 78. nu. 15. Thes. dec. 179. n. 5. Antonell. sup. n. 14.*

437 Limita 4. Vbi res emphyteutica peruenit ad extraneum, quia tunc illa præscribitur spatio 10. vel 20. annorum, cum titulo, & bona fide, habita distinctione, an possessor causam habeat ab authore bonæ, vel malæ fidei, iuxtà *text. auth. malæ fidei, C. de præscript. long. temp.*

438 Sed sine titulo præscribitur spatio 30. annorum cum bona fide, nullo tempore cum mala fide, *Balb. de præscr. in 4. p. 4. princ. qu. 8. num. 4. qu. 9. Antonell. sup. n. 15. & lib. 2. cap. 67. nu. 9. Gratian. disc. 494. nu. 15. Pareja de instr. edit. tit. 9. res. 2. n. 30.*

Et licet aliqui velint, quod sicut non præscribatur contra Dominum directum, non præscribatur contra cessionarium, *Fontanell. de pact. gl. 18. p. 1. dum. 137. & seqq. Cancer. var. p. 1. c. 12. n. 19.* vbi decisū refert, *D. Tristany dec. 23. num. 5. Lnea in Labyr. cession. iur. via 70. n. 1. 2. 4.* Tamen iidem contrarium tenent, *D. Romagu. ad Synod. Gerundens. lib. 5. tit. 12. c. 9. n. 152.*

439 Et multò magis contra illum, cui fuit cessus cēsus, præscribitur, si ille periit, & ab emphyteuta denegatus, & sit lapsū tēpus 30. annorū, tunc per tempus sufficiens ad præscribendum præscribitur, *Fontanell. de pactis gl. 8 p. 1. num. 132. Cancer. var. lib. 1. c. 11. nu. 16. & lib. 3. c. 4. n. 8. Gratian. d. disc. 912. nu. 40. Ripol. de regal. cap. 43. n. 157. seqq. D. Romaguer. d. c. 9. nu. 152. 153. & ad Conciol. ad stat. Eugub. rubr. 30. n. 55.* Vbi ampliat etiam in ipso Domino directo.

440 Ius petendi renouationem emphyteusis, præscribitur 30. annis, *Rota dec. 16. num. 4.* post *Cobium tract. var.*

441 Quando emphyteuta venit iure vocationis, exigitur præscriptio 30. annorum, *Rota sup. n. 5.*

442 Præscripta videtur actio finium regundorum per spatium 30. annorum, *Staib. obs. 193. num. 13.* Secus quando limites essent clari, & manifeste distincti, *nu. 14.* & procedit in specie in arboribus in confinio positis, *num. 15. 16.*

443 Præscriptio 30. vel 40. annorum inducitur ex sola negligentia non petentis, absque aliquo facto præscribentis, *Staib. obs. 187. num. 18.* Secus in præscriptione 10. vel 20. annorum, in qua requiritur possessio. *n. 17.*

444 Præscriptio hæc 30. vel 40. annorum est odiosa, & ideò in ea requiritur totum tempus absolutum, *Staib. ob. 197. nu 16.*

445 Quod secus est in præscriptione 10. vel 200. annorum, in qua vti fauorabili, cœptum habetur pro completo. *Staib. sup. n. 17. 18.*

Quod sit fauorabilis illa 30. annorum, & sic statutum prohibens præscriptionem, non tollit illam, idem si illa sit prohibita ex verbis testatoris, aut contrahentis, *Staiban. res. 5. num. 40. 41.*

Præscriptio 20. annorum non obstat creditori census, quoties petit fructus ante completam præscriptionem, decursos, *Feltrian. de censib. tom. 1. lib. 3. c. 1. num. 7. Gutier. lib. 1. pract. qu. 90.*

qu.90.nu.5.Roderic.de ann.reddit.lib.2.qu.9. nu.69. Auendan.de re sib.c.103.n.8. Pax in praxi 1. tom.4.p.c.3.num.15. Pap.ad Carauit. in rit.167. num.32. Carleual.de iudi.lib.1.tit.3. disp.4. n.18. Rocca *disp.131.num.6. P. Affl. contr.49. num.30. vers.quod si creditor, D.Petra in rit.167. num.9.* Sed contra, & melius decisum refert *D.Capon. contr.46.*

447 Præscriptio 40. annorum requiritur ad præscribendum debitum, continens obligationem Cameralem, sub qua includitur iuramentum, *Pacion.alleg.27.nu.16.21. Rocca disp.115. n.35.lib.2.infrà n.715.*

Census præscribitur 30. annis, sed si adsit hypotheca per 40. annos, Rocca *sup. Romagu. ad Concioli.ad stat. Eugub.fol.260.n.47.seqq.*

Sed quod actio hypotecaria præscribatur 30. annis, *Paitell.exped.22. Merl.de pig.l.5q..21.*

Sed non desunt dicentes præscribi 10. annis, *Staib.res.5.num.48.seqq.* à tertio possessore nesciente rem hypotecatam, post *Negusant. Odd.cons.82. Gratia.dec.13.n.2. Pacifi.de Saluian. insp.2.c.2.n.874. Cauall.qu.3.n.4.* Amat.*cons.95. n.14.seqq.* vbi ampliat etiam in hypoteca dotali, tàm constante, quàm soluto matrimonio, *Cauall.sup.n.5. Pacific.sup.n.277. Merlin.sup.n.6.*

448 Præscriptio 40. annorum, cum titulo æquiparatur immemoriali, *Pereyra dec.52.nu.3. Phœb.dec.82.num.9.10.tom.1.* Reynos *obs.65.nu.35.37.* post alios *Lagun.de fruct.lib.c.15. §.4. nu.187.seqq.*

Illa tollit actionem, *Monald.dec.69.n.4.*

449 In terminis, statuti Ferrariæ, ordinantis, quod quicumque iure emptionis, vel alio iusto titulo acquisiuerit aliquam rem immobilem positam in Ciuitate, vel districtu Ferrariæ, vel aliquam rem incorporalem, & ipsam tenuerit, & possederit, vel quasi possederit per se, vel aliũ, eius nomine pacifice, & quietè per 14. menses à die acquisitionis computandos, sine quæstione, quærela, vel contradictione alicuius, ipse emptor, vel iusto titulo acquisitor per Potestatem, & eius Curiam, & Commune Ferrariæ defendi, & manuteneri debet in ipsa re empta, vel acquisita, &c.

450 Omnes solemnitates hic annunciatæ requirũtur, ità vt si illæ non seruentur, vtporè non seruata forma statuti, actus redditur nullus, *Rolan.cons.72.nu.54.seqq.lib.3. Rimin. iun. cons.74.in princ.lib.1. Seraphin.dec.447.n.3.*

451 Non præsumitur hæc forma obseruata ex cursu temporis, vel quoties ex facie Actorum contrarium apparet, *Honded.cons.80.n.25.lib.2. Surd.cons.28.nu.110.seqq.lib.1,*

452 Vel quia est solemnitas voluntaria, & arbitraria pendens non à contractu acquisitionis, sed à voluntate emptoris volentis vti beneficio statuti, iuxta distinctionem *Soccin. iun. cons.57.lib.3. Rota Bonon.ad statut. dec.34. num.35.36.*

453 Proclamata, vt in hoc statuto, solum officiunt incertos prætensores, *Alex. cons.5. nu.2. lib.2. Rolan.d.cons.72.num.12.seqq.* Licet in terminis statuti supradicti, conclusio sit dubitabilis, compræhendentis omnem prætensorem, *Rimin.iun.d.cons.74.n.37.479.n.20.seqq.*

454 Beneuerum acquisitor debet possidere, non alius, *Menoch.de recuper.possess.r. med.8.nu.106.& 107. Maugil.de euict.qu.197.n.9.10.*

455 Sed sufficit etiam naturalis possessio ad præscribendum. *Alex.cons.36.lib.6.* Rim.*iun.d. cons.74.n.18.48.seqq.*

456 Et post tempus præfixum quis audiri non debet, nec agendo, nec excipiendo, A*lex.cons.36.num.4.5.lib.1.* Et processus fabricatus tunc ipso iure est nullus, per illud verbum: *non audiatur, Rim.iun.d.cons74.n.28 seqq.*

457 Forenses subiiciuntur tali statuto, *Rimin. d.cons 479.lib.4. Rota post Vrceol.de transact.dec.95.num.1.* Quod intellige, vt forensis vocatus ad litigandum in Vrbe non compræhendatur in statuto, secus si voluntariè veniat, *Rota post Vrceol.de transact.dec.95.n.11.*

458 Beneuerum in pluribus casibus tale statutum non procedit. Primo in non volente agere, *Rimin.iun.d.cons.479.num.40.41.* Nam non valenti agere non currit præscriptio, *l.1.§.fin. C.de annal.except.l.1.in fine, C.de bonis, quæ lib. cum concord. Surd.dec.151.num.4. Valasc.consult.130.num 31. Valasc.de priuil.paup.p.1.qu.38.nu.12. seqq.* Vbi ipso iure absque aliqua restitutionis ope, tàm in impedito, impedimento iuris, quàm facti, Ricc.*res.550.num.50. Serafin.dec.997.nu.3. dec.1066.nu.1. Guttier.pract.lib.3. qu.34.d.n.21.*

459 2. In minoribus 25. annis, *Rolan. d. cons. 72.num.46. & seqq.* Et idem in Ecclesia, quæ vtitur iure minoris, *Genuens. in practicab.l. Eccles.qu.276.num.2. Antonin. lib.1. res.fin.cas.44.* Ricc.*res.88.in 2.edit.* Cald.Pereira *in l. si Curatorem, verb.minoribus num.60.C.de in integr.restit. minor. Cardos.in praxi iudic.& aduocat.verb. Ecclesia nu.35. Vaz axiom.iur.lit.A.num.511.512.* nam aduersus illam restituuntur, *Affl.dec.370. n.6. R.Marin.ad Reuert.dec.65. n.5.*

460 3. In absentibus, *Rim.iun.d.cons.479.n.34.38.seqq.* & declarat idem *Rimin.d.cons.74.n.33. seqq.& nu.69.seqq.*

461 4. In mulieribus pro rebus dotalibus. In infirmis, vel etiam pauperibus, quia paupertas infirmitas est. *Odd.de restit.p.1.qu.11. art.9. num.48.* Diximus *Nos qu.* Et fœminis competit restitutio aduersus illam, *Addit.ad Burat. dec.98.n.7.*

Quæ omnia sunt intelligenda cum declaratione, de qua in *vers. Adijcientes, Rimin.iun. d. cons.479.n.39.in fin.lib.4.*

462 Quæ omnia procedunt, quando nullus comparet, nam vbi aliquis comparet seruandum est statutum, vt in *vers.Cum verò aliquis,* latè *D.Pigant.sup.d.statut.n.1.& seqq.*

463 In terminis alterius *Statuti* Ferrariensis 128. si quis habuerit instrumentum, vel etiam scripturam debiti, cautionis, vel pignoris, vel

ius

ius aliquod agendi, vel petendi etiam ex officio Iudicis, contra aliquem ex quacumque causa, quod creditum probare possit etiam per testes, & non petierit in iudicio, vel extra intra annos 15. continuos, volens agere, vel petere post dictos 15. annos non audiatur, etiã excipiendo. Sed eo mortuo præsumatur solutum, hærede iurante de credulitate solutionis, &c.

464 Statutum hoc validum esse dicit *Alex. cons.* 228.*num.*14. *& cons.*220. *Rimin.iun.cons.*488.*n.* 7.*seqq.lib.*4. & antea *eo s.*193.*num.*3.*lib.*2.*Gratian.disc.*52.*num.*9.*seqq.lib.*1. Rota *Bonon.ad statut.dec.*27.*nn.*15. *Menoch.præs.* 135.*num* 7.*lib.*3. *Add.ad Burat.dec.*8.*in fin.Ciarlin.contr.*32. *Conciol.alleg.*11.

465 Negligentia videtur probata per lapsum temporis, nisi doceatur de legitimo impedimento, *Fenzon. ad statut. Vrbis cap.*158. *num.* 15.16.

466 Et mala fides non est considerabilis, dum statutum inuehit in negligentiam petentis, ac mouetur ex præsumpta solutione, *Rota dec.*6. *p.*1. *in post:Farinac. & post. Fenzon. dec.*152. *Leoncill.dec. Ferr.*76. idem *Fenzon. ad stat. Vrb. d.c.*158.*num.*6.*seqq. D. Pigant.sup. nu.*31. Idem in statuto Romæ, *D.Constantin.in d.statut.art.*1. *nu.*23. Vbi impugnat contrarios.

467 Verum mala fides noceret si ostenderetur debitorem à principio conscium fuisse suæ obligationis, & sciuisse illam perdurasse, *Rota d. dec.*152. *Fereotill.sup.in addit.ad Burat. dec.* 8 *in fine*.

468 Nec iuuat mala fides præsumpta, *Rota dec.*270.*p.*6.*diuers.*

469 Præscriptio vt sup. debet esse completa, pro cuius complemento computatur tempus de momento ad momentum, *l. cum notissimi, §.illud autem,C.de præscr pt.*30.*vel* 40.*ann. Rota apud Pigant.ibid.n.*6

470 Et mala fides superueniens post præscriptionem completam non obstat, nec in foro fori, vel poli, *Leoncill.dec.*76.*n.*9.

471 Et per tempus 15. annorum completum, tollitur etiam actio. *Serafin.dec.*602. *num.*8.9. Et impeditur processus, *Cyriac.contr.*317. *nu.*3. *lib.*2.

472 Cum exceptio præscriptionis de Iure communi etiam impediat litis ingressum, *Scacc.de appell.qu.*17. *lim* 57. *memb.*1.*num.*95. *seqq.*

473 Tum ex illo statuto, ex illis verbis: *non audiatur, Ludenb.cons.*133.*nn.*14. *Flau.Tort. ad stat. Papiæ rubr.*37.*n.*37.

474 Tale statutum procedit in omnibus obligationibus, & in quasi obligationibus, & in quasi contractibus, *Marescot.p.*2.*c.*67. *nn.*2.3. *Fenzon. ad stat. Vrb. c.*158. *num.*10. *Rota d. dec.*152.*Theodos. Rub. sing. p.*6.*ad stat.* 1. *Vrb. cap.* 15 *lib.*1.*num.*7. *D.Constantin. ad d.stat.*158. *num.*24.*art.*1. Comprehendit etiam debitum iuratum, *Conciol.alleg.*11.*n.*6.

475 Et tale statutum tollit actionem, & officium Iudicis, succedens loco actionis, *Marescot. sup. num.*4.*seqq.* Vbi quod includitur etiam officium nobile. *Seraphin.dec.*730.*Fenzon d.c.*158.*num.*17.*seqq. Theodos. Rub.ibid. nn.* 8.*Pigant.sup.num.*11.*rubr.*128. *Serafin.dec.*730. *D.Constantin.in d.c.*158.*art.*1.*n.*37.

476 Sola petitio, etiam extraiudicialis sufficit ad excludendam præscriptionem, *Duran.dec.* 210.*nu.*17.*p.*1.*Rota dec.*94. *n.*32. *p.*7. *diuers.& ibid.dec.*225.*nu.*47.*Rota dec.*302.*nu.*3.post *Pacif. de Salu.Fenzon.d.c.*158.*nn.*24.*seqq.Pacion.alleg.*151.*nu.*24.25.

477 Idem si medio tempore debitum agnitum fuisset, vel renouatum, *l.cum notissimi, §.immo,C. de præscript.*30 *ann.Galganet.ad stat.vrb.d.c.*158 *lim.*6.*Add.ad Bur* 3.*d.dec.*8.

478 Multò magis, si accederet etiam litis contestatio, per quam actio perpetuatur, vsq;ad 30.annos, *Maresc.ot.d.c.*67. *num.*8.*seqq. Burat.d. dec.*8. & ibi *Add. & decis.*436. *Duran.dec.*210. *num.*16.

479 Verum si quis sententiam obtinuerit, vel præceptum de soluendo, & tacuerit per annos 15.excluditur à petitione, propter præsumptã solutionem. *Add.ad Burat.d.dec.*8.

480 Per exceptionem non interrumpitur præscriptio, *Rota dec.*726.*num.*6.*p.*2.*rec.& dec.*436. *nu.*4.*penes Burat.*

481 Nec per sequestrum, *Leoncill.dec.*76.*num.* 11.*seqq.*

482 Et licet aliqui velint statutum hoc non referri ad personam inanimatam, veluti Collegium, vel Vniuersitatem, *Rim. iun.cons.*315.*nu.* 21.*seqq.lib.*3.

483 Tamen in contrarium est veritas, nam Vniuersitas non est res inanimata, nam sub se continet homines de Vniuersitate prædicta, *Rota dec.*155.post *Fenzon. & dec.*346.*nn.*7.*p.*6. *diuers.Bertazz. in l.si quis maior nu.*148. *C.de transact.*vbi *Cagnol. num.*21. *Losæus de iure vniuers.par.*1.*c.*1.*num.*10. *& per tot. Pigant. sup. & num.*40.

484 Præscriptio hæc expresse debet allegari, & illam tollit nõ ipso iure, sed ope exceptionis, *Magon.dec.Luc.*3.*num.*18. vbi *Add. lit.R. Giurba dec.*13.*nu* 4.*seqq.Surd.dec.*14.*nu.*3.4.*Cyriac.controu.*207.*num.*7. Vbi dicit: Iudicem supplere non posse, & *contr.*28.*nu.*8.*& contr.*388.*nu.*22. 23.*Rota dec.*610.*p.*1.*rec. R.Ponte cons.*48.*num.*3. 9.10.*lib.*1.*Hodiero.ad Surd dec.*24. *Pacion.de locat.c.*52.*nu.*63.*Pigant.sup.rubr.*128.*nu* 24.*Thomat.dec.*44.*nu.*20.*seqq.* & debet allegari in specie, & non in genere, *D.Constantin.d.art.*1.*num.* 52.53.55 licet contra dicat *nu.*54.55. Vt possit Iudex ex officio. *Nos infrà n.*663.

485 Potest opponi etiam in secunda appellationis instantia *Gurba d.dec.*13.*n.*9.

486 Verum is solum, qui præscripsit, non alius opponere potest, *Bal.cons.*9.*num.*4.*lib.*1.*Serafin. dec.*507.*n* 4.

487 Vt locum habeat hoc statutum est necesse, quod

Tom. V. I

quod debitor dicat ſe debuiſſe, ſed ſoluiſſe, nam per lapſum 15. annorum præſumitur ſolutio, & habet locum ſtatutum, *Rota dec.92. num.22. poſt Zacch.de obligat.Cameral.* Secus ſi dicat eſſe verum debitum, ſed præſcripſiſſe, *Gutier in l.nemo poteſt nu.485.ff.de leg.1.Giurba d.dec.13. nu.11.Surd.dec.24.n.8.*

488 Præſcriptio cepta contra cedentem currit contra ceſſionarium, & ſucceſſores, tanquam inhærentem credito, & non perſonæ, *Rota dec. 436.nu.5.6 p.6.diuerſ.*

489 Si quis opponeret excipiendo compenſationem, ceſſaret præſcriptio, cum ceſſaret negligentia, & præſumpta ſolutio, *Mareſcot.lib.2. c.67.num.30.Cyriac.contr.307.lib.2.Rota dec.17. nu.3 p.2. in poſth.Farinac. Leoncill.dec.37.nu.8. & ſeqq.*

490 Et tali ſtatuto, etiam in debito procedente ex vltima voluntate, procedit præſcriptio, *Rota dec.453.p.4. diuerſ. Gratian.diſc.118.num.19. & ſeqq.*

491 Idem in debitore ex ſententia, *Fenzon. d.c. 158.nu.67.* Cum, vt diximus ſtatutum procedat in contractibus, & quaſi contractibus. *Pigan. ſup.nu.34.* quidquid dicat *Gratian. diſc.403. Addit.ad Burat.dec.8.verſ.quartus caſus, Conciol.ad ſtat.Eugub.rubr.30.nu.27. Fenzon.ad ſtat.Vrbis c.158.nu.67.Ibidem D.Conſtantin.art.1.n.35.*

492 Idem in executione laudi *Bon.ad ſtat.Vrbis præſcript.gl.19.num.135.136. D. Conſtantin.ſup. num.35.36.* vbi impugnat *Gratian. diſc.994.nu. 7.8.* in contrarium.

493 Idem fauore negotiorum geſtoris, *Gratian. diſc.52.nu.20.*

494 Secus ſi fuerint ab Adminiſtratore ſubtractæ pecuniæ, & de hoc non fuerit habita ratio, *Rota dec.151.§.fin.*poſt *Fenzon.ad ſtatut.Vrbis.*

495 Habet locum in fructibus dotalibus, *Rub. ſup.nu.10.28. Fenzon.ſup.nu.7.* Mareſcot.*ſup.nu. 45.& ſeqq.Conciol.ad ſtatut.Eugub. rubr.30. nu. 24.Panimol.dec.3.nu.28. Rota dec.151.nu.4.* coram *Mantica & dec.671.p.4.tom.3.rec.*

496 Verum in illis 101 requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni, *Mareſcot cap.67 num.48. Carleual.de iudic.lib.1.tit.3.diſp.4. n.18.19. tom. 2.Rota dec.671.nu.6.7.p.4.tom.3.rec.D.*Conſtan*tin.ſup.art.1.n.38.39.*

497 Habet locum etiam contra hæreditatem iacentem, quando fuit cępta cum defuncto, vel fuit datus Curator hæreditati iacenti, *Rota dec. 346.nu.6.p.6.rec. Mareſcot.d.c.67.nu.19.Fenzan. ſup.nu.58.59.*

Sed contra dicit *Card.Luca de credit.diſt.129 nu.20.Bal.conſ.48.lib.1.Carena reſ.138. nu.3.* latè *D.Conſtantin.ſup.n.41.ſeqq.*

498 Habet locum in concurſu creditorum ſuper bonis alicuius debitoris decocti, vel defuncti non ſoluendo contra aliquem creditorem habentem creditum præſcriptum, nam poteſt allegari ab alijs Creditoribus concurſus, pro eorum intereſſe, *Acoſta de priuil.credit.in præfat. reg.1.nu.94.ſeqq.Salgad.labyr.credit.p.1.c.40.nu. 14.16 ſeqq.* Vbi reſpondet contrarijs, *Cancer. var.p.1.c.15.n.25.D.Conſtantin.ſup n.48.ſeqq.*

Sic actio ceſſa à creditore fideiuſſori, vel alteri cuiuis extraneo, qui ei ſoluit, non ſubiacet præſcriptioni ſtatutariæ, nam ſtatuta abreuiantia tempus non comprehendunt eos, qui ex cauſa oneroſa ceſſionem iurium obtinuerunt à creditore, cum eorum actio ſit perpetua, deciſum refert per *Rotam Rom. Achill.de Graſſ.dec. 208.de præſcrit.Monter.dec.25.*

Quod declarat *Font nell.de pactis gl.18.p.5. nu.36.* procedere quando ſoluit ante completam præſcriptionem, nam ſi eſſet præſcripta actio contra cedentem eſſet etiam præſcripta contra Ceſſionarium, late *Sabell u.de iure offer. p.2.c.2.ſect.2.nu.41.42.*

499 Statutum hoc habet multas limitationes. Prima eſt, vt non procedat quando debitum vere non eſt ſolutum, *Caroc.de locat.& t.de ſtat. p.5.num.43.Rota* Bonon.*ad ſtat.dec.27. nu.19.* & ibi *in addit.& dec.81.nu.19. Duran.dec.210.p.1.* Et ſtatutum non procedit quoties probatur per creditorem non fuiſſe ſolutum, *Seraphin.dec. 617.nu.8.dec.692.nu.4.Mantica dec.151. num.6. Duran.d.dec.220.Merlin.dec.152.Rota dec.157. poſt Fenzon.Pigant.ſup.n.35.*

500 2.Limitatio eſt, vt cum temporis curſu debeat concurrere iuramentum debitoris viuentis ſuper ſatisfactione, vel hæredis ſuper credulitate ſolutionis, *Leoncill.dec.76.poſt num.7.* vbi quod ſufficit oblatio de iurando. Et quod præſcriptio currat contra perſonam fictam, Vniuerſitatem, & hæreditatem iacentem, *Rota poſt Fenzon.dec.155.& dec.346.n.7.p.6.diu. dec.353. nu.16.& ſeqq.ibid.Pigant.ſup.nu.35.36.ſeqq.*

501 3.Limitatio eſt, vt non procedat ſtatutum in actione reali, cum in ſola perſonali loquatur, *Rota diuin.conſ.198.nu.18.ſeqq.lib.2. Mareſcot. c.67.num.27. Gratian.diſc.490. Duran. dec.210.* Fenzon *ibi d.num.20.21.51.52. Theod. Rub.ſuper ſtatut.Romæ 153.num.14.ſeqq. Ciarlin.contr.196. nu.55.ſeqq.Vrceol.de tranſact.qu.79.n.3.*

502 Nec in actione mixta, prout in petitione hæreditatis, *Ludouiſ.dec.489.*& ibi *Addit. Theod. Rub.ſup.nu.17.*ſcil.in actione mixta prouenient ex facto legis, non hominis, *Maria voto 158 Pigant.ſup.nu.41.Vrceol.ſup.*

503 4.Limitatio eſt vt ceſſet in dotibus, & augumentis dotium, *Mareſcot.d.c.67. num.43.44. Fenzon.in d.cap.158.num.44.ſeqq.* Et in dote, vel eleemoſyna ſpirituali, *Farinac.dec.182.p.1. in poſth.* Quod intellige viuente muliere, nam ea mortua non eſt amplius dos, *Fenzan. dec. 150.* Non in fructibus dotalibus, *Mareſcot. d cap.67.num.45. Mantica dec.151.nu.5.6.Rota poſt Pacific.de Salnian.dec.301.Fenzon.ſup. Pigant.n.42.*

504 5.Limitatio eſt ſecundum plures, vt ſtatutum non vendicet locum in contractu iurato *Bertaz.conſ.26. nu.29. Galganet.ad ſtat.Vrb. d.c. 158.in fine*, Fenzon.*poſt comment.ſtat. dec.159. Mareſcot.d.c.67.num.31.ſeqq. Gratian. diſc.490. num.*

num.6.7.Theod. Rub.d.c.158.num.1.seqq. Pigant. sup.nu.43.vbi declarat.

505 6.Limitatio est,vt præscriptio non præiudicet Creditori ignoranti,veluti hæredi,in specie talis statuti Ruin.cons.26.nu.19.lib.3. Ciarlin. contr.196.nu.48.seqq. Bertaz.cons.118. num.32. Marescot.d.c.67.nu.37. Gratian. disc.403.nu.35. seqq.Marta vot.151.Rota p.2.diuers.dec.262.Pigant.sup.nu.44.

506 7.Limitatio est, vt hæc præscriptio non currat contra pupillum, aut minorem, qui tamen adhoc restitutione eget, l.sicut,C.de præscript.30.vel 40.ann.Ludouis.dec.489. nu.13.seq. & dec.498.p.4.diuers. & apud Fenz n. dec.157. Burat.dec.410.774.& ibi Ferrentill. & dec.419. p.2.rec. Rub.d.c.158.num.32.Vbi quod nec contra Ecclesiam operatur præscriptio, Nec contra filios,seu hæredes, qui sunt sub patria potestate,Caualer.dec.346.nu.6.R.Marinis ad Reuert. dec.65.nu.5. Pigant.sup.num.45. Abruz. in comment.ad c.62.Reg.Ferdin.com.2.nu.16.n 17.

607 8.Limitatio est, vt non currat præscriptio grassante lue,vel seuiente bello, itaut ius non reddatur,Gra i n.disc.403.nu.24.25. Odd.de restit.p.1.q.7.art.9.nu.97.seqq. Gaill.obs.118.n.18. lib.2.Ripa de priuil.p.st c.1.nu.41.seqq. Giurba ad Consuet.Messan.c.2.gl.6.nu.28.p.1.Thes.lib.1 q.13.Sabell.resol.post.4.Tom.c.22.n.7.Pigan.sup. num.48.

508 9 Limitatio est, vt præscriptio non procedat, si debitum sit soluendum pro exoneratione conscientiæ, Genuens.pract.Eccles.quæst. 68. Guttier.in l.nemo potest num.487.ff. de leg.1. Caroc.tit.de statut.n.21.Pigant.n.49.

509 10 Limitatio est, si renunciatum sit præscriptioni,adnotata in l.n mo pot st,ff.de legat.1. Sed in contrarium est veritas, nam futuræ præscriptioni renunciari non potest, Su d.dec. 2 n.7.Galganet.d.c.158.lim.11. Cyriac.cont ou. 317.num.20.seqq.Gutt er.in d.l.nemo potest num. 492.seqq. Dicemus infrà.

510 11. Limitatio est, si peteretur Tributum in signum Superioritatis,l.comp tit.C.de præscript. 30.ann.Mar scot d.c.67.nu.41. Fenzon. d.c.158. nu.48.Pigant.sup.n.51.

511 Idem est contra Dominum prætendentem prælationem in retractu,quia statutum solum dicit de creditore,Ludouis.dec.425.n.10.

512 12.Limitatio est,vt statutum non procedat pro vsufructuario aduersus proprietarium, quia non valenti agere non currit præscriptio, l.1 §.fin.C.de annal.except.l.cum notissimi, §.in ijs, & §.illud,C.de præscript.30.ann.Caualer.dec.213 nu.67.Pigant.sup.nu.53.

513 13 Vt tale statutum non noceat Clericis, viris Ecclesiasticis, aut Ecclesiæ, aut locis Pi s, Marescat.d.c.67.nu.20.seqq. Fenzon.d.c.158.in fine,Leoncill.dec.Ferrar.76.n.15. Pigant.sup.nu. 54.D.Caustantin.sup.art.1.n.64.

514 14.Vt debitoribus non prosit aduersus forenses, qui non ligantur hoc statuto, Galganet. d.c.158.vers.an hoc. Sed in contrarium est decis. 602.p.1.diuers.Fenzon.d.c.158.nu.65.seqq. Leoncill.d.dec.76.nu.14.seqq. Theod.Rub.d.c.158. nu. 13.Pigant.sup.nu.55.P. Moises.sup.Consuet.Neapol.tom.1.p.2.j.1.nu.8 Fariuac.dec.774.n.2.

515 Sed quod comprehendat forenses Romæ conuentos ad soluendum, probatur, nam licet regulariter statuta non ligent forenses,tamen id procedit in his,quæ oriuntur à principio, & ex natura contractus, secus in his,quæ procedunt ex post facto,& post ipsum contractum, scil.propter negligentiam,vel moram, nam tūc si solutio non sit destinata in certo loco,sed simpliciter,attenditur statutum loci, vbi est facta petitio,quia ibi dicitur contracta negligentia, & mora, D.Constantin.d.art.1.nu.57.& se q. Pacion.de locat.cap.5 .num.97. Quamuis sit creditum alibi contractum, dummodo lis agitetur in loco statuti,Pac on.num.96. Conciol. alleg.11. nu.22.vbi nu 24.dicit secus si solutio sit promissa extra locum statuti. Dicemus infrà.

516 Et quoad Ecclesias, personas ecclesiasticas, loco Pia, quod comprehendantur, fundant Fenz n.ibid.78.Marescot.d.c.67.nu.20.24.lib.2. Card.Luca de c edit. disc.130. nu.9.10. Pacion.d. c.52.nu.96. Vbi quamuis sit à Papa confirmatum.

517 Sed contrarium est verius, cum statuta Vrbis nō comprehendant illos ex defectu voluntatis statuentium, fundatæ in defectu potestatis, Rota coram Cerro inter eius impress dec. 490.541.773.& 900 & postea confirmatis dec. 252.p.16.rec.& dec.377. p.17. Co ciol.ad statut. Eugub.rubr.30.nu.2. Pacion.d locat.c 52.nu 96. c.53.nu.60.seqq.Sperell.dec.35. signanter nu.85. Eadem Rota de .39.nu.15. p.11.rec. & dec.175. nu.12.p.17. & contra Card L ca fuit decisum in eadem causa, in qua scripsit,vt videre est in dec.175 p.17.rec & d c.392.p 18.

518 Verum vera existente hac opinione,potest tamen clericus contra laicum creditorem agētem aduersus ipsum Clericum, allegare præscriptionem statutariam per modum priuilegij.Pacion.d.c.52.nu 96. cap.63. nu.62.seqq.Conciol.s p.nu.3.Cancer.var.p.1.c.15.nu.36.Sperell. dec.135.nu.131. Rota d.dec.175.nu.13.14. p.17. & d c.391.nu.27.seqq.p.18.

519 Nec tale statutum comprehendit Clericū hæredem laici, quando præscriptio non fuit completa illo viuente, Conciol.sup num.2. Anton ll.de temp.legal.lib.1 c.25. num.20.21. Sperell. dec.135.nu.24.seqq.

520 Et locis Pijs datur restitutio in integrum, etiam de iure communi, ob negligentiam Administratorum,Rota dec.35. nu.26. post Merlin. de pignor. Etiam aduersus præscriptionem 40. annorū.Rota dec.774. 6 coram Burat. Etiam non probata læsione,cum solus cursus temporis,hoc casu,lædat, Rota apud D.Constantin.sup. nu.74. Et licet non sit probata aliqua ignorantia,de iure speciali talis restitutio Ecclesiæ conceditur. Barz.dec.101.n.18.

521 Immò locis P js competit talis restitutio,

etiam aduersus præscriptionem longissimi tẽporis, ob negligentiam officialium, qui cum in dies mutentur, præsumuntur ignorare facta Ecclesiæ, vel Monasterij, *Houd. cons. 80. num. 82. seqq. lib. 2. Surd. cons. 520. num. 6. & 10. lib. 4. Hodiern. ad Surd. dec. 4. num. 6. seqq. D. Constantin. sup. nu. 69. seqq.*

An competat restitutio ex capite Ignorantiæ? Contiol. *alleg. 11. nu. 25. & seqq.*

521 15. Vt non procedat in causa spolij. Sed contra est *Serafin. dec. 1360. Marescot. d. c. 67. nu. 47. seqq. Galganat. ad stat. Vrb. lib. 1. c. 160. Pigant. sup. nu. 56.*

523 16. Limitatio est, vt si præscriptio decursa percutiat etiam damnum creditorum, qui credita exigere poterant, nec tamen potuerunt, ob non exhibitionem librorum, quos non exhibuit, tenetur ad damna, *Rota dec. 33.* post *Mangil. de subhast.*

524 17. Limitatio est, vt statutum istud non extendatur ad condemnationem criminalem, de qua non loquitur, *Cabal. resol. crimin. cent. 3. cas. 239.*

525 18. Limitatio est, vt minus tempus sufficiat, si agatur de mercede diurna, famulatu, nutritiua, & simili alia causa, quia satis est cursus quatuor annorum. *Rim. iun. cons. 407. nom. 15. Ludouic. conclus. 38. illat. 144. Leonill. dec. 37. Pigant. sup. n. 58. seqq.* De qua re. *Nos infrà.*

526 19. Limitatio est, vt in debito locationis domus, vel apothecæ non currat tempus annorum 15. sed annorum quinque, vt in d. statuto Ferrariæ *Thes. dec. 114. Caroc. de locat. p. 1. tit. de præscrip. Gratian. disc. 92. nu. 40. seqq. Pacion. de locat. c. 52. Pigant. sup. n. 67.*

527 20. Limitatio est, vt in annuis præstationibus non currat ista præscriptio, *Gratian. disc. 853 num. 14. 15.* Et in annuis censibus. *Theod. Rub. d. 158. nu. 6.* Et generaliter in annuis præstationibus debitis ex vltima voluntate, cum dinumeratione temporis tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, secus vbi non currit dinumeratio, quia vnica currit præscriptio, *Pacific. de Saluian. p. 2. c. 2. num. 293. seqq. Burat. dec. 643. nu. 22.* vbi *Addit.* refert alias decisiones, *Maranta par. 4. resp. 96. num. 20. seqq. & resp. 98.* Idẽ in præstationibus conditionalibus, vel conditionalis affectus, prout in censibus, in quibus plures requiruntur præscriptiones, *Gratian. sup. nu. 14. Pacific. d. c. 2. num. 292.* & ibi *Rota dec.* 300. in calce Operis, *Cenc. de censib. p. 3. c. 1. q. 8. art. 2. Marescot. d. c. 67. nu. 47. seqq. Ferrentill. sup. D. Romaguer. ad Conciol. ad stat. Eugub. l. b. 2. rubr. 30. nu. 51. Pigant. sup. nu. 68. seqq.*

528 21. Limitatio est, vt dicta præscriptio non habeat locum aduersus creditorem non petentem debitum, in præiudicium fideiussoris, qui creditori soluerit, & ab eo cessionem reportauerit, etiam si de solutione, facta non fuerit intimatio debitori, *Fenzon. d. c. 158. nu. 55. 56.* Vbi etiam quid de confideiussore soluente, vt per *Rot. ibid. dec. 155. in Calce operis Pigant. sup. num. 71. Achill. de Graff. dec. 208. de præscript. Monter. dec. Arag. 25.*

529 Quod declarat *Fontanell. de pactis gl. 18. p. 5. nu. 36.* Vt procedat conclusio quando fideiussor, aut Tertius creditori soluisset, antequam tempus præscriptionis esset elapsum contra ipsum creditorem, *Scheitin. de iure offer. par. 2. sect. 2. c. 2. nu. 41. 42. & p. 1. c. 1. sect. 1. nu. 7. Fab. in C. lib. 8. tit. 20. de luit. pign. defin. 12.*

530 De eodem *Iure* Ferrariensi, per *statutum* 129. Quilibet Ciuis, vel Incola, vel eius districtus, qui fuerit Tutor, aut Tutrix alicuius, & elapsi sint à tempore finitæ tutelæ quomodocumq; & superuenientis pubertatis, quindecim anni, infrà quos petita non fuerit administrationis ratio à Tutore, vel ab eius hærede, & cũ effectu fuerit prosequuta saltem vsq; ad publicationem processus inclusiue, de cætero non tenetur, aut eius hæres, nec fideiussores administrationis reddere rationem, si Tutor ille cõfecerit inuentarium. Nam elapsis dictis annis 15. præsumitur ratio reddita, & reliqua restituta, & sic Tutor ipse censetur liberatus. Idem statuitur in Curatore, Factore, Negotiorum gestare, & in quolibet alio Administratore. Super quo statuto claro, aureum commentum facit *D. Pigant.* ad quem remittimus DD. Lectores per 52. *numeros.*

531 Adest in eadem Ciuitate Ferrariæ aliud *statutum* 130. in ordine, vbi de præscriptione fœtuum, reddituum, & fructuum bestiarum, & possessionum. Vt fructus. & redditus animaliũ Captorum, pecudum, vel Vaccarum, præscribatur spatio duorum mensium, finito anno, cum præsumatur satisfactus. In alijs bestijs si non petat infrà annum, finita socida, rationem sibi reddi de fœnibus, & alijs redditibus, non auditur, cum præsumatur satisfactus, cum alijs ibidem statutis, super quo etiam commentum fecit idem *D. Pigant.* per 14 *numeros.*

532 Romæ adest statutum *tit. de præscriptionibus cap* 158. per quod statutum est: creditor ex causa mutui, depositi, vel cuiuscumq; generis contractus per anuos 16. negligens fuerit in petendo debitum, etiam si creditor ipse habeat hypotecam generalem, vel specialem, tacitam vel expressam, si corporalem, & actualem creditor ipse pignoris, & hypotecæ possessionem adeptus non fuerit, vel nisi in quolibet casuum prædictorum de iudiciali, vel extraiudiciali interpellatione creditor legitimè docuerit, præsumitur iuris præsumptione facta solutio, nisi contrarium per creditorem probetur, exceptis dotibus, donationibus propter nuptias, tributis, & censibus. Sed creditor in vim Chirografi, aut schedulæ, siue apocę priuatę, per decenniũ post mortem debitoris non petierit debitum, solutio pręsumatur. De quo statuto *Scacc. de commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. nu. 127. & n. 135.*

Quę statuta valida sunt, quia fundata super pręsumpta solutione, *Vrceol. consult. 23. nu. 15.*

Et perimunt post tale tempus statutum,

actio.

actionem creditoribus,*Vrceol.sup.nu.14.*

Ad cuius statuti explicationem *D.Franc. Maria Constantin.* vltra plures considerationes legales.

Ponit Articulos quatuor disputandos. Primus est, An Natura huius præscriptionis sit odiosa,& procedat cum mala fide, & quando illa procedat. Secundò,quando illa non procedat. Tertiò, quando, & quomodo illa interrumpatur, & quando semel interrupta rursus renouetur. Quartò, de præsumptione solutionis,in qua est fundatum statutum.

533 Præscriptio hæc est subrogata in locum præscriptionis 30. annorum iuris communis, *Roman.cons.33.nu.2.seqq.Castr.cons.439.num.3. lib.4. Monteran.ad stat.Bonon.lib.2. rubr.de præscript.lit.B.Fenzon.in d.stat.Roman.num.59.Marescot.l.b.2.c.57.nu.14.18.20.* Gratian. *disc.994. nu.4.Ciarlin.contr.32.nu.13. lib.1. Antonell.de temp.legal.l.b.1.c.25.num.1. Merlin. dec.Luc.70. nu.45.Rota dec.298.nu.3.§.ner ad rem p.4.diuers. Rota dec.614 nu.3.coram Serafin.dec.758 num.4.* coram *Vbald.& dec.147.nu.6.* coram Royas. *D. Constantin.s.p.art.1.nu.1.* Ideo recipit interpræstationes à Iure communi,*Rota dec.6.num.3 p.3. rec.Ciarlin.contr.32.*

534 Verum, cum coarceat tempus, dicitur odiosa,& est restringenda, *Ancharan.cons.258. nu.3.Carp.in..d stat. Mediolan. c.112. nu.65.tom. 1.Monteron.ad stat. Bonon.d.rubr.de præscript.fol. 215.Cancer.p.1.c.15. num.30. Xamar.rec.iudic. p.1.defin.50.nu.15.16. Pacion.de locat.c.52.num. 41.Sperell.dec.135.nu.105. Rota dec.100.nu.10.* coram *Dunozet.sen.& dec.758.num.3.* coram *Vbald.* Et in dubio est iudicandum contra præscriptionem,cum sit iniquissimum,& odiosissimum præsidium, *Rota dec.881.num.4.*coram *Merlin.& Rota Lucens.*apud *Palm. dec.10. num. 26.D.Constantin.sup.num.6. Ansald. de commerc. disc.95.n.30.*

535 Qui anni sexdecim debent esse completi, & si vnica dies deficiat ad illam complendam,nō habet effectum, post alios *D.Constantin.sup.nu. 12.seqq.*

536 Dictum statutum procedit in quocumq; contractu,Instrumento, ac obligatione,etiam iuramento vallatis,post mille *D.Constantin.sup. num.16.seqq.*

537 Et licet de iure communi in præscriptione requiratur bonafides,in principio,medio, & fine,*c.fin.de præscript. Gratian.disc.403. nu.14.23. Rota dec.300.nu.13.p.7.Cyriac. contro.321.nu.4. Rota dec.190.nu.16. dec.280.num.15. p.7.rec.& dec.144.n.21.*post *Merlin.de pigno.*dicemus *infra. Antonell.d.c.25. num.9.seqq. Rota dec.721.nu.8.* coram *Penia.*

538 Tamen in terminis talis statuti non requiritur bonefides, cum illud sit fundatum super præsumpta solutione, *Theodos.Rub.ad d.statut. 158.n.5.Pigant.ad stat.Ferrar.rubr.128.n.4. Conciol.& addit.ad stat.Eugub. rubr.30.n.7.8. lib.2. Pacion.de locat.c.52.nu.58.seqq. Fenzon.ibid.nu. 7.8.Thomat.dec.222.num.2.3.*post alios *D.Constantin.sub num.13.seqq. DD.* relati per *Conciol. alleg.11.nu.10.& ad stat.Eugub.lib 2.rubr.30.nu. 7.8.*licet contra dicant *Cyriac. contr.321.nu.55. Addent.ad Rot.dec.6. p.3.rec. Rota* post *Possib.de subbast.dec.119.*Declarat *Conciol.d.n.8.*

539 3. Hoc statutum procedit in Deposito. *Theod.Rub.in annot. ad illud statut. 158. nu.10. 28.Rota dec.388.nu.11.*coram *Rembold.D.Constant.sup.n.23.& seqq.*

540 4.Habet locum in debito ex causa tutelę, & redditionis rationis, *Rub.sup.nu.9.Fenzon.ibid. nu.11.seqq. Marescot.c.67. nu.2.3. Rota dec.692. 730.*coram *Serafin.& dec.591.nu.16. p.18.tom. 2.rec.Card.Luca de empt.disc.7. nu.7. D.Constantin.sup.nu.32.33.*

541 Idem fauore negotiorum gestoris, *Gratian. disc.52.nu.19.20.*

In obligatione mensurandi,*Card.Luca d.disc. 7.de empt.nu.8.*

542 Secus si fuerint ab administratore subtractæ pecuniæ, & de hoc non fuerit habita notitia,*Rota dec.151.§.fin.*post *Fenzon.ad stat.Vrbis.*

543 5.Procedit etiam indebito ex quasi contractu,ob eandem rationem, quæ viget in contractibus,& ob verborum amplitudinem,*Fenzon. sup.nu.13.& seqq.Marescott.c.67. num.2.3. Conciol. d.rubr.30.nu.19.20.Pigant.rubr.128. nu.10. Rota dec.730.nu.3.seqq.* coram *Serafino dec.453. num.1.p.4. diuers D.Constantin.sup.num.34.Doctissimus* Dom.*Antonell.de tempor.legal.l b.1.cap. 25.nu.1.*

544 6.In Sententia, quæ non potest exequi post 16.annos,*Fenzon.sup.num.67. Pigant.rubr. 128.num.34.Conciol.d.rubr.30.nu.27.*post alias *Rotæ decis.D.Constan.in.sup.n.35.*

545 7.In executione Laudi, *Bon ad stat.Vrb.gl. 19.nu.135.136.D.Constantin.sup.nu.36.* vbi impugnat *Gratian.disc.994.nu.7.* in contrarium. Verum si opponatur contra laudum acceptatum non impedit illius executionem, *Gratian. ibidem.*

546 8.In officio Iudicis nobili, & mercenario, *Marescot.d.c.67.nu.4.seqq. Pigant. rubr.128.nu. 11.Fenzon.sup.nu.17.seqq.* post *Rub. & Serafin. Constantin.nu.37. Antonell.de tempor.legal. lib.1. cap.25.n.1.*

547 9.In fructibus dotalibus, *D.Constant.n.38.* decursis post 16.annos, secus in decurrendis, *D.Constant.nu.39.*

548 Verum in illis pręscribendis requiruntur tot præscriptiones, quot sunt anni, ideo pro decursis in annis,pro quibus non poterat peti, quia non maturati,non intrat præscriptio, nisi à die,quo peti poterant, *D.Coostantin.sup.n.39.*

549 10.Pręscriptio cepta contra cedentem currit,etiam contra Cessionarium, & Successores, tamquam inhęrens credito, non personę, *Pigant.in rub.128.nu.32.Rota diuers.dec.346. num. 5.6.p.6.rec.Merlin.de pignor.lib.5.qu.21.n.61.*

550 11.Procedit etiam contra hæreditatem iacentem,quando pręscriptio fuit cepta cum defun-

functo, vel fuit datus Curator hæreditati iacenti, *Rota d.dec.346.nu.6.Marcscot.d.c.67.n.19. Fenzon.sup num.58.59. D.Consl ntin.nu.40.41. Scrafin. dec.730. Antonell. de tempor.legal.lib.1. c.25.num.1.*

551 Tamen hæc conclusio reuocatur in dubiũ per *Card.Luca de credit.disc.129.num.20.* ea ratione, quia præscriptio hæc a Statuto est fundata in præsumpta satisfactione, quæ non potest considerari in hæreditate iacente, maxime in hæreditate iacente Creditoris, *D.Constantin. sup.nu.42.seqq.*

552 12.Hæc præscriptio statutaria potest allegari per Creditores debitoris decocti, contra Creditorem, contra quem est præscriptum creditum, *Acosta de priuil.credit. reg.1.nu.94.seqq. Salgad. labyr.p.1.c.40. num.14.16.seqq. D.Constantin.sup.nu.48.seqq.*

553 13.Hæc præscriptio comprehendit forenses Romæ conuentos ad soluendum, post antiquiores Doctissimus *Domin.Conciol. allegat.11. nu.22.seqq & ad statut.Eugub.rubr.30.nu.9. Pacion.de locat. c.52.num.97.seqq. Fenzon.in d.statut. numer.61.62. Thomat. decis.155. in fine, Rota dec.602.p.1.diuers & dec.764.p.4.* Doctissimus *D.Constantin.sup. num.57.* vbi *num.58.* Limitat si contractus sit celebratus in loco statuti, & solutio alibi destinata sit, *Rota par.4.diuers. dec.674. Ridolfin.in praxi p.1.c.8. num.205.seqq. Rota p.18.dec.771.Ciroc.disc.16.nu.49.Card.Luca de credit.disc.129.num.21. disc.130. nu.7. disc. 148.nu.12.Zacchia de salar.qu.105.n.18.seqq.*

554 Verum ex capite probabilis ignorantiæ in forense absente ab Vrbe, quia præsumitur ignorare dispositionem huius statuti, datur restitutio in integrum aduersus hanc præscriptionem statutariam, *Conciol.d.alleg.11.num.27. seqq.Pacion.de locat.d.c.52. num.99.Card.*Luca *de credit.disc.129.nu.21.Add.ad* Burat.*dec.98.nu. 6.*post *decis. Rotæ, Idem D.Constantin.sup.num. 59.60.*

555 Sic comprehendit forenses in ijs, quæ oriuntur ex post facto, propter moram, vel negligentiam, *Rota* post *Vrceol.de transact.dec.95. nu.1.& 10.Rota p.17.rec.dec.63.num.9.dec.175. nu.9.seqq.& p.18.dec.392.Card.Luca sup.*

556 Statum hoc non comprehendit Clericos, & Ecclesiasticas personas, vt contra *Card.Luca,* & alios fundat *D.Constantin.sup.num.63.seqq.* Et *nu.69.seqq.* dicit quod potest Clericus contra laicum creditorem agentem aduersus ipsum Clericum allegare præscriptionem statutariam per modum priuilegij. *Pacion.de locato d.c.52. nu.96.& cap.63.num.62.seqq.Conciol.d.rubr.30. num.3.Cancer.var.p.1.c.15.num.36. Sperell.dec. 135.nu.131.Rota dec.175.nu.13.14.p.17.rec.& dec.392.p.18.Pacion.de locat.cap.52. nu.96. cap. 53.nu.60.seqq. Sabell.§.præscriptio nu.8. Rota dec.35.nu.15.p.11.rec.dec.175. num.12. p.17.& dec.392.p.18.* Sic talia statuta non comprehendunt Clericos passiuè, sed actiuè sic. *Sperell.dec. 135.num.85.*

557 Et tale statutum non comprehendit Clericum hæredem laici, quando præscriptio non fuit completa illo viuente, *Conciol.d.rub.30.nu. 2.Antonell.de temp. legal.lib.1. c.25. num.20.21. Sperell.dec.135.nu.24.seqq.Dom.Constantin.sup. nu.71.*

558 Tale statutum locum habet non solum in credito pecuniario, sed in quocumq; alio adimplemento, ab eodem statuto non excepto. *Card. Luca de empt.disc.7.n.7.*

559 Procedit contra filium, qui intrà tempus 16.annorum non petijt supplementum legitimæ. *Antonell.de tempor.legal.lib.1.c.25. num.11.* Sed contra *infrà hic nu.578.*

560 Tales statutariæ præscriptiones non prosunt, nisi allegentur, *Guid.Papa dec.221. Duen. reg.306.nu.10.Surd.dec.24. Antonell. de temp.legal.lib.1.c.25.num.2.* Magon.*dec.Luc.27.num.14. & seqq.*

Sic Iudex ex officio non potest illam opponere, Magon.*sup.Scacc.de commerc.§.1. qu.7.p.2. ampl.19.nu.135. vers.Nota tertio,* vbi *vers.Tamen secus* dicit posse, si illa appareret ex actis.

561 Præscriptio statutaria comprehendit personas priuilegiatas, *Calà de restit.q.34.num.1. & seqq.Cancer.var.lib.1.c.15.n.27.D.Romagu.ad statut.Eugub.fol.259 n.40.*

Sed illis competit restitutio in integrum. *D. Romag.ibid.nu.41.*post *Cancer.sup.num.27. Bonden.collect.10.num.60. Pegas.ad ordin. Portugal. lib.1.tom.1.ad proem.gl.58.nu.7.* licet contra dicat *Calà s.p.*

Verum quando ipsi minores regressum habere possunt contra Tutores, seu Curatores scientes, & negligentes, quia ex quo scientia ipsorum Tutorum, seu Curatorum est sufficiẽs ad præscribendum contra pupillos, & minores, ideo ipsi ad id tenentur, *Bonden.d.collect.10. nu.81.seqq.Ottobon.dec.173.num.11.seqq. Burat. & addit. dec.410. 774. D.Card.*Luca *de Iudic. disc.21.nu.37.Hodiern.ad Surd.dec.4.nu.27.seqq. Gales.de restit.in integr.in tract.c.2.n.91. Doctiss. D.Romaguer.sup.n.42.*

562 Statuta præsumentia solutionem debiti, per lapsum 16.ann. vt est Romanũ, de quo *D.Rocca disp.93.nu.28.* non procedunt quoties datur probatio, ac præsumptio præponderans super non solutione, nam cum statutum fundet præscriptionem super præsumpta solutione post lapsum 16.annorum, eo ipso cessat præscriptio, quo cessat dictum præsuppositum, *Fenzon.in d.statut.num.32.seqq.Andreol.contr.135. num 15. Carcua res.138.nn.4.Pacion.de locato c 52.nu.68. Pigant.ad stat.Ferrar.rubr.128.nu.35.*post mille *dec.Rotæ,Card.Luca de iure patronat.disc.8.nu.8. de empt.disc.7.nu.8.de credit.disc.129. nu.12.13. Vrceol.de transact. qu.79.nu.36.Duran.dec.210. num.15.Conciol.alleg.11.nu.14.Thomat.dec.222. Add.ad* Pamfil.*dec.98.nu.2.Merl n.d.dec.124. D. Constantin. d.annot.48.art.2. nu.77. 78. D.Conciol.suprà ad statut.Eugub. lib.2.rub.30.num.22. seqq.*

563 Sic

563 Sic cessat præscriptio, ac præsumptio solutionis, si debitor erat decoctus, & non soluendo, *Rota dec. 678. nu. 13. & dec. 758. nu. 9. coram Vbaldo. D. Constant. n. sup. n. 79.*

564 Item si appareat, quod bona, quę debebant consignari creditori, semper fuerunt apud illū, qui allegat præscriptionem, *Rota dec. 46. nu. 9. coram Manzanedo, & dec. 300. n. 12. p. 5. rec.*

565 Item si pecunia debebat, ex pacto deponi in Banco Pietatis, nam si in illo non reperiatur, cessat præsumpta solutio, *Rota dec. 63. in fine, post Z. ff. de process. crim. legitimat.*

566 Item ex recognitione debiti postea facta, ex varijs assignamentis factis pro illius satisfactione, *Rota dec. 595. in fine p. 2. rec. dec. 678. num. 12. 13. dec. 758. nu. 9. coram Vbald. Pacion. de loc. c. 6. 52. nu. 69. seqq.*

567 Verum præsumptiones super non solutione debent esse præponderantes, & concludentes, non autem equiuocæ, & quæ conquassantur à præsumptionibus super solutione, *Rota dec. 353. nu. 27. 28. p. 6. rec. dec. 285. nu. 16. seqq. par. 18. dec. 155. §. fin. & dec. 157. §. quia*, & post *Fenzon. ad stat. Vrb. Pacion. de locat. cap. 52. n. 72. & seqq. D. Constantin. sup. nu. 83. seqq.*

568 Sic cum sit verum, quod præscriptio deducta ex hoc statuto, sit fundata in præsumpta solutione, creditor conuentus ad solutionem debet respondere super positionibus datis à creditore, quod infra tempus 16. annorum fuit requisitus à creditore, & alijs consimilibus, *Carpan. ad statut. Mediol. c. 112. num. 82. lib. 1. Cancer. p. 1. cap. 15. num. 12. Antonell. de temp. legal. lib. 1. c. 25. nu. 34. 18. D. Constantin. sup. nu. 84. & seqq.* vbi dicit etiam teneri debitorem recognoscere Apocam debiti priuatam, etiam post tempus præscriptionis.

569 2. Hæc præscriptio non procedit in debito impugnato, nam cum priuatio supponat habitum, & solutio sit destructio debiti præexistentis, nec possit dari destructio indiuidui, nisi eo prius supposito, ideo frustra a debitore conuento allegatur præscriptio, & præsumpta solutio debiti, quod fuit negatum, *Pigant. rubr. 128. nu. 28. Conciol. rubr. 30. nu. 23. Card. Luca de credit. disc. 129. nu. 19. & disc. 130. nu. 12.* post mille decisiones *Rotæ, & de empt. disc. 13. num. 12. D. Constantin. d. art. 2. nu. 95.* Rocca *disp. 93. num. 39. Sabell. §. præscriptio n. 9.*

570 3. Hæc præscriptio excluditur quando per debitorem excipitur de solutione particulari debiti certo modo facta, quæ tamen non probatur, *Gratian. disc. 441. num. 17. seqq. Rota dec. 44. num. 11. & seqq.* post Merlin. *de pignor. Abruz. in comment. ad cap. 62. Regis Ferdin. comment. 2. num. 276. D. Constantin. sup. n. 96.*

571 4. Non procedit quando debitor allegat compensationem alterius crediti, quod ipse habere prætendit contra Creditorem agentem, Rota *dec. 574. num. 3.* coram *Merlino, & d. c. 33. nu. 2. p. 5. rec.* Et cum debitum compensandum est reale, & subsistens, tunc omnino excluditur termini præscriptionis, nam exceptio compensationis, quæ potest opponi contra Creditorem per ipsum debitorem, impedit præscriptionem, cum hæc fundetur super negligentia creditoris, & non potest dici hic negligens in petendo a debitore suo, quem ex alia causa habet creditorem, post mille *D. Constantini sup. n. 97. 98.* Nam præscriptio ipso Iure compensatur, *D. Gutier. de compensat. lib. 1. q. 6. num. 83. & nu. 85.* vbi declarat.

572 5. Sub hoc statuto non comprehenditur debitum pro exoneratione conscientiæ, *Genuens. practi. ab. l. q. 168. Pigant. in rubr. 128. nu. 49. D. Constantin. sup. n. 97.*

573 6. Non habet locum in credito Dotis, aut donationis propter nuptias, & in augumento dotali, *Fenzon. nu. 44. seqq. Card. Luca de dote disc. 29. nu. 9. disc. 164. num. 5. & 13. Pigant. rubr. 128. num. 42. Panimoll. dec. for. Eccles. 3. num. 28. Zuccar. dec. Luc. 52. num. 10. 11. D. Romaguer. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 30. nu. 66. Nos infrà nu. 550.*

574 At soluto matrimonio statutum procedit, *Pigant. sup. nu. 42.* Card. *Luca d. disc. 164. nu. 5. Rota dec. 156.* post *Fenzon.*

575 Idem si dos consistat in pecunia, cum tunc periculum sit mariti, *Tondut. resol. ciuil. p. 2. c. 182. nu. 9. seqq.* sic in bonis æstimatis, *D. Romaguer. sup. nu. 68.*

576 Procedit in fructibus dotalibus, *Pigant. rubr. 129. nu. 42. Rota dec. 151. num. 5. 6.* coram *Manticu, Conciol. d. rubr. 30. n. 24. Nos sup. n. 495.*

577 Idem in fructibus censuum, annuis præstationibus, legatu annuo, vel alio debito conditionali soluendo, ac maturando quolibet anno, tunc requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, itaut à die, qua quælibet annua præstatio incipit deberi, incipiat pro illa, præscriptio, D. *Constantin. sup. nu. 100. seqq. Scacc. de comme. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. nu. 135. vers. Nota 2. Conciol. & Romaguer. sup.*

Ideo requiruntur 30. anni, *Gratian. disc. 490. num. 1.*

578 7. Non procedit in actione reali, nec in actione mixta, vt in petitione hæreditatis, ac fideicommissi, *Rubeus ad illud statutum 158. nu. 14. p. 2. & nu. 17. Pigant. rubr. 128. n. 41. Conciol. rubr. 30. nu. 13. Ludouis. & Addit. dec. 489. nu. 16. 26.* Nec contra filium, petentem legitimam, vel eius supplementum, *Rub. sup. num. 33. Conciol sup. nu. 12. Ludouis. & Add. dec. 487. Caualer. dec. 256. nu. 5.* post mille alios *Constantin. sup. nu. 107. seqq. Vrceol. de transact. q. 79. nu. 3. Sabell. §. præscriptio num. 7. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. c. 25. num. 24. seqq. Rota post Cenc. dec. 230. nu. 7.* Dun. *dec. 210. n. 9.* D. *Conciol. d. rubr. 30. nu. 11. & seqq.* Nec donationem, nam non est creditor, *Conciol. sup. num. 14.* nec comprehendit actionem realem pro legato *num. 15.* Nec illum, qui rem vendicat ratione dominij, *nu. 16.* Nec quādo competit actio in rem scripta, quæ æquiparatur actioni reali. *nu. 17.*

579 7. Non

579 7. Non procedit in vindicante rem propriam,iure dominij,*Fenzon.ibid.n.20. Conciol. d.rub.30.n.16.*

580 8.Non procedit in actione reali competente pro legato, procedit in actione personali competente pro legato. *Rub.in d.statut 158. num.16.Conciol.d.rubr.30.nu.15.* Rota *dec.597. num.9.10.*coram *Dunozet. Gratian. disc.118.nu. 19.seqq.Pigant.rubr.128.num.34. Rota dec.453. p.4.diuers.& dec.597.num.4.5.* coram *Donozet.* Sed videndus *D.Constant.n.sup.nu.118.seqq.*

581 An procedat in Contractu Iurato, *Scacc.* laté *de commerc.§.1.qu.7.p.2. ampl.19.num.135. vers.Nota 4.& vers. Ego* vbi dicit: Non, *Nos supra.*

582 Non procedit in Canonibus, *Rota dec.372. num.17.p.4.tom.2.rec.& dec.311.nu.32.seqq.* coram *Bich.*

583 10.Non in Censibus, ac eorum fructibus, & annuis censibus, *Ciarlin.contr.196.nu.53.54. Rota dec.230.*apud *Cene.de censib. Antonell de temp.leg.d.lib.1.c.25.nu.26.* nec comprehendit Dominum census retrahere volentem fundū censitum vigore Bullæ Beati Pij V.cum statutum loquatur de creditore, qui non potest dici dominus census,quoad retractum, Nec comprehenditur fideiussor in contractu census, cū talis fideiussio dicatur pars contractus censualis,post mille *D.Constantin. s.p. num.131. seqq. Scacc.de commerc.§. 1.q.7.p.1.ampl.19. num.135. vers.Nota 2.*

584 Non comprehendit agentem vigore litterarum Cambij,*Ro ta disp.93.nu.33.lib.2.*

585 11.Non currit contra fideiussorem, qui pro alio se obligauit, & postea cogitur soluere pro debitore principali, *Fenzen.sup nu.55.Rota dec.500.*& ibi *Apostilla* apud *Put.lib.2.in vlt. edit.*post alios *Co stantin.sup.num.134.* procedit etiam quoad correum, si alter receperit. *Rota d.dec.500.& dec.100 num.6.7.* coram *Dunozet.* Procedit contra alium quēcumq; soluentem pro tertio,& non pro se, *Fenzon.* ibi *num.55. Dunozet.dec.100.nu.5.seqq.Penia dec.751.nu.8.*

586 Quæ conclusio procedit tantum in fideiussore contractus,non iudicij, *Rota dec.124. num. 25.*coram *Merlin.* Verum hic fideiussor potest allegare fideiussionem non completam, cum principali ante motam litem, sed cœptam, & completam post sententiam, & rem iudicatam cum ipso fideiussore, *Rota dec.124. num.25.26.* coram *Merlig.*

587 Et quando sunt plures fideiussores, & vnus illorum soluit, & reportat cessionem contra confideiussorem, tali casu à dic Cessionis reportatæ, intrat præscriptio statutaria, *Fenzon. nu.56.Ruta dec.346.nu.18.seqq.p.6.rec.*post alios *D.Constantin.sup.n.134.seqq.*

588 12. Non procedit quando creditum proponitur non per viam actionis, sed exceptionis,*Marescot.cap.67.nu.42. Antonell. de temp. legal.lib.1.c.25.num.31.32.Zacch.de salario q.105. nu.38.seqq.Pacion.de locat.c.52.num.57.Leoncill. dec.37.nu.8.seqq. Rota dec.379.n.10.p.17.rec.*

589 Secus si exceptio,ac ius excipiendi descendit à iure agendi,& exceptio ideo est exceptio, quia competit actio, hoc casu exceptio ipsa est subiecta præscriptioni,sicut ipsa actio, *Rota dec.379.num.12.p.17.rec. D.Constantin.sup.num. 140.seqq.*

590 13.Non currit contra non valentem agere.*l.1.in fine,C.de annal.except.l.1.C.d. bonis matern. Zacchia de salar.q.105.nu.22.seqq. Pacion.d. c.52.nu.55.56.*post alios *D.Constantin.sup.num. 143.Castill.contr.lib.7.c.13.num.40. Abruzzin comment.ad c.62.Reg.Ferdin. comment.2.nu.273.* Secus si ille potuit impedimentum remouere *num.274.*

591 14.Non currit grassante peste, vel bello, *Panciroli.cons.96.num.34.cons.186.num.15.Gratian.disc.403.nu.24.25.Toet.ad statut. Pap.rubr. 72.num.2.seqq.Pigant.rubr.128.num.48. D.Constantin.sup.nu.144.*

592 15.Non currit contra filiosfam.existentes sub patria potestate, *Pigant.d.rubr.128.num.47. Caualer.dec.346.nu.6.Vels.dec.63.n.13. Gratian. disc.433.nu.86.Capon.ad stat.Mediol.c.112.nu 52.lib.1.D.Constantin.sup.nu.145.D.Romaguer. ad Conciol.ad stat. Eugub.lib.2.rubr.30.n.72.*

593 16.Non contra pupillum durante pupillari ætate.*l.sicut,C.de prascript.30. vel 40. annor. Carpan.c.142.num.43.R.Capyc.Latr.consult.99. num.4.5.*post mille *D.Constantin.sup. num.146. D.Balduc.d.c.Parmens.tit.de dote 40.3.nu.16.17. Sabell.resol.c.22.nu.8.12.post 4.tom.*

594 Quæ conclusio procedit, etiam in minoribus, cum quo ad ipsos præscr.prio prædicta, vel non curræt.*l.fin.C.in quib.cauf.in integr.restit. non est necess.Spada cons.297.nu.11. lib.3. Burat. dec.487.num.40.Cels.dec.383.* Vel si præscriptio cœpta contra aliquem curreret, etiam contra ipsum minorem successorem, datur restitutio in integrum, ob probabilem ignorantiam, ex capite minoris ætatis,post mille *D. Conciol.sup. nu.148.seq.*

595 Ad quam restitutionem petendam non incipit currere tempus minori, nisi à die completæ maioris ætatis, *Rota dec.316.n.24.* coram *Royas,* per *tex.l.fin.C.de temp.restit.in integr.*

596 Et præscriptio non currit neq;contra maiorem habentem creditum commune cum minore,indiuiso, secus post diuisionem, *Posth.resol. 113.n.56.Panimoll.dec.3.nu.41. Cancer.var.p.1. c.15.nu.27.Affl.dec.213.nu.3.4.* & ibi *Vrsi.l.nu 1.2.Panimoll.d nu.41.D.Constantin.sup. nu. 146 & seqq.*

597 17.Non currit contra furiosos, mente captos,mutos,surdos, *Rota dec.356.num.7.* coram *Bichio,* & quatenus curreret contra illos, competit restitutio in integrum, *Rota dec.76.nu.12. 13.*coram *Zarat.*repetita *in rec.p.12.dec.20. Cōstantin.sup.nu.154.155.*

598 18. Non currit contra Creditorem ignorantem ius suum, cum in hoc non possit considerari negligentia,nam qui ignorat non negligit,

git, dummodo ignorantia sit probabilis, & verisimilis, sic non currit contra hæredem, qui censetur ignorare facta defuncti: Et quatenus curreret, daretur restitutio in integrum, *Conciol. d. rubr. 30. num. 32. Rub. in d. statut. 158. in singular. nu. 20. 21. Fenzon. sup. nu. 68. seqq. Antonell. de temp. legal. lib. 1. c. 25. num. 22. Surd. cons. 126. nu. 11. seqq.* post mille *D. Constantin. sup. nu. 157. seq. Card. Luca de cred. t. disc. 130. num. 12.* Nisi esset ignorantia crassa, & inverisimilis, *Card. Luca ibid. nu. 6.*, Et ex quibus illa deducatur, *nu. 11. & 14. Rocca disp. 93. nu. 31. 32.*

Dicta restitutio ex capite ignorantiæ datur à die scientiæ, vnde si ignorans staret per centum annos, nihil hoc illi obesset, sed solum si peteretur post lapsum quadriennium a die scientiæ, *c. 1. de restit. in integr. in 6.* post mille *D. Constantin sup. n. 167. seqq.*

599 Si minor haberet tutorem, & hic sciret, & non perit, & sic completur præscriptio, pupillus agit contra tutorem, si ille sit soluendo, alias competit minori restitutio in integrum, *D. Cōstantin. sup. nu. 168. seqq.*

600 Non suffragatur agenti ad debiti repetitionem, *Card Luca de cred. t. disc. 129. n. 4.*

601 Quod procedit si fuerit voluntariè solutū, secus si coacte, *Card. Luca d. disc. 129. nu. 7.* Vel si adsit cautio de restituendo, aut solutio facta sit per hæredem beneficiatum. *nu. 8. 9.*

602 Et statutum tale Vrbis præsumit solutionē per spatium 16. annorum, & præscriptionem, nam præscriptionis exceptio est incompatibilis, cum illa præsumptæ solutionis, *Palma alleg. 69. num. 34.*

Tale statutum non procedit si solutio alibi sit destinata, *Paton. alleg. 151. n. 23.*

603 De hac statutaria præscriptione tractant *Bonden. de præscr. pr. docum. 4. Merenda contr. lib. 16. c. 10. tom. 3. Fenzon. ad st. t. Vrbis d. c. 158. Pigant. ad statut. Ferrar. lib. 2. rubr. 128. Merlin. de pignor. lib. q. 29. Leoncil. dec. 76. Rota rec. dec. 6. par. 3.*

604 Veletris adest statutum *lib. 5. c. 134.* In quo disponitur, quod Aromatarij, & alij Artifices post biennium non possunt quidquam petere, aut exigere pro mercibus venditis, ac descriptis in eorum libris, sed tunc censetur facta vera, & integra solutio pro rebus emptis ante dictos duos annos, *Antonell. de temp. legal. lib. 1. c. 25. nu. 1.*

605 Etiam Romæ adest motus proprius Pauli III. Pontificis, relatus per *Caroc. de locato, & conduct. par. 4. tit. de quarto grad. accid q. 2. qu. 13. principal. num. 15.* Quod famuli Clericorum, & Prælatorum, viuente Domino intrà biennium, eo mortuo intra annum salaria petere possunt, alias præsumuntur satisfacti, *Antonell. sup. n. 1.*

606 Etiam in Ciuitate adest statutum ponens tempus petendi credita, quo elapso illa sunt præscripta, vel præsumptiuè soluta, *Cyriac. contr. 516. n. 1.*

607 Etiam Lucæ est statutum simile *c. 98. lib. 2.* de quo *D. Palma alleg. 69. num. 28.*

Per statutum Ianuæ, *lib. 6. c. p. 1.* Reipublicæ non currit aliqua præscriptio, neq; in personali, neq; in reali, quotquot sit annorum, etiam vltra centum.

Per aliud statutum *d. lib. 6. c. 5.* Qui per annos quinque pensionem, terraticum, seu Canonem, aut censum non petierit, & conductor iurauerit ipsam pensionem, Canonem, terraticum, seu censum soluisse, vel hæres, seu successor, si fuerit bonæ famæ iurauerit se credere auctorem, seu prædecessorem suum soluisse, non auditur locator in pensione, censu, terratico, seu liuello petenda supra annos quinque, dummodo non existat in contrarium præsumptio probabilis, Vel minor, aut absens non fuisset, qui pensionem, censum, Canonem, seu terraticum petere debuerat.

Per aliud statutum *d. l. 6. cap. 7.* Qui operas suas locauerit, & intra annum continuum à finita locatione non petierit mercedem in iudicio, vel extra, præsumitur, per taciturnitatem dicti anni satisfactus, si conductor, vel eius hæres iurauerit locatori fuisse ex dicta causa satisfactum, nec auditur dictus locans pro mercede supra, & vsq; ad annum, quam peteret.

Qui res mobiles, vel merces proprias vendiderit, seu re vendiderit ad minutum in apoteca publica, vel priuata, si per annum vnum cessset petere pretium in iudicio, vel extra, præsumitur solutum, emptore, seu eius hærede iurante fuisse pro dicto pretio satisfactum dicto venditori, & hoc si res, siue merces venditæ vni non excedant in pretio libras decem, & à dictis libris decem supra, loco anni, terminus est duorum annorum. Seu non est locus præscriptioni, si de prædictis adsit scriptura publica, vel priuata manu debitoris, vel de eius mandato.

Florentiæ per 36. annos, pereunt omnes actiones, *l. b. 2. rubr. 73. Magon. dec. Flor. 105. dec. 64. nu. 76. Sabell. resol. c. 7 nu. 8. & cap. 22. num. 9.* Verum in tali præscriptione deducuntur dies feriati, absentia necessaria, & similia, *Sabell. d. c. 22. nu. 9.*

In Ciuitate Eugubij adest statutum, quo Creditor ex causa mutui, vel alterius contractus, si fuerit negligens in petendo debitum, per annos 15. nisi de iudiciali, siue extra iudiciali interpellatione legitimè docuerit, præsumitur iuris præsumptione facta solutio, nisi contrarium per creditorem legitime probetur, vel nisi contraria præsumptio præualens adduceretur, Exceptis minoribus 25. annis, Locis Pijs, Communitatibus, Dotibus.

Et si quis habuerit, vel possederit rem aliquā per se, vel suos Auctores per spatium 15. annorum continue, pacificè, bonafide, & iusto titulo, & super ea fuerit mota lis, talis mouens non auditur, nisi ageretur de interesse dictorum priuilegiatorum, quod statutum benè commētat *Conciol. per numeros 35. & Dom. Romaguer.*

per numeros plures,à num.36.ad num.76.

In Cathalonia præscriptiones variæ sunt. Et præscriptiones 10. & 20. annorum sunt redactæ ad 30. annos, & per dictum tempus præscribuntur quæcumque actiones personales, reales, ciuiles, & criminales, siue bonam, siue malam fidem habeat præscribens, per *V-sat. Omnes causæ,tit.de præscript.* de quo *Cancer. lib.1.c.15. Fontanell. in v. ys lu is.* Adest etiam præscriptio salariorum Aduocatorum, Procuratorum, mercedum Notariorum, Pharmacopulorum, & aliorum Artificum, *Cancer.d.cap. 15. Fontanell.de pactis cl.4.gl.13.p.5.Crespi obs.* 44. *Borgia contra Fabr.inuestig it lib.19.c.12.nu.* 12. bene *D.Romaguer.sup.n.36.& seqq.*

608 Si conuentus fateatur debitum,condemnatur non obstante statuto, *Cinrba dec.13. nu.4.* nam ex præscriptione inefficax redditur actio, non tamen omninò extinguitur, *Rota dec.941. p.3.lib.3.diuers. Boss. in tit. de proclam.quod fit num.16.*

609 Sic si solueret non possit solutum repetere, quia hæ præscriptiones sunt odiosæ, vipotè inductæ in odium creditorum non petentium, *l.naturaliter, ff.de condict. indeb. Cancer. var.lib.1.c.15. num.29.* Vbi *num.30.* limitat, quando ageretur de præscriptione 30. vel 40. annorum, nam tunc per errorem soluens potest repetere, quia hæc præscriptio est inducta in fauorem publicum, ne rerum dominia sint in suspenso, *l.qui exceptionem, ff.de condict. indeb. Antonell.de temp.legal. lib.1. c.25. num 3. seqq.*

610 Talis præscriptio statutaria, & omnis alia non habet locum quando debitor est in mala fide, *Addit.ad* Mobedan *dec.4. de præscrip. Gratian.disc.403.nu 19.disc.994.nn.5. Gratian.disc. 52.num.7.& seqq.Ciarlin.contr.196.n.37. seqq. lib.2. Antonell.de temp.legal.lib.1.c.25.n.9.seqq. vsque ad num.14. Bonden.de præscript.docum.40.* licet *D.Romaguer.ad Conciol.ad stat. Eugub. lib. 2.rubr.30.num.36.* dicit talem præscriptionem statutariã in Cathalonia currere cum mala fide. plures cautelas, vt præscriptio statutaria currat in mala fide ponit *Ferret. caut.38. Cæpol. caut.46.*

611 Nec compræhendit debitum iuratum, *Balb.de præscript.2.p.3. princip.qu.14.nu.11.12. Marescot.lib.2.c.67.num.31.seqq. Gabriel. con. l. tit.de præscript.concl.4.nu.18. Cancer. var. lib.1. c.15.num.11.Verall.dec.191.p.3. Surd.dec.158. n.17.Galganet.ad stat.Vrb.lib.1.c.159. Rota dec. 8.p.3.lib.1.diuers.Antonell.d.c.25.num.15.16.17.* Diximus *sup.* Secus si iuramentum aliundè probaretur, quam ex instrumento, *Galganet. sup.vers.non obstat. Antonell. sup.* Vide *infra num.629.*

612 Et debitor, qui prætendit soluisse potest cogi ad iurandum, *Roder.de ann.reddit.lib.1.qu. 13.nu.17. Flor.de Mena lib.1.v.r.qu.8.§.2.num. 42.Cancer.d.c.15.nu.12.* Vbi etiam dicit, ad id sufficere iuramentum credulitatis, *Antonell. sup.n.58.*

613 Talis præscriptio incepta contra creditorem, non perficitur contra Ecclesiam eidem creditoris succedenti, ante lapsum tempus in statuto præfixum, quia statuta laicorum nõ ligant Ecclesiam, *Germon.de sacr. Immun. lib.3. c.18.num.111. Mier.p.2.col.6.c.12.de caus. nullit.nu.20.seqq. Auendan.de exeq.mand.1.c.30. post n.14.Cancer.d.c.15.nu.36. Antonell.sup.n.20.21.*

614 Talis præscriptio nocet etiam creditoribus conditionalibus, & in diem, vt debeat creditor non agere ad solutionem, sed agere debitorem, vt adueniente die soluat, *Affl.dec.279. Bursat.cons.84.num.3.Surd.dec.151.num.6. seqq. Tiraq de retract.lignag.§.1.gl.10.n.45.*

Sed contra, & bene dicit *Antonell.sup.n.30. & lib.2.c.67.n.113.*

615 Et quibus ex statuto præfixum est tempus ad credita petenda, licet iure actionis, ea petere non possint, ob lapsum temporis, possunt tamen ea consequi per via exceptionis, quia temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, *Duen.reg.366.lim.7. Marescot.var. lib.2.c.67.nu.42.Cancer.var.lib.1.c.15.n.6.seqq. Antonell.sup.n.31.seqq.*

616 Si præscriptio statutaria interrumpatur absque litis contestatione, tunc incipit currere alia noua præscriptio eiusdem temporis,quãti erat prima. Sed si fuit interrupta per litis contestationem, tunc non erit locus nouæ præscriptioni statutariæ, sed actio perpetuatur vsque ad 40.annos. *l.nam postea quam, §. si is, qui,ff.de iure iur.Marescot.d.c.67.n.8.seqq. Antonell.d.c.25.n.33.* Dicemus *infrà sect.1.*

617 Præscriptio statutaria interrumpitur per conquestiones, ac requisitiones iudiciales, ac extraiudiciales creditoris, ante lapsum 16. annorum, ex lectura statuti, *Bon.ad stat. Vrb. præscript.gl.21.nu.16.gl.22.n.1.seqq. Pigant.ad stat. Ferrar.rubr.128.num.22.* Cancer.*var.p.1.c.15. num.43.Pacion.de locat.c.52. num.*80. post mille *D.Constantin.d.annot.48.art.3.num.172.Rocca disp.93.nu.15. Doctiss. D.Romaguer.ad* Conciol. *ad statut.Eugub.lib.2.rubr.30.45.* licet contra *num.46.*

617 Quamuis acta fiant coram Iudice incompetente, qui illa causant malam fidem, quamuis citatio sit nulla, sed continuat certitudinem pretii, post mille Con*stantin.sup.n.173.seqq.* vbi explicat.

619 Interrumpitur per confessionem debiti factam per creditorem etiam per literas missiuas, vel per receptionem debiti per solutionem partis illius, vel si completa præscriptione fateatur se non soluisse, & per compromissum, *D.Constantin.sup.n.195.& seqq. D.Romaguer.sup.n.47.*

620 Præscriptio interrupta quoad vnum reum debendi, operatur interruptionem quo ad alium,*l.fin.C.de duob.reis,Carpan.c.112.num.59. tom.1.Burat.dec.452.n.3.4.Rota dec.21.nu.18.p. 18.rec.*

621 Secus si vnus tantum Reus pro sua rata

fue-

fuerit conuentus, *Thes.dec.203.n.1.*

622 Interruptio facta contra principalem non nocet fideiussori, *Cancer.var.p.1.c.15.n.45.46. Manent.dec.46.nu.31.* Sed contra tenet *D.Constantin.sup.n.207.seqq.*

623 Interruptio præscriptionis facta cum aliquo ex Tertiis possessoribus, alteri Tertio possessori nocet. *Cancer.d.c.15.num.48.Magon.dec. Flor.79 n.9.*

624 Difficultas est. Interrupta præscriptione statutaria, per interpellationem iudicialem, incipiat noua præscriptio statutaria 16. annorum, vel requiratur noua præscriptio 30. à Iure communi inducta, *Rota Rom.* dubitauit *dec. 6.p.3.rec.dec.519.p.4.tom.3.de .436.p.6. & dec. 379.p.17.Merlin.dec.124.* distinguit plures casus, quos reassumit *Addit.ad Burat. dec.8.* Vide *Constantin.sup.n.213.& seqq.* vbi resoluit.

625 Vt debitor liberetur post elapsos 16. annos conuentus non debet dicere debitum esse præscriptum, sed debet dicere. Creditor ius non habet, quia quod petit, ei solutum est, & quod ita præsumitur, per lapsum temporis à statuto præfiniti, *Pigant.sup.n.27. Cancer.p.1.c.15 nu. 28.Andreol.contr.171.nu.3.Conciol.ad stat. Eug. lib.2.rubr.30.n.23.Giurba dec.13.n.11.Rota dec. 311.n.22.coram Bich.*

626 Sic etiam hæc præscriptio statutaria potest renonciari cum sit res priuata, *Gutier.in l. nemo potest n.470.seqq.ff.de leg.1.Cancer.var.p. 3.c.15.n.81.82.88.seq.Palma alleg.1.n.44. Rota Lucens.in decis. allegata per eundem Palm. alleg. 3.nu.136.D.Constantin.sup.n.215.* An, & quando possit præscriptioni renunciari. Dicemus *infrà hic sect.1.n.702.& seqq.*

627 Per *Statutum Romæ cap.159.* Dominus rei ad modicum, vel longum tempus locatæ, vel proprietarius rei in emphyteusim, vel ad censum concessæ, & census empti, vel quomodocumque constituti non possunt petere pensiones, canones, aut census, nisi pro decem proximè præteritis annis tantum, & pro reliquis vltra decem annis sibi satisfactum præsumatur, nisi de interpellatione iudiciali, aut præscriptionis interruptione, legitime doceat. Sed si conductor, aut censuum, vel canonum debitor per continuum triennium præteritum, pensionem, Canonem, vel censum soluisse demonstrauerit, præsumitur pro toto præterito tempore satisfecisse, & molestari nō possit, *Fenzon.ad stat.Vrbis 158.n 28.seqq.*

628 Interrumpitur talis præscriptio per interpellationem iudicialem, & extraiudicialem, *D.Constantin.ad d.c.159.nu.2.seqq.*

629 Tale statutum non comprehendit contractus iuratos, *Fenzon. ibi num.2. Rota dec.199. num.1.2 p.4.d.ners.Pation. alleg.28.nu.7. Sabell. §.præscriptio num. Antonell.de temp.legal. lib. 2.c.25.n.15.16.Rota dec.721.nu.12. coram Penia,Card.Luca de cens.disc.20. num.3.* Diximus *sup.n.611.*

Sed contra est *Constantin.sup.art.1.n.16.seqq. Conciol.alleg.11.n.6.* Idem *Card. Luca de credit. disc.129.n.2.*

630 Nec comprehendit tributa, ac census debitos Cameræ Vrbis. nec si debita sint Cameræ Principis, *D.Constantin.sup.n.11.12.*

631 Nam comprehendit Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, *Rota dec.39.nu.15. p.11.rec. & dec.175.n.12.p.17.*

632 In terminis dicti statuti non sufficit in solutione censuum solutio prima semestralis, sed requiritur triennalis, & debet esse per tres annos distinctos, & non sufficit vna pro tribus, *Postb.res.49.num.13.Castill.de alim.c.39. nu.30. 31.Gratian.d c.152.* Vbi *Scoppa, & Luca,Rota dec.21.num.14. coram Argnell. Cenc.de censib.q. 87.nu 27.D.Constantin.sup.n.22 seqq.R. Capyc. Latr d c.27.nu.9.* & ibi *Manfrella n.8.* contra *Merenda lib.6.cont.22.*

633 In terminis statuti solutio triennalis debet probari per scripturas, & non sufficit illius probatio per testes, *Antonell.de temp.legal.lib.2. c.54.n.6.Luca ad Franch.dec.137.nu.4.Scoppa ad Gratian.dec.152.n.13.*

634 Solutiones factæ sine præiudicio quorumcumque iurium, non suffragantur ad precludendam solutionem in præteritum, *Constantin.sup.n.33 36.*

635 Secus si debitor dictæ protestationi contradixit, & creditor acquieuerit, *Constantin.sup. n.34.35.*

636 Non inducit præsumptionem satisfactionis solutio pro illis tribus annis tantum, quoad annos præteritos, *Mascard.concl.1327.à nu.13. Constantin.sup.n.37.*

637 Et solutio triennalis, vt inducat solutionem in præteritum, debet esse facta eidem personæ, & exactori, *Gratian.d sc.716. nu.28. Cancer.c.14.num.73. Antonell.de temp. legal. lib. 2.c.54.nu.8* Idem *Gratian.dec.152.n.7.Thomat. dec.2.n.21 Cels.dec.268.n.5.Constantin.n.38.*

638 Secus si esset facta Collegio, & Vniuersitati, quæ semper est vna, *Cancer. d.c.14. nu.74. Gratian.d.dec.152.n.5.Constantin.n.39.*

639 Talis solutio debet fieri personæ legitimæ, ac procuratori speciali, non sufficit facta personæ coniunctæ, *Cancer.d.c.14.nu.36. Thomat. dec.7.num.24.seqq. Gratian.dec.152,* & ibi *Scoppa, & Luca, Nouar.in d. l.quicumque n.13. Franch.dec.137.nu.2.Capyc.Latr. dec.27. nu.13. Constantin.sup.n.41.*

640 Nec suffragatur si sit facta per depositum, & non ipsi creditori, *Cranet.cons.313.n.4. Mascard.concl.1327.n 16.Constantin.n.42.44.*

641 Solutio dubia, quæ ad diuersum creditum potest referri non iuuat, *Cenc.de censib.q.87.nu. 31.Rota post ipsum dec.332.nu.10. Add. ad Burat.dec.582.n.12.Constantin.sup.n.45.*

642 Quietantia finalis si adsit, tunc non est insistendum super præsumpta solutione deducta ex triennali solutione, *Gratian.disc.3. nu.2. seqq.Scoppa ad Gratian.dec.152.n.14. seqq. Constantin.sup.n.51.*

643 Solutio triennalis ex *d.l.quicumque, C.de Apoch. lib.*10. non est vera, & realis, sed solum præsumpta, ideò aduersus illam admittitur probatio in contrarium, *Antonell.d.c.54.nu.11. seqq.Constantin.sup.n.52.seq.* Vbi *nu.*55. ponit omnes DD.loquentes de dicto *text.l.quicumq;*

644 Nec procedit si solutio sit facta per apocas de recepto interpellata,& non annorum continuorum, nam ex illis non præsumitur solutio præteritarum annatarum, *Cancer. var. lib. 2.de locat.c.14.num.80.Caualcan.dec.Fiuiz.29.n. 42.Fontanell.de pactis cl.4.gl.18.p.5.nu.30.Ponte de pot.Prereg.tit.3.§.2.ex nu.3. Fabr. contr. 89.lib.13.Menoch.lib 3.praes.139. Ricc.coll.25. Franch.dec.137.* & ibi *Luca, & Gizz.sup.n.15. Mascard.concl.*604. *Duen.reg* 54.Rotocr.*ad Marin.res.75.* Vbi *nu.*4. nec per vnam apocam continentem solutionem trium annorum. *R.* Capyc.*Latr.dec.27.nu.9.* quidquid contra in hoc vltimo *Merenda lib.6.contr.21. Mansrella ad Capyc.Latr.dec.27.n.7.*

645 Nec procedit si creditor ipse non exegit, sed per interpositam personam, *Reg. Reuert.d. dec.27.n.15.*& ibi *Marinir,& Mansfrella sup.n.9.*

646 Nec procedit in tutore, qui pro pupillo solutiones recipiat,& creditorem liberet, nam illi non fit præiudicium per receptionem de recepto, si de vera numeratione non constat, *Tiraq.de retract.conuent.§.4.gl.6.nu.12.Mascard. concl.367.nu.7.8.Fab.in C.tit.de confess. defin 4. Guttier.de tut.p.3.c.1.num.78* Gratian.*disc.716. nu.24.R.Marin.ad Reuert.dec.410.nu.2 Nos ad Ronit.cons.25.n.20.& seqq. Mansfrella in d.decis. 27.n.10.*

647 Nec procedit in debito irregulari, *Cremens. sing.80.Costa in verb.solutio, Gratt i.d.dec.152. num.3.4.* Ideò si tibi promisit soluere quoto anno quinquaginta, vsque ad annum trigesimum, licet probentur solutiones trium annatarum, non per hoc sequitur præsumendum esse: Annos retro fuisse satisfactos. Quod dixit *Cremens.sing* 80. procedere in legato, mutuo, & in debito. *Manfrella sup.n* 11.

648 Nec procedit si solutiones sint factæ vni ex duobus tutoribus coniunctim faciendæ, *l. si debitori,ff.de nouat.Gratian.disc.286. num 46. Mansrella sup.n.12.*

649 Præscriptio statutaria Vrbis Romæ suffragatur etiam principali debitori, *Card. Luca de empt.disc.7.n.7.D.Constantin.ad stat. Vrbis annot. 48.art.1 n.24.*

650 Non comprehendit debitum dotis, *Card. Luca de credit.disc.129.nu.22. Boss.de dote c.8.n. 14.* vbi dicit præscribi per 30. annos, *Tranchedin.consult.47.num.8.* etiam durante matrimonio *num.9.D. Rosis p.1.obs.30.n 51. ex l.in rebus 30.§.omnes C.de iure dotium,Tranchedin.consult. 47.n.8.9.* Vide *Nos sup.n.573.seqq.*

Et de iure præscindendo à statuto, dos præscribitur 30.annis, post alios *Bossius de dot. c.8. n.14.*

651 Non afficit hæredem, qui restituitur, *Card. Luca de cred. disc.148. num.12.*

652 Lite, an interrumpatur, *Card. Luca de credit. disc.129.nu.11.* Interrupta per litem, ista cessante denuo incipi potest. *Idem de benefic. disc.91. num.24.*

653 Præscriptio debet esse continuata,& non intercupta, *c.illud, c.auditis, in fine, de præscript. gl.verb.interrupta in c.placuit 2.16.q.4.Couar.in reg.possessor.p.2.§.12.à princ.*

654 Non interrumpitur per solam petitionem extraiudicialem, *Guttier.de iuram.p.3.cap.1.nu. 24. Barbos.in repert. verb. præscriptio fol.295. col.1.*

655 Sed per citationem possidenti factam, interrumpitur præscriptio, etiam longissimi temporis, *l.cum notissimi, in princ. & in §.imo, & in l. sicut 3.C.de præscript. Couar. in reg. possessor p.2. §.12.nu.4.Surd.dec.5.nu.2.Pereira dec.63. num.7. Barbos.sup.*

656 Et per molestiam factam interrumpi possessionem probat tex.in *l.nemo, C.de acquir.poss. Barbos.in repert.verb.præscriptio.*

657 Præscriptio interrumpitur in Iure offerendi, ex oblatione in Iudicio, vel litis contestatione, *Staiban.res.121.n.39.*

658 Statutum Vrbis inducens præsumptionem solutionis non procedit si solutio alibi sit destinata, *Paton.alleg.151.nu.23. Ridolfin.in praxi p.1.c.8.nu.206. D.Constantin.ad stat.Vrbis annot. 48.art.1.nu.58.Conciol.ad stat.Eugub.rub.30.nu. 10.& alleg 11.num.24.Rub.sing.ad d statut.158. nu.13.Add.ad dec.6.nu.53.& seqq. p.3.rec.dec.3. num.10.p.8.dec.152.num.5.*coram *Manzaned.& dec.548.n.11.*coram *Amat. Dunozet.*

659 Præscriptio exclusiua vsus statuti, sufficit decennalis. *Paton.alleg.38.nu.6.*

660 Licet aliqui dicant bonam fidem requiri in præscriptione statuti Vrbis, *Gratian.disc.52.nu. 9.& seqq.& disc.994.num.5.6. Antonell.de temp. legal.lib.1.c.25.nu.9.seqq.Panimol.dec.614.Serafin.dec 632. Rota dec.119.* apud *Postium de subhast. Sabell.resc.7 nu.10.11.post 4.tom.* Tamen contra probat *D.Constantin.ad stat. Vrbis annot. 48.art.1.n.27.*

661 Et auctoritates contrariæ volentes præscriptionem statutariam non procedere cum mala fide, procedunt in præscriptione fundata in solo cursu temporis, secus quando præsumit solutionem, *Altograd.cons 53.num.44.seqq.lib.2. Theod.Rub.singul.tom.2.p.6.ad hoc stat.158.nu.7. Pigan.ad stat.Ferr.rubr.128. num.31.* Conciol.*ad stat.Eugub.rubr.30.nu.8.& allg 11.nu.11. Thomat.dec.222.num.10.seqq.* in terminis *Merlin.d. dec.124.nu.12.D.Constantin.sup.nu 28.& seqq.*

662 Si cum lapsu 16. annorum concurrant aliæ coniecturæ ab extra, suadentes solutionem re vera factam esse, tunc per illas coadiuuatur solutio præsumpta à statuto, *Conciol.alleg.21.nu. 17 seqq.Rota dec.98.num.5.* coram *Pamphil.dec. 124.à nu.18.& seqq.& 147.num.18.* & coram *Royas dec.175.nu.15.17. & dec.379. nu.13.seqq. p.17.rec.D.Constantin.sup.n.30.*

663 Ta-

663 Talis præscriptio statutaria, secundum veriorem opinionem non est opponenda à parte, sed si non opponatur, Iudex ex officio potest secundum illam iudicare, si velit, *Cancer. var. p. 1. c. 18. nu. 24. seqq. Antonell. de temp. leg. l. lib. 1. c. 25. nu. 8. Boer. dec. 344. nu. 48. D. Merlin. lib. 1. c. 44. num. 4. c. 52. num. 97. Magon. dec. Flor. 42. nu. 17.* latè *D. Constantin. sup. nu. 51. seqq.* Diximus *sup. n. 484.*

664 Beneuerum tali præscriptioni statutariæ potest per partes renunciari, & sic possunt paciści, quod agi possit non obstante lapsu sexdecim, & etiam centum annorum, *Cancer. var. p. 3. c. 15. n. 81. seqq. Palma alleg. 1. nu. 44. Rota* apud *Palm. alleg. 3. num. 136. D. Constantin. sup. art. 3. nu. 224.*

665 Alia ad explicationem dicti Statuti Vrbis 158. & 159. Vide latissime apud *D. Constantin. d. annot. 48. art. 1. 2. 3. & annot. 49. Ciarlin. contron. 32.*

666 Statutaria præscriptio ad decem annos, si per litis contestationem interrumpatur, durabit actio vsq; ad 40. annos, *Barbos. in l. fin. nu. 48. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Pigant. ad stat. Ferr. lib. 2. rubr. 128. ex num. 13. Burat. dec. 8.* vbi *Ferrentill. Merlin. d. c. 724. Bonden. de præscript. docum. 9. §. quam eo siderationem.*

667 Præscriptio statutaria, quod creditor non petendo intra certum tempus, amplius non audiatur, non habet locum contra fideiussorem, *Sabell. §. præscriptio nu. 9. D. Constantin. ad statut. Vrbis annot. 48. art. 2. n. 134 seqq.*

668 Tale statutum Vrbis fundatur in solutione præsumpta, qua cessante non procedit tale statutum, *Rota p. 16. dec. 417. num. 13. & par. 17. dec. 175.*

669 Præscriptio statutaria non habet locum in actionibus mixtis, *Ciroc. discept. 33 n. 44.*

670 Habemus in Regno nostro Neapolitano *Ritum* Magnæ Curiæ Vicariæ 166. per quem, si quis sit creditor alicuius, vigore Instrumenti publici, omni solemnitate vallati, si debitor nõ soluat statuto tempore, potest contra illum liquidari illud Instrumentum, & debitor ille soluit debitum, & pœnam in beneficium Regij Fisci, decem pro centum debiti, quem Ritum bene commentant *Carauita, Petra,* & illustrant.

671 Verum hæc actio liquidationis instrumẽti præscribitur spatio viginti annorum, per alium *Ritum 167.* à die natiuitatis actionis, cõtentæ in dicto Instrumento, quem *Ritum* benè commentãt, & illustrant iidem *Carauita, & Petra.* Ideo si quis se obligauit soluere infrà biennium, potest liquidari instrumentum infrà 22. annos, *Franch. dec. 341. Galter. in praxi p. 2. 1. p. rubr. vnic nu. 26. D. Petra in d. rit. 167. num. 2. D. Pasqualin. super Pragm. in rubr. de carcerat. n. 364.*

672 Sed elapso dicto tempore, vsq; ad annos triginta, potest agere via executiua, pro solutione quantitatis debitę, *R. Capyc. Latr. dec. 58.* vbi *Gizz.* & *Mansrella n. 45. in fine, R. Ponte dec. 18. num. 14. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 7. nu. 5. & lib. 1. tit. 3. disp. 4. nu. 15. Thor. in comp. dec. p. 3. verb. pactum resc. issoriun,* qui contrarium decisum refert contra hæredes debitoris *p. 3. verb. pact. m executiuum,* sed contrarium est verius, *Gizz. sup. num. 12. Merlin. contro. 66. num. 5. lib. 2. Staib. res. 84. nu. 16. D. Petra in d. Rit. 167. num. 7. & rit. 128. n. 21.*

673 Et elapso dicto tempore agit non via executiua, sed via ordinaria, cum termino, & sententia, si hoc medio tempore non sit soluta aliqua quantitas, nam triginta anni debent elabi à die vltimæ solutionis, *Scacc. de commerc. §. 7. gl. 7. nu. 3. Tusc. lit. V. conclus. 510. nu. 8. D. Petra in d. rit. 167. nu. 5. Pasqualin. sup. nu. 369.*

Sic executio sententiæ præscribitur spatio 30. annorum *l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. C. quo ad consultationem eod. tit. Afflict. dec. 245. nu. 12. & 13. & dec. 345. num. 10. Carleual. de iudic. tit. 3. disp. 4. num. 1.* quæ præscriptio intelligitur dummodo executio non cępta, nec agatur de materia habente tractum successiuum, *Rota dec. 144. p. 17. Sabell. §. executio nu. 22. Bisogni alleg. 54. n. 3. Staib. in. obs. 15. Mansrella, & Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 58. Scialoya de foro compet. c. 54. Sanfel. dec. 389 n. 30. seq. Grat. disc. 403.* vqi *Luca.*

Quæ via executiua habet locum etiam contra tertium possessorem ementem lite pendente, per *tex. in e. conuentus in nostro Regno,* nisi essent elapsi anni 20. à die sententiæ, nam tunc esset agendum via ordinaria, *Nos ad Rouit. cons. 66. nu. 14. vol. 1.*

674 Verum si intra spatium 30. annorum pro via executiua, & 20. pro liquidatione, citatio verbalis, vel realis, aut productio Instrumenti, & petitio illius, præsente, & sciente reo, in iudicio per creditorem facta fuerit, dato, quod tempore interrogationis completi essent 20. anni, dicti *Ritus* sancti o restringitur, *Galter. in praxi liquid. Instrum. p. 2. 1. part. nu. 33. 34. Danza de pugn. D D. tit. de instrum. c. 3. nu. 37.*

675 Nisi notificata citatio esset nulla, vel circumducta, dummodo per comparitionem debitoris, illa non reconualescat, *Fontanell. de pactis claus. 4. gl. 18. p. 5. à num. 19 tom. 1.* vbi de interruptione præscriptionis.

676 Sed si creditores expostulent census decursos intra decem, & nouem annos, vel minori spatio decursos expostulent, vt præscriptionem euitent, possunt, Nisi tamen, vel ex ipsamet confessione actoris, vel alio prompto documento actionem 20. annorum curriculo exerciram non fuisse, neq; infrà illud tempus exactum debitor ipse ostenderit, nam hoc patefacto, non valebit creditor, fraudulenta minus petitione debiti, debitori præiudicium offerre, in iam quæsito præscriptionis iure. *D. Petra sup. nu. 9.* Diximus *sup. n. 446.*

677 Valet tamen pactum, quod etiam post 20. annos possit Instrumẽtũ liquidari, vt dicit *Carauita in d. rit. 167 nu. 36.* Concurrente renunciatione cum iuramento dicto *Ritui, Galter. sup. nu. 29. Danza d. c. 3. nu. 19. Petra sup. nu. 9.*

In Sicilia liquidatur Instrumentum infrà decennium, *Cumia in rit. 7.* 678 In

678 In casu instrumenti censualis, an elapsis 20 annis, Instrumentum possit liquidari, & sic decisum refert *Frecc. de subfeud. lib.2. §.pluribus modis nu.36.* Sed alij dicunt, præcedente citatione ad dicendum causam quare non debeat instrumentum liquidari, *Carauit.in rit.167.num.32. Ascia determan.15.nu.6. Amendola ad Franch. dec.273.nu 21. Marotta disc.31. nu.66. D.Petra sup.in Rit.167.nu.3.*

679 Alij credunt pro Tertijs decursis etiam lapsis 20.annis posse liquidari, *Thor. in comp. dec. verb. Instrumentum, §.49.p.1. D.Petra ibidem.* pro tertijs tantum decursis, & maturatis in annis currentibus 20.non autem ante annos 20. *D.Petra ibid.*

680 Sic ius executiuum statuto tempore quoad decursas tantum præstationes, ante tempus ad præscriptionem necessarium, non autem quo ad redditus in futurum decurrendos, præscribi, *Rodriq.de ann.reddit.lib.1.q.9.num.69. Gizz.ad Capy.Latr.dec.58.num.18.* Licet contra dicat *P.*
681 *Affl cantr.49.num.30.* Vt tam pro præteritis, quam futuris, post *Gomez in l. Tauri 63.num.2. Parlador.lib.1.quotid.c.1. §.12.ex nu.5. & §.13. ex num.7. Carleual.d.disp.4.num.17. D.Petra sup num.3.*

682 Et diuersa est ratio à iure executiuo, & à principali actione, nam illud præscribitur, & hæc durat, vt via ordinaria exerceri possit, *Tus .conclus.547.nu.8.lit.* *Scacc. de commerc.§.7.gl.7.nu.3.* Et in illo præscribendo, bona fides non exigitur, vt in præscribenda actione, *Gratian.disc.52.num.12. Carleual.disp.4. nu.2. Carauit.in rit.167.nu.3. Maur.inn.alleg.105.nu.11.*

683 Ideo statutum, quod elapsis 20. annis, Creditores petentes eorum credita, audiri non debeant in iudicio ordinario, non valet, existente debitore in malafide, *Surd.dec.158.* & ibi *Hadi.rn.Membac.de success.creat. §.1. Ludo r. dec. 419.Scacc.de commerc.§.1.q.7.p.2.ampl 19.num. 135.Cancer.var.lib.1.c.15.nu.9. Guttier.in repet. l.nema potest nu 480.delegat.1. D.Petra sup.n.5. & num.seqq.* alia ponit.

684 Sic etiam in Regno Nostro habemus obligationes factas pœnes acta alicuius Magistri Actorum Curiæ, quæ possunt incusari contra debitorem absq; citatione, per ritum M. C. V. 128.aduersus quam non auditur debitor, nisi in vinculis, vel facto deposito, vbi *D.Petra nu. 1.& seqq.Tapp.in constit.*Duram,& diram.*num. 14.rubr.19.lib.4.* Iuris Regni.

685 Verum elapso decennio à die, quo solutionis tempus aduenit, tunc debet citari debitor, *Galter.de instr.liquid.3.p.princ. verb. Expediatur ritatio rubr.2.nu.8.Corabba sing.130. & de Syndicat.p.2.num.53.Muscatell.in praxi lib.2.p.1.gl. in far.nu.89. Vita in repertor. iur. verb.obligatio elapso decennia, Larat.consf.30.nu.30.Danza de pugn.DD.lib.1.tit.de Instrum.c.3. nu.50.* quamuis concurrat mala fides, quæ non iuuat in præscriptione iuris executiui, *Gratian. disc.52. num.22.Carauit.in rit 167. num.3. Scacc.de commerc.§.7.gl.7.num.3.Carleual.tit.3.disp.4.num.13. tom.2. D.Petra in d.rit.128.nu.19.Pasqualin.sup. pragm in rubr.de Carcerar.nu.366.*

686 Sed expeditis litteris executorialibus vigore incusatæ obligationis, ante decennij lapsum, illæ debitæ executioni demandantur, etiam vltra decennium, præuia partis citatione, *Polusrin. ad Affl.dec.30. Carleual.tit.2.de indic.lib.1. tit.3.disp.4.nu.13.* Et vsq;ad 30.annos, *Affl.dec. 245.nu.12.13.dec.345. nu.10. Staib.in. ref.15.nu. 6.lib.1.Fab.in C.lib.7. tit.13. defin.22.* Carthar. *dec.120.Gallup.in praxi p.3.c.30. nu.5. Gratian. disc.403.nu.11.disc.994.num.8. D.Petra in d.rit. 128 nu.20.seq.*

Per *legem Tauri 63.* quæ est in Hispania *6. tit.15.lib.4.recapil.* disponitur, quod ius exequendi per obligationem personalem, præscribitur decem annis. Sed difficultas est an currat contra Instrumenta publica habentia clausulam, quod debitum possit peti *semper*, & *quandocumque voluerit, & omni tempore.* Et quod perpetuetur actio etiam post decem annos, *Conar.lib.1. var.c.9.nu.4. Parlador.lib.1.quotid. c.1.§.13.n.6. Greg.Lop.in l.1.tit.29.p.3. Auiles in c.10.prætorum.verb.execut o.* Sed in contrarium est veritas, vt probat Gomez *in d.l.* nam, per hanc legem non tollitur alicui ius, seu dominium rei, sed solum modus iudicialis introductus à lege Ciuili, ad faciliorem litium exitum, & in odium negligentis, vt notat *Cauar. in reg.possessor 2.p. relect.§.11.nu.4.in fine, vers. Sextò,* latissime *Gusman.verit.iur.verit.33.nu.5.& seqq.& num.22.* decisum refert.

Si in instrumento publico apponatur clausula, quod non possit peti debitum, quin prius moneat creditor debitori suo, vt soluat (aliquibus diebus datis ad solutionem) currat nihilominus præscriptio decennalis contra viam executiuam, vel an per istam clausulam poterit post decem annos creditor suum admonere debitorem, vt soluat intra signatos dies, quibus transactis scriptura executioni mandari possit, pro debitore est *Gusm.verit.34.*

Talis præscriptio Taurina currit, clausula monitionis non obstante, *Gusman. d. verit.34. num.7.*

687 Habemus etiam in Regno Nostro Apochas Bancis directas, quæ habent viam executiuam, recognitæ, vsq; ad annos decem. quibus elapsis est præscripta via executiua, vt est *Pragm.63.§.item volema, tit.de offic.proc.Cæsaris, Nouar.qq.forens.lib.2 qu.64. & sup.d.pragm 63. nu.14.* de priuilegio dictarum apocarum bancalium *D.Petra in rit.128.n.25. Rouit. in d.prag. nu.35.Danza ad Grammat.dec.84.num.36. Constantius sup.prag.63. de offic. proc. Cæsar num.39.* De Iure Hispano idem tempus per *l.65 Tauri, & l.6.tit.15.lib.4.recopil.* Parladar.*lib.1. quot d.c.10.§.11.nu.1. & §.12. nu.3. Gregor.Lop.in l.5.tit.8.lib.6.partit.gl.9.Mier.de maiorat.p.1.qu. 58.nu.51.Valenz.consf.112.nu.1.Donad.de renunciat.lib.1.cap.42. nu.23.* Sed videndus *Guttier.*

lib.

lib. 1. pract. q. 124. Larrea dec. 49. Vbi decennium à quo die incipiat, à die confectæ apochæ, vel à die recognitionis.

688 Habemus etiam Litteras Cambij, quæ fiunt inter mercatores, & omnes alias personas, quæ vigore *pragm. 1. §. 6. 8. & pragm. 5. in. 3. 7. §. 4. tit. de litt. cambij*, habent viam executiuam si sint legitimè protestatæ vbiq; locorum, ad vsum totius mundi, pro habendo commercio, *Bal. conf. 349. nu. 4. conf. 384. nu. 3. lib. 1. Scacc. de commerc. §. 7. gl. 5. nu. 4. Rot. Rom.* apud *Marchesan. commiss. q. 1. § 2. fol. 873. Ludouis. dec. 217. Pereira dec. 26. R. Ronit. in prag. 1. de litter. camb. nu. 4. Roccus de litteris camb. nu. 10. 13. 14 Gait. de credit. c. 2. tit. 7. nu. 2567. Rota Ian. dec. 2. num. 9. & dec. 126. nu. 8. Gratian. disc. 500. num. 2. & 3. disc. 569. nu. 25. 27. Houded. cons. 29. vol. 2. Mastrill. dec. 9. nu. 7. Manson. de caus. execut. q. 5. nu. 16. Paratic. de Saluian. insp. 1. c. 7. num. 33. Gait. de credit. n. 7. nu. 2482. & seqq. Tiner. de camb. disp. 2 q. 16. nu. 19. 20. 21. & q. 7. nu. 27. Anna cons. 82. num. 3. Genua de script. priuat. in rubr. de litter. camb. lib. 3. qu. 2. nu. 9. Anecchin. de praenent. instr. c. 3. nu. 2. Idem Roc. us resp. 3. & seqq.*

Sic absq; citatione, vel alia recognitione, sed tantum per simplicem ostentionem litterarum, cum protestatione, relaxantur litteræ executoriales, præuio decreto, *Manson. sup. nu. 17. D. Petra in rit. 128. n. 26. 27.*

Litteræ Cambij ad vsum infrà Regnum soluuntur infra dies octo, extrà Regnum infrà dies quindecim, nisi aliud terminus in illis sit adiutus, *prag. 3. § 10. & prag. 5. § 3. de litter. camb. Ludouij. dec. 217. nu. 7. Nouar. in rubr. prag. de litter. camb. nu. 5. Gait. sup. nu. 2589.* Vel secundum vsum platearum, *Rot. Gen. dec. 32. Azor, Insti moral. p. 3. l. 10. de camb. c. 5. q. 4.*

Hic Neapoli obseruatur, quod si fuerint litteræ maturatæ in die feriato, sequenti die solui debeant, per *prag. 3. §. 9. de litter. camb.* Et vsq; ad primum diem Sabati, potest fieri protestatio, *pragm. 5. §. 3. in fine, de litter. camb.*

Litteræ Cambij fiunt etiam *à vista*, & tunc solui debent statim, ac litteræ ostenduntur, *Franch. dec. 303.* licet receptum sit vt sequenti die fiat, *Scacc. de camb. §. 2. gl. 5. nu. 5. 6. 7. Gait. de credit. c. 2. tit. 7. nu. 2586. & seqq.* Et isti dies côputantur à die acceptationis factæ, *Azor. in d. l. 10. de camb. c. 5. q. 4. Gait. sup. n. 2588.*

Opponi potest contra litteras cambij exceptio non numeratæ pecuniæ, secundum vnam opinionem, infrà 30. dies, cum non simus in contractu mutui, *Affl. dec. 105. n. 2. Rota Genuæ dec. 26. nu. 22. P. scal. de patr. potest. p. 1. c. 8. n. 66.*

Sed contra, quod possit opponi infrà biennium, quia cambium tenet ad mixtum mutuû, *Scacc. §. 2. glos. 8. num. 2. Gait. de credit. c. 2. tit. 7. num. 2564.*

Verum elapso biennio potest ipse debitor probare pecuniam non fuisse numeratam, *Afflict. dec. 10. Pascal. sup. nu. 88. Scacc. §. 2. gl. 8. nu. 2. Gait. c. 2. tit. 7. nu. 2554. Roccus de litteris camb. n. 73 seqq. Castor. q. 40. & seqq. Amat. dec. ferr. 45. num. 9. & seqq. Garl. nal de iudic. lib. 3. tit. 3. disp. 6.*

De his litteris cambij *Thor. in comp. dec. p. 1. 2. 3. sect. 2. verbo littera, Castejon. verb. litteræ. D. Fontana in bibl. legal. par. 5. eodem verb. fol. 55. & seqq. Ansal. d. de commerc. & mercatura, Sabell. §. litteræ cambij, D. Card. de Luca in eius operibus, Genua de script. priuata, Gai. de credito*, & alij.

689 Exceptio præscriptionis potest opponi à Tertio possessore conuento Iudicio assistentiæ in nostro Regno, quod est simile remedio agêdi vigore *l. fin. C. de acquir. poss. spatio 30. annorû, Afflict. & Vrsill. dec. 139. Saufel. in praxi fol. 50. nu. 8.* prout est remedium *d. l. fin. Muscatell. in praxi p. 1. gl. condemnando lib. 2. nu. 161. Barbat. de assist. gl. 7. nu. 62. Staiban. resol. 5. nu. 42. 43.*

690 Et *Barbat. sup. nu. 79.* Limitat in contractu censuali, in quo oritur noua actio pro censibus singulis annis, & propterea possit agi aduersus etiam tertios possessores semper nulla data temporis præscriptione, pro censu bullari, per *tex. l. cum notissimi, C. de præscript. 30. vel 40. ann. Guid. Papa dec. 406. Boer. dec. 336. Bo ecc. de censib. p. 3. nu. 65. Fuller. de censib. verb. tamquam res iudicata nu. 35.*

691 Sic non admittitur præscriptio in canone emphyteutico, *Thes. dec. 179. nu. 1.* ex eadem ratione, *Gu d. Pap. sup.* Diximus *sup. nu.*

692 Verum DD. dicunt præscribi annuas prestationes per actus inter viuos 30. annorum spatio, tam pro decursis, quam decurrendis, vnica solutione, post *gl. & Bart.* benè *Balb. de præscr. p. 4. p. pri. c. q. 4. n. 24. Magon. dec. Florent. 95. n. 2.* Sed hi DD. habent contradictores.

693 Immò *D. Ricc. in praxi tom. 2. tit. 7. c. 6. spec. 3. nu. 6.* dicit intelligendos hos DD. de annuo interesse conuento pro sorte, ad tempus, quia tunc debetur accessoriè ad sortem.

Quod per tempus 30. vel 40. annorum præscribantur non solum census decursi verum etiam decurrendi, cum ex vnica obligatione nata ex stipulatione, eorum præstatio descendat, *Scoppa ad Grattan. disc. 15. à nu. 21. Vela dissert. 34. num. 81. Bonden. collect. 48. num. 54. Castr. Palau de iustit. & iure p. 7. disp. 6 par. 33. num. 11. Cenc. de censib. q. 118. nu. 3. Merlin. contr. 44. nu. 10. seqq. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 40. num. 18. Mansiella ad Capyc. Latr. dec. 27. num. 1. Nos ad Rouit. cons. 91. num. 8. lib. 1. Massola t. risneg. legal. ratiocin. 56. nu. 6. & seqq. Mostazz. de causis pijs lib. 2. c. 11. nu. 57. 58. 60. Capon. contr. 33. num. 30. Berlich. concl. legal. concl. 4. nu. 17. p. 2. Antun. de donat. g. 3. t. 26. nu. 61. & seqq. tom. 2.*

Quamuis contrarium teneant: *Cenc. d. q. 118. num. 17. P. Affl. contr. 49. D. Card. Luca de censib. disc. 20. n. 6. & in concl. disc. 185. & de credit. disc. 3. nu. 8. disc. 131. nu. 14. Conciol. alleg. 5. num. 34.* Nisi præuia petitione creditoris, subsequuta fuisset denegatio debitoris, cum acquiescentia dicti Creditoris; quo in casu etiam isti DD. concordant in præscriptione pro totali actione, & futuris censibus, *Card. Luca de censib. d. disc. 20.*

20.nu.7. P.Affl.d contr.49. nu.24. D.Romaguer. ad Contiol.ad stat.Engub.lib.2. rub.30. nu.48. & seqq. Dicemus etiam *infrà n.789.& seqq.*

694 Sed difficultas est à quo tempore incipiat currere dicta præscriptio, siue dictus terminus 30.annorum, in iudicio assistentiæ, *Afflict. n d. dec.139.num.7.* concludit, quod creditori non currit præscriptio, nisi à tempore, quo fuit facta discussio, & à tempore quo principalis debitor fuit excussus, & repertus non soluendo, quia antea agere non potuit, & sic non currit tempus præscriptionis, *Alex.cons.58. in fin.vol.5.* Diximus *sup.*

695 Sed hanc opinionem impugnat *Negosant. de pignor. in 2. membr. 6. parte* quem sequitur *Vrsill.ad Afflict.d.dec.139.* & sic tempus incipit currere à die, quo tertius possessor cæpit possidere.

696 Verum *Barbat.sup.gl.7.nu.84.in finè*, remittit se decisioni *Franch.dec.341.* vbi à die motæ actionis, quia non valenti agere non currit præscriptio. Diximus *sup.*

697 Sic concluditur contra *Affl.* quod excussio contra principalem, si non fuit facta, imputatur creditori, qui potuit dictum impedimentũ remouere. & non fecit, & sic licet non sit facta discussio cum principali, currit præscriptio à die motæ actionis in beneficium Tertij possessoris bonæ fidei, non habentis causam à debitore malæ fidei; *Cæs.Bisogn.alleg.120. nu.9. ex Roland.cons.79 nu.18. Anna sing.237.*

698 Limitatur sup. posita conclusio, quod præscribitur assistentia per tertium possessorem per 30.annos, vt non iuuet dicta exceptio præscriptionis quando in contractu adest iuramentum, *Vrsill.ad Affl. d.dec.139.* quia ratione iuramenti perpetuatur obligatio, aduersus præscriptionem, *Hippol.sing.141.158.Grat.cons.41.nu.5.vol.1. Pisanell. ad Affl. d.dec.139.*

699 Sic debitor cum iuramento obligatus, cum sit possessor malæ fidei, nullo tempore præscribit, *Canonistæ in c.fin.de præscript. Capyc.dec.4. nu.9. Surd.dec.341.nu.1. Osasch.dec.101.num.27. Cæsar.Bisogn.alleg.91.nu.3.*

700 Et hæc mala fides nocet etiam hæredi, *Capyc.d.dec.4 n.13.*

318 Nec quando præscriptio est exclusa per statutum, *Staiban. ref. 187. nu. 24. seqq.* Sed contra dicit *Christin. dec. 294. Nouar. sup. Pragm. in de præscript. in rubr. n. 30.* Vide *Nos infrà n 600.*

319 Titulus non sufficiens ad præscribendum non est aptus ad inducendam immemorabilem, *Ionius sup. num. 73. 74.* Cald. *q. 23. nu. 110. Thoeb. dec. 163. à nu. 12. & dec. 213. n. 9. 10. 15. 16. p. 2.*

320 Immemorabilis induci non potest, vbi cōsuetudo locum non habet, & lege resistente, *Iouius sup. nu. 79.* contrà *sup. nu. 261. & nu. 332.* Sic in Ciuitate Neapolis in seruitutibus non datur, quia obstet consuetudo inscriptis, *D. Capon discept. 177. n. 8.*

321 Immemorabilis non cadit super eo, quod Princeps verisimiliter in priuilegium non concessisset, *Iouius sup. n. 82.*

322 Nec cadit vbi adest tumultus, & rumor cōtrarius, *Tonnut. ref. benefic. 104. nu. 13. lib. 1. Pech. de aquæduct. lib. 1. c. 2. q. 3. nu. 86. Card. Luca de Iurisd. disc. 3. nu. 89. & de Paroch. disc. 27. num. 7. Panimoll. dec. 10. n. not. 5. nu. 8. tom. 1. Bonden. collect. 47. nu. 23. & de pascuis cap. 45. nu. 90. Rota rec. dec. 304. nu. 11. p. 11.* coram *Coccin. dec. 1102. nu. 5. tom. 2.* coram *Roxas dec. 470. nu. 12.* coram *Alex. VIII. Ottobon. dec. 159 à nu. 6.* Cupye. *in sua Inuestitur. verb. collectis vers. collectarum, fol. 117. R. Moles dec. §. 3. qu. 8. nu. 55. 56. D. Ageta ad eundem tom. 2. §. 14. de iuribus passuum q. 2. n. 21. fol. 175.* Capibl. de Baron. *pragm. 13. à num. 16. D. Pasqualin. sup. prag. 18. de admin. Vniu rs. num. 59.* Dicemus *infrà*.

323 Sic præscriptio impia, & irrationalis, etiam immemorabilis non est attendenda, *Paris in c. cum à nobis nu. 6. de præscript. & cons. 27. n. 50. seqq. lib. 1. Ruin. cons. 116. nu. 13. lib. 4. Natta cons. 5. n. 72. lib. 1. Gabriel. commun. conclus tit. de præscript. concl. 1. nu. 36. Bonden. collect. legal 14. nu. 71. & coll. 47. nu. 43. vol. 2. Hoieda de benefic. incompatib. p. 1. c. 19. & p. 2. c. 11. n. 6.*

324 Et præscriptio ista non habet locum quando est clara, & certa obligatio, sic contra illam non potest præscribi, & tunc est sola vetustas erroris, *c. veritate 8. distinct. Hoieda de benefic. incompatib. p. 1. c. 19. nu. 8. Bonden. collect. 47. n. 148. vol. 1. Rota post Pirchel. de distant. dec. 45. nu. 1. in recent. dec. 404. n. 1. p. 16.* Et vetustas impietatis, & iniquitatis, *Rim. iun. cons. 238. nu. 23. Cyriac. contro. 321. n. 80. Rocca disp. 149. n. 56. lib. 2. Idem Bonden. collect. 48. nu. 60. vol 1.* Merlin. *dec. 811. nu 4. tom. 2. Bonden. de pascuis c. 45. n. 80.*

325 Verum immemorialis cessat, si probetur vnicus actus in contrarium, *Balduc. ad Ramon. cons. 24 ex n. 57. Rota post Bonden. collect. dec. 60.* & ibi in nota *Bonden. nu. 8. Rota dec. 116. n. 7. p. 19. rec.* Diximus *sup. n. 308. seqq.*

326 Si tamen deuenerit ad notitiam præscribentis, ac innitentis eidem immemoriali, *Balduc. sup. nu. 58. Rota in rec. dec. 136. n. 34. p. 19.*

327 Et in materia iuris pascendi, *idem Balduc. sup. n. 59. lib. 1. D. Marcian. disp. 24. n. 23. seqq.*

328 Ac pro necessitate immemorialis in ista materia præcisa iuris pascendi, cum tractetur de seruitute habente causam discontinuam, & requiratur factum hominis, animalia ad pascua ducentis, & reducentis, percurrantur, *Cancer. var. p. 3. c. 4. n. 50. Castill. de vsufr. c. 68. n. 18. Capibl. de Baron. pragm. 11. c. 76. num. 11. lib. 2. Hermosill. l. 15. gl. 2. nu. 100. tit. 5. p. 5. tom. 2. Houded.*

conf.86.lib.1.conf.84.n.28.29.lib.2. Card. Luca de seruit.disc.35.n.18.disc.36.n.50. disc.39.n.11. Guid. Papa dec.573.n.3. Dexart.dec.70. Panimol. dec.25.adnot.2. nu.3.tom.1. Rota rec.dec.300, & 374.n.9.

329 Inter priuatas personas sufficit longissima præscriptio, nec requiritur immemorabilis pro acquirenda seruitute iuris pascendi, *Rolan.cons. 22.lib.2. Natta cons.109. Cranet.de antiq.temp.p. 4.in princ.nu.25 Capibl.d.c.76.in fine.*

330 Et quando concurrit titulus sufficit decennium, vel vicennium, *Panimol.d.annot.2.num.5. Card. Luca de seruit.disc.39.n.10.* late *D.Bonden. ad Oter.de pascuis d.c.17.*

331 Præscriptio immemorabilis in actibus negatiuis, & meræ facultatis, an incipere debeat à contradictione, & prohibitione, *Dec.cons.271. n.14.15. Crau t.cons.111.col.penul. Gabriel. concl. 1.n.61.de præscript. Couar. in reg. possessor §.4.n.6. Auendan.de censib.c.8. n.24. Non* diximus *supra num.304.*

332 Immemorabilis sufficit ad præscribendum etiam in quibus ius resistit, *Staiban.obs.188.nu. 21.* Etiam ragalia, & ea, quæ non possunt, nisi ex priuilegio competere *num.22.* Et quæ sunt de iure gentium, vt est Dominium Maris, & Littoris *nu.23.28. Gratian.disc.561.n.24.*

333 Quamuis ius commune resistat, seu præsumptio sit contra præscribentem, *Castill.lib.7. contr.18.n.181.*

334 Nisi appareat titulus vitiosus, & inualidus, *Castill.sup.n.182. Antun.de donat.lib.2.c.8. n.62.* quamuis contra dicat, etiam in quadragenaria, *Sousa dec.15.n.7.*

Verum illa non habet locum, etiam mille annorum, quando fuit præsentatus titulus nullus, seu inualidus, quia ex eo causatur mala fides, *Pereja de instr.edit.tit.7.r.5.9.n.56. Altograd. controu.76.n.33. Mansius consult 648.n.16. Staiban.obs.188.n.57.& 58. Lagun.de fructibus c.15 §.4.n.130.131.* Diximus *sup.n.35.43.279.seqq.*

335 Ideò in nostra Regia Camera ex hoc fuerunt quamplures simplices præscriptiones nullæ declaratæ, *Staib.sup.n.60.*

336 Verum existentia vnius tituli inualidi non excludit melioris, & validioris tituli præsumptionem *D.Venturin.cons.9.n.104.lib.2. Andreol. contr.401.n.14.seqq. Burat.dec.846.n.2.p.2. Ferrentill.ad Burat.dec.946.n.1317. Cancer.var.p.3. c.3.n.287.seqq. Nos sup.n.279.seqq.*

Sed allegans immemorialem possessionem est immunis ab editione alterius tituli, *Pareja de instr.edit.tit.9.res.2.n.14.*

337 Sic per productionem tituli inualidi succedit mala fides præsumpta, quæ non admittit aliquam præscriptionem, etiam temporis immemorabilis, *Palma alleg.2.n.2.alleg.69.n.26. Castill.contr. lib.7.c.27.n.182. Antun. de donat. lib.2.c.8.n.62.* Ii. et contra dicat etiam in Quadragenaria *Sousa dec.15.n.7.* post *Molin.de primog.lib.2.c.6.n.53. Azeued.in l.1.tit.7.lib.3. nouæ recopil. Auendan.in l.41.Tauri gl.6.n.5. Guttier. lib.5.pract.q.62.à n.11. Solorz.de iure Indiar.lib. 3.c.3.n.71.* Vnde cautela est, vt allegetur titulus validus, & probetur possessio illa, *Gratian.discept.441.n.17.18. Roccus resp.73.n.9. Georg.in repetit.feud d.c.27.n.2.c.28.num.12. Staiban.obs. 188.n.61. Curtii de feudis c.declaratu n.129.130. Andreol contr.401.n.11.seqq.* Diximus *sup.num. 43.35.279.seqq.*

338 Et durante probatione temporis immemorabilis in præscriptione, non potest prætedens iurisdictionem, illam exercere, quamuis esset in possessione, *Gratian.disc.441.n.14. Castill.dec. 12. Fermosin.de foro compet. q.2.fol.676. tom.2. Costa sicul.cons.6.n.46. Magretti sup. Pragm. Ducis Sermonetæ Viceregis in Sicilia obs.4. n.2.§.20. R.Marin.ad Reuert.dec.315.n.1.*

339 Secus si alleget præscriptionem, & producat titulum saltem dubium, nam tunc est manutenendus in possessione, etiam regalium, *Reg. Marin.sup.& dec.111.nu.6.7.10.11. Aunz alleg. 84. Capye.dec.189. R.Ponte cons.47. & dec.18. num.12.*

340 Præscriptio immemorabilis habet locum etiam in exactione redditiuum, nam si subiugatarius, & eius hæredes per tempus immemorabile non exegerit census, præsumitur facta reluitio, & admittitur hæc exceptio aduersus contractum subiugatorium, etiam in prima instantia, decisum pluries refert *Cutell.ad leg Martini 57.not.61.nu.3.seqq.& dec.8.nu.1. & ibid.in addit. Magretti hic infra obs.2.*

341 Talis præscriptio immemorabilis allegari non potest per Tertium possessorem, etiam si per tale tempus non fuerit ab eo exactus census, si subiugatorius illum exegerit à cæteris compossessoribus, vel à debitoribus principalibus, *Costa Sicul. cons.9. per totum,* quid quid dicat *Giurba obs.74.nu.25.& seqq.* Ea ratione quia nulla potest imputari negligentia dicto subiugatorio, dum ipse exegit censum sibi debitum, *Cancer.p.1.var.c.15.à n.50. Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.9.n.8.65. & seqq. Cenc. de censib.q.98. num.46.& seqq. D.Magretti in d. §.20.obs.3.nu. 1.2.*

342 Præscriptio immemorabilis, quamuis, vt *sup. Nos* diximus, quod habeat vim tituli, & priuilegij, non est priuilegium, *Castill. lib.7.c. 20.nu.29.*

343 Siue non est verum, & proprium priuilegium, sed fictum, & præsumptum. Et præsumptio tollitur, veritate apparente in contrarium, *Castill.sup.& n.32.*

344 Præscriptione Immemoriali legitimè probata, alius titulus non est allegandus, vel probandus, vt diximus *sup. Doctiss. Castill. contr.lib. 7.c.23.nu.1.seqq.* licet alii dicant: titulum esse allegandum, *n.2.* Alij conciliant has opiniones, vt est videre *ibid.n.3.*

345 Sed distinctio est. Primus casus est quando ex lege, vel dispositione, immemorialis præscriptio admissa est expresse, & specifice, sicut titulus, *Castill.sup.n.45.*

2. Ca-

2. Casus est quando generaliter admittitur sicut titulus, aut priuilegium prout regulariter fit, Castill. sup. nu. 6. Et iura omnia, quæ de præscriptione immemoriali loquuntur, allegationem tituli non requirunt, Castill. n. 7.

Verum hæc omnia declarantur, & limitantur, nisi quando res sua natura præscribi non potest, Castill. sup. n. 8.

3. Casus est quando ex lege solus titulus, aut priuilegium admittitur, & immemorialis specifice excluditur, Castill. sup. n. 9. Et n. 10. & 11. Iura Ciuilia, & Canonica, quæ sint ad hanc præscriptionem.

346 Alias immemorialis habet vim tituli, Andreol. contr. 401. Castill. contro. lib. 7. cap. 21. seqq. Diximus sup. nn. 269. & seqq. Idem Castill. contr. lib. 7. c. 30. n. 1. seqq.

347 Et præscriptio extraordinaria facilius tollitur, quam ordinaria, D. Gobius in Tract. var. in leg. Benè à Zenone q. 2. n. 48.

348 Verum immemorialis præscriptio non suffragatur, quando concessio, vel confirmatio exceptionis non tenet, D. Venturin. cons. 9. n. 101. lib. 2. Molin. de primog. lib. 2. c. 6. n. 66. seqq.

Quod intellige quando titulus est omnino reprobatus, D. Venturin. d. cons. 9. n. 100.

Vel quando quis producit titulum non cõtinentem rem, quæ fuit præscripta, D. Mansius consult. 648. n. 16. lib. vl. Card. Luca de Regal. disc. 47. n. 17. Cyriac. contr. 111. n. 3. 4. Rimin. iun. cons. 258. n. 42. Vel titulus non contineret totam rem præscriptam, Gratian. disc. 441. n. 17. Fontanell. dec. 85. n. 16. seqq. Andreol. contr. 401. n. 9. Altograd. contr. 76. n. 33.

349 Præscriptio dicitur immemorialis, quamuis de certo titulo constet, D. Venturin. d. cons. 9. num. 102. post mille Andreol. contr. 401. n. 3. seqq. licet contra dicat Antun. de donat. tom. 2. cap. 8. n. 62. Gales in comment. ad Bullam Vrbani VIII. n. 269. post Tract. de restit. in integr.

350 Et mala fides præsumpta per longissimi temporis spatium purgatur, licet adsit titulus à iure damnatus, D. Venturin. d. cons. 9. n. 105. lib. 2. Molin. de primog. lib. 2. c. 6. n. 68. Barbos. in rubr. de præscript. n. 330. seqq.

351 Possessori per tempus immemorabile non soluendi onera, sufficit allegare ipsam possessionem pro titulo acquisitionis libertatis, Baruf. ref. 36. n. 15.

352 Nam præscriptio immemorabilis præbet quemcumq; titulum magis proficuum, Baruf. d. q. 36. n. 16. & Peregr. cons. 8. n. 1. Decian. resp. 107. n. 7. Actolin. ref. 47. n. 58. Rota dec. 150. n. 4. seqq. p. 5. dec. 22. n. 4. dec. 47. n. 29. dec. 249. n. 2. p. 8. rec. Bonden. collect. 48. n. 30. Diximus sup. n. 269. Pacion. alleg. 38. n. 5.

353 Titulus legitimus deducitur ex longeua possessione, Beruf. ref. 4. n. 3. Castill. contr. lib. 1. c. 68. n. 15. Amat. cons. 96. n. 12. Et in immemoriali non requiritur probatio tituli, aut bonæ fidei, Cyriac. contr. 300. n. 9. 10. Antonell. de temp. lib. 2. c. 67. n. 11. c. 106. n. 8. D. Mansi consult. 391. n. 30. seqq. D. Rosa consult. 9. nu. 18. cons. 12. n. 47. Scoppa ad Merlin. contr. 13. n. 45. lib. 1. Altograd. cons. 3. n. 4. seqq. & n. 136. seqq. lib. 2. Barbos. in rubr. C. de præscript. 30. n. 183. 323. & ibi Bonden.

354 Etiam in ijs, quæ sunt Principi reseruata, Lel. Altograd. cons. 3. n. 5. & seqq. lib. 2. Baruf. d. ref. 4. n. 5.

355 Et quando quis immemoriali possessione est tutus, si in iudicio conueniatur, præscriptionem allegare non debet, sed opponere rem sibi fuisse concessam, & ad concessionem probandam tanti temporis vsum afferre, Anna alleg. Camill. de Curtis in diuersor. feudal. fol. 75. nu. 130. p. 1. Vbi dicit, quod cauti Aduocati debent allegare titulum, & probare possessionem, R. Marinis ad R. Reuert. dec. 408. n. 6. 7. Et Diximus sup. n. 40.

356 Et concessio regalium præsumitur ex eorũ vsu per longum tempus, Roman. cons. 271. n. 4. Claud. Sessell. in tit. qui feud. dare poss. p. 1. lim. 3. post Rosental. de feud. Spada cons. 5. num. 40. lib. 1. Barus sup. n. 6. Pareja de instr. edit. lib. 5. c. 9. Vide infrà n. 441. & seqq.

357 Maximè sciente, & patiente parte aduersa, nam redditur validior, post Altograd. cons. 3. Baruf. sup. n. 11.

358 Sic decretum Principis suspendens, vel prohibens priuilegia, & immunitates, non comprehendit exemptiones inductas præscriptione centenaria, & immemorabili, D. Mansius cõsult. 649. n. 39.

359 Immemorialis est potentior centenaria, Castill. contr. lib. 1. c. 68. n. 14.

360 Immemorialis, vt inducatur, & perficiatur in actibus, & iuribus incorporalibus negatiuis non soluendi Tertias, Tributa, non requiritur interpellatio, & negatio, Castill. contr. lib. 7. c. 29. D. Cepparell. ref. fiscal. 73. n. 15. D. Cirinus in nexu rerum Ecclesiastic. c. 2. n. 169.

Si ab initio titulus non fuit vitiosus, aut nullus, D. Cirin. sup. n. 171. Kloc. de collect. cap. 20. n. 280. & seqq. D. Rosa consult. 23. n. 58. D. Scappa ad Gratian. dec. 15. n. 9. 10. Pereja de instr. edit. tit. 7. ref. 9. n. 56. & seqq. Altograd. consult. 76. n. 33.

361 Et talis possessio præscribit ius prohibendi, nè alius faciat molendinum, vel furnum, & simile, Capyc. Latr. consult. 110. num. 24. Dicemus infrà n.

362 Immemorialis non debilitatur si existat instrumentum vltrà centum annos, dum non constat de initio, sed eam probat, Cabed. dec. 17. n. 3. p. 2. Pareja de instr. adit. tit. 2. ref. 2. n. 60. seqq. D. Tranchedin. consult. 13. n. 23.

363 Præscriptio immemorialis est illa quando non constet de initio, cum essentia immemorialis in hoc consistat, quod non adsit memoria principii, l. 2. §. idem habeo, ff. de aqua pluu. arcend. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiua, Valenz. cons. 93. n. 38. cons. 46. num. 15. Garz. de expens. cap. 9. n. 25. Serafin. dec. 454. n. 4. Ludouis. dec. 476. n. 6. Gratian. disc. 518. num. 39. Tranchedin. consult. 43. n. 42. consult. 91. num. 19.

Io-

Ionini de solemnit.contract.gl.16. §.15.n.37.seqq. P.Barbos.in rubr. C.de præscript.30. vel 40.ann. n.377. Carrill.dec.270. n.10. R.Ponte cons.130. n.10.Mastrill.dec.514.n.47.seqq. R.Marin.ad Reuert.dec. n.4.fol.940.

Sic immemorialis est illa, de qua non adsit titulus,& initium, *Mascard.concl.1378.n.72. Pareira dec.52.n.9.* Cald.*lib.1. recept.q.23. n.110. Mantica de tacit.lib.22. tit.8.n.37. Giurba obs. 71.n.2.Cyriac.contr.3.n.8.*

Quamuis de initio constet ex antiquis scripturis,vel Chronicis, *Antun.de donat.tom.2.p.3. c.8.n.62.seqq.Venturin.cons.9.n.102. lib.1.* Secus si titulus sit erroneus,*Altograd.contr.76.n.33.*

Sed contra dicit *Aguila ad Roxas de incompatibil.p.7.c.2.in addit.fol.445.n.111.* dicens ad hoc,vt immemorialis præscriptio dicatur,neq; elapsis centum, & centum annis debet de initio constare,ex *Ripol de regal. c.43.n.55.& 57.* Et sufficit quo quomodo veluti per instrumentum publicum,vt initium ostendatur,vt immemorialis cesset, ex *tex.l.si arbiter, ff.de probat. Pegas lib.2.ordin.Portugal.tit.27.§.3.n.3.tom.9.*

Et vbi constat de titulo, & causa possessionis, non est agendum de immemoriali possessione,sed de viribus tituli, quia si sit nullus,vel vitiosus præscriptio corruet, *Cancer.var.par.3. c.3.n.118.Ripol.sup.n.59.Molina de primog.lib.2. c.6.n.67.seqq.Crespi obs.63 num.25. Antun.sup. tom.2.c.45.n.20.Giurb.de successss.feud. §.2.gl.11. n.77.Pareja de instr edit.tit.2.res.2.n.71.& tit.7. res.9.à n.56.* Matth.de regim. *Regni Valent.c.6.§. 1.n.42.43.& c.11.§.5.à n.169. P.Barbos.de præscript.in rubr.n.168.& seqq. & n.439. cum seqq. Maldonat.ad Molin.de primog.lib.2.c.6.n.60.seq. Idem Barbos. in l.cum notissimi 7.§.illud, C.de præscript.30. n.97.* Vbi in maioratus successione resolutt, quod quando constat de titulo, & fundatione non potest allegari contra eum præscriptio,etiam mille annorum, quæ mutet, aut reuocet vocationes factas in institutione, *Mostazo de causis pijs lib.2. c.11.n.8.* Vbi docet idem de Anniuersariis, *Pegas, tom.9.ad lib.2. ord.Portugal.in rubr.tit.35.n.432. & tit.27.§.3. n.3. Aguila sup.n.112.*

364 Et est illa,quæ excedit centum annos, *Trinis.dec.55.n.75.lib.2. D.Tranchedin. consult.13. n.21. Ludonis.dec.51. n.6. Parexa de instr.edit. tom.2.tit.3.res.9.n.59.60.* Sed quod sufficiat 90. anni,*Venturin.cons.9.n.100.lib.2.*secus si titulus sit inualidus *n.101.*

Quod immemorialis regulariter reducatur ad centum annos, *Franch.dec.183.n.13.Honded. cons.79.n.35.Cyriac.contr.688.n.26. Eugen.cons. 40.n.27.* Vbi quod de veriori sufficiunt anni quadraginta ad inducendum tempus immemoriale,*Gobius tract.var. tit.de Aquis q.10.nu. 19.vel 60.Mansius consult.752. n.16.tom.8. D. Balduc.dec.Parm.tit.de dote dec.7.n.3.*

Sed dicitur illa, quæ centum annos excedit, *Castill.contr.lib.5.c.93.§.8.n.52.*dicitur centum, & octo annorum possessio, *num.54.* Vel plurium annorum,*num.55.& seqq.*

Immemorialis,& centenaria differunt.Diximus *sup.n.185.174.R.Marin.ad Reuert.dec.333. num.9.*

365 Immo quod sint elapsi 110.anni, vel 120. *Ludonis.dec.51.293.* vbi etiam *Addit. Sesse dec. 362.Castill.tom.5.c.93. §.8.n.40.48. Peres Lara de vita homin.c.31.ex n.76.*Calà *de modo articul. gl.vnic.§.2.n.520.seqq.* Reuert.*dec.328.333.* vbi *Marinis, Fontanell. dec.586. Add. ad Molin.de primog.lib.2.c.6.nu.43.seqq. D.Rocca disp.7.59. 70.D.Rosa consult.12.num.24.Scoppa ad Merlin. lib.1.c.13.num.44. Card.Luca de benefic.disc.32. 49.nu.14.Cardos.in praxi Iudic. & Aduoc. verb. præscriptio nu.79.Reynos obs.65. Auend.in l.41. Tauri gl.1.n.15.gl.15. Gregor.Lop.in l.55.tit.3. p.3.*licet alij dicit 80. ann. *Cutell.in Codic. & dec.8.in addit.*

366 Et in Inuestitura, quæ initium possessioni dedit à centum decem annis citrà,*Detian.resp. 24.à n.110.Garzia de nobil.gl.12.n.69. Ias.cons. 208.n.8.lib.2.cons.140.nu.8.vol.4. Cald.in lib.1. recept.q.23.n.110.*Ludonis.*dec.51. & 293.* & ibi *Addit.Mier.de maior.4.p. q.10. n.335.371. Azeued.l.1.tit.7.lib.1.recopil. Sesse dec.363.n.3. Castill.tom.5.c.93.§.8.n.48. Lara de vita hom.c.35. ex n.86.Add.ad Molin.de primog.lib.2.c.6. ad n. 60.seqq.*

Quomodo sit articulanda, & probanda,*Gobius Tract.var.tit.de Aquis q.10.n.35.*

367 Probatur per scripturas,& per testes, Per scripturas vltra centum annos,& in illis immemorialis enuncietur, *Add.ad* Ludonis.*dec.55.nu. 10.Marescot.lib.2.c.100.n.17.Costa cons.78. n.5.* Wessembec.*cons.124.n.10. Ferrer. ad Guid.Pap. dec.357.Castill.contr.tom.7. c.22. & seqq. Alter Castill. dec.13.* & ibi *Addit. Pareja de instr. edit. tit.7.res.10.n.84.*

368 Dummodo sint scripturæ diuersarum personarum, *Mantica de tacitis lib.2.tit.6.n.21.& seqq.Caputaquens.dec.337.347. p.3. Vrsell.concl. 120.nu.18. Antonell.de temp.legal. lib.2.c.6.n.9. 10.& cap.111.112.Lagun.de fructib.p.1.c.15.§.4 n.130.Castill.de Tertijs.cap.27.29. Addit.ad Molin.de primog.lib.2. c.6.n.27. Addit.ad Ludon.sup. dec.51.nu.10.Tranchedin.consult.13.n.21. Staib. res.188.n.25.26.*

369 Scripturæ debent esse publicæ, quibus adhibita fuit fides ab omnibus, *Mascard.de probat. concl.429.n.7.Pareja sup.*

370 Et quod fuerint in iudicijs approbatæ, & iuxta eas decisum, *Ronit.cons.66.num.21.lib.2. Staib.res.98.n.134.136.*Et ad minus,vt de dicta immemoriali constet, opus est vt probetur per tres sententias conformes, *Gratian.disc.441.nu. 24.*Immo quatuor sententias, *Staib.sup.n.145. & seqq.& res.188.n.21.seqq.*

371 Scripturæ debent continere assertionem, quod Titius possedit rem per tempus immemoriale,si hoc duabus, & diuersis assertionibus constet,*Mantica sup.d.c.6.in fine. Add. ad Ludonis.d.dec.51.Marescot. d.c.10.nu.17. Nouar.de*

gra-

grauam. Paſſall. grau. 3. nu. 3. Antonell. ſup. lib. 2. c. 112. n. 5. 6. & cap. 106. num. 9. 10. Catell. de donat. tom. 2. ſpec. 39. n. 20.

Alias ſcripturæ continentes actus poſſeſſoris non tantum proficiunt, ſed nocent præſcriptioni, licet tempore antiquiſſimo centum, & biscentum annorum factæ eſſent, *Honded. conſ. 86. lib. 1. Bardelloo. conſ. 47. Gratian. diſc. 441. nu. 18. Ludouiſ. dec. 253. Catell. ſup. n. 21.*

Et qui dicunt, per ſcripturas probari præſcriptionem in centenaria, eſſe intelligendos, non verò in immemoriali, prout Couar. *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 3. n. 9. Georg. in repetit. feudal. c. 28. n. 6. 10. & cap. 29.*

372 Quo ad probationem per teſtes, illi deponere debent de viſu per 40. annos ante motam litem, & de auditu à ſuis maioribus, ſaltem duobus, qui maiores ab aliis audiuerint, & quod nec ipſi, nec maiores ſui vnquam viderint, vel audiuerint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum: *Fuit, & eſt. Ludouiſ. de. 196. Seraſin. dec. 1102. n. 4. & dec. 1450. nu. 2. Mantic. dec. 289. n. 3. Mareſcot. lib. 2. c. 100. nu. 9. ſeqq. Rota dec. 247. nu. 2. p. 4. tom. 1. rec. Peni. dec. 434. Antoneld. de temp. lib. 2. c. 112. n. 1. Lagun. de fruct. lib. p. 1. c. 1. §. 4. n. 108. & ſeqq. Card. Luca in prax. indic. verb. præſcript. n. 79. Aſtolin. eſ. 4. Ionius gl. 16. §. 33. nu. 25. 50. 51. Tranchedin. conſult. 75. nu. 14. & conſult. 91. n. 19. Staiban. reſ. 188. nu. 22. & ſeq.* & *in obſeru. n. 24. 29. 30. Oter. & Bonden. de paſcuſ. c. 17. num. 23. Koſis lib. 2. obſer. 89. n. 71. ſeqq. Franch. dec. 56. d. n. 22. R. Marin. ad R. Reuert. a. c. 328. n. 5. Capibl. de Baron. prag. 1. n. 223. D. Rocca diſp. 167. n. 21. ſeqq. lib. 2. Caſt ill. contr. lib. 7. c. 27. Linglois in C. fol. 379. n. 61. Nos ad Ronit. conſ. 77 lib. 3. Souſa dec. 15. n. 16.*

Sufficit, quod aliqui teſtes deponant de viſu, & alii de auditu, nam omnes coniunguntur, *Franch. dec. 56. nu. 20. ſeqq. Maſull. ad Capy. dec. 193. Viſ ont. ad Franch. dec. 56. Annaj. ng. 516. Nos ad Ronit. d. conſ. 77. n. 9.*

373 Et *Catell. de donat. lib. 2. d ſe. 1. ſpec. 39. n. 23. & 24.* dicit eſſe neceſſarium, quod teſtes non eſſent minores quam tres, bonæ famæ, quando que; id per eum, qui ſe fundat in dictis probaretur. Tertio, quod ſponte redderent ſcientiã dicti, non quoquo modo, ſed eo, quo cognoſcatur ſcire id, de quo teſtimonium ferunt, & quod demum deponent ſe vidiſſe per ſpatium 40. annorum ante litem motam, ad quod requiritur, vt teſtis adminus ſit annorum 54. & quod, & 40. annis ſupra dicat ex auditu maiorum, qui à maioribus habuerint, & quod dicant ipſos non vidiſſe, nec audiuiſſe contraria in contrarium, ex *Ricc. in praxi iuris patron. reſ. 94. Ludouiſ. dec. 196 Nouar. d. grau. 3. n. 25.*

374 In probanda aliqua ſeruitute contra libertatem publicam, requiruntur plures teſtes quã duo, *Auend. in in 2. p. c. 4. pretor. n. 11. R. Valenz. conſ. 93. n. 37.* Et probatur hæc ſeruitus per teſtes de viſu, *Bald. conſ. 11. n. 2. vol. 2.*

375 Negatiua non ſolutionis fidæ probatur per partis confeſſionem, *Bal. in l. 2. C. de non num. pec. Herculan. de probat. negatiu. tom. 4. tract. fol. 14. nu. 196. 197. Maſcard. co cluſ. 1092. n. 11. Duran. dec. 38. Pacian. de probat. lib. 1. c. 37. nu. 7. & 15.* Idem in negatiua ſolutionis, *Idem Pacian. cap. 45. num. 18. Nos ad Ronit. d. conſ 77. nu. 12. lib. 3.*

376 Quando teſtes ſunt benè informati, & deponunt de negatiua, tamquam de re illis nota, tunc non eſt neceſſarium, vt remoueant actum à ſenſu, nec oportet neceſſario dicere, quod ſi ſoluiſſent, vidiſſent, *Farinac. q. 95. num. 229. ſeqq.* Maxime quando cauſam ſcientiæ reddunt, nam tunc magis creditur negantibus, quã affirmantibus, *Farinac. ſup. num. 231. Rub. dec. 243. nu. 6. 7. Addit. ad Ludou. ſ. dec 325. l. t. A. Sperell. dec. 178. n. 25. Nos ſup. n. 13.*

377 Maxime exiſtente famæ publicæ probatione, ante motam litem, immo per tempus immemoriale, nam tunc ſuppletur negatiua, *Belt am. ad Ludou. ſ. dec. 325. lit. E. Pacian. de probat. lib. 1. c. 49. num. 51. ſeqq. D. Marcian. diſp. 24. Nos ad Ronit. ſup. n. 4.*

378 Et in Hiſpania eſt *lex 41. Tauri*, de qua *Molina de primog. lib. 2. c. 6. n. 27. Garzia de expenſ. c. 9. n. 27.*

379 Sed illud requiſitum, quod maiores non viderint, nec audiuerint contrarium, non eſſe neceſſarium dicit *Add. ad Ludonis. d. dec. 196. nu. 2. Rot. dec. 512. p. 5. tom. 2. rec. Vrſell. concl. 148. vers. Articuli, num 267. lib. 2. Tranchedin. conſult. 91. n. 22. D. Rocca ſup.*

380 Et quod debeant deponere: quod ſemper viderint, & audiuerint dici à ſenioribus, & quod ſit publica vox, & fama, & quod ſaltim ſint 50. annorum, *Caſtill. de Tertiis, c. 27. num. 8. ſeqq. Valenz. conſ. 93. d n. 34. R. Marin. ad Reu. rt. dec. 328. num. 4. 5. Luca ad Franch. dec. 301. n. 13. Nos ad Ronit. conſ. 77. lib. 3. n. 1. & ſeqq.*

381 Et pro omnibus dicit *Ac. c. Ripoll. de regal. cap. 43. nu. 103.* quod Articulus concipi debet: Ponit, quod N. a tempore 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. 100. annorum, & plus, & à tanto tẽpore, cuius initij memoria apud homines non eſt, eſt in poſſeſſione faciendi N. & ſic niſi ſint teſtes, qui deponant, & ſic audiuiſſe à ſuis prædeceſſoribus, dicentibus ſimiliter ſic eos vidiſſe, & audiuiſſe à maioribus ſuis, qui aſſerebant nunquam ſe audiuiſſe contrarium, & quod ſẽper publice, & palam hoc audierant; & quod ſemper fuerat, & hodiè eſt publica vox, & fama, abſq; quod audiuerint contrarium, & ſic eſſe verum, *R. Tap. in conſtit. Quadragenalem nu. 25.* Vbi teſtatur ad eſſe Inſtructiones in Regia Camera, *Nos ad Ronit. conſ. 77. n 8. lib. 3.*

382 Et ſi teſtis addat ſibi maiores, quam habet annos, corruit eius dictum, ſiue ex ignorantia faciat, ſiue ex temeritate, vel malitia, quæ magis præſumitur. dum hoc eſt eſſentiale requiſitum, *Ricc. d. tract. reſ. 72.* vbi aſſeritur deciſio Rotæ. *Ludouiſ. dec. 298. Catell. ſup. ſpec. 39. nu. 23. in fine.*

383 Nec

383 Nec in hoc casu plures testes imperfectè loquentes possunt iungi ad faciendam vnam, illamq;perfectam probationem, quæ ex pluribus imperfectis sua specie, non potest vnum perfectum resultare, *Cutell.dec.8.Marescott.d. res.100.n.10.lib.2.Mantica dec.298.Rice.ref.94.* vbi decisum refert *Nonar.d.granam.3. n.29. Castill d.c.12.in addit.*qui omnes reprobat *Molina d.c.6.*tenentem contrarium;licet *Molina* videatur id asserere ex aliis circumstantiis non substantialibus,nam expresse affirmat non suppleri tempus 40. annorum de visu ibi: *Dummodo &c.Cutell.d.spec.39.n.24.*

384 Aliqui dicunt immemorialem probari per solam famam,*Bald.in auth.quas actiones, C.de Sacr.Sanct.Eccles.*& in *l.proprietatis*, vbi etiam *Angel.& Salyc.C.de probat. Capyc.dec.193.in fine.*

Fama probanda est super articulo principali, non autem super vltimo articulo generali,quãdo dicitur: De omnibus prædictis esse publicam vocem,& famam,*Gabriel.com.conclus.lib.5, tit.de præscript.conclus.1.n.8.Antonell.sup.*

385 Testes in probanda hac immemoriali animus debent esse annorum 50. qui de 40.annis attestari possint,*Cassan.in Consuet.Burg.rubr. 13.§.2.ad finem,Crauet.de antiq.temp. p.4.§ absolutis num.20. Molina de primog. lib.2.c.6.nu.40. Viu.opin.898.nu.19. Verall.dec.71. nu.2.p.2.Castill.de Tertijs c.27.num.5. R.Valenz.conf.93.nu. 33.lib.1.Tranch.dm.conf.lt.75.num.14. Nos ad Rouit.conf.77.n.5.lib.3.*

386 Sed quod in testibus deponentibus de immemoriali requiritur ætas saltem 54. annorũ, subducto tempore litis, *Caputaqu.dec.290 p.3. Ludouis.dec.434.num.12.Rosis lib.2.obs.89.n.70. Staib.n.sup. Medic.cons.152.num.62. Rocca sup. Cast.ll.sup.R.Marin. ad R.Reuert.dec.328. nu.4. D.Constantius super pragm. tit.de praescript.nu.8. Penia dec.508.n.7.seqq. Serafin.dec.1102.num.5. Rota dec.220.lib.2.diuers.p.3. Castill. de Tertys c.27.Vbald.dec.29.n.13. Reynos obs.65. Lopes in l.15.verb.pueden.tit.31. par.3. Auendan.in l.41. Tauri gl.1.num.15.& gl.11. Ionius gl.16. §.15. n.45.Barbos.sup.r Concil.Trid.sess.25.c.9. de reformat.Monald.d c.29.n.13.*

387 Debent deponere suam ætatem,*Barbos.sup. num.48.49.Ionius sup.Oter.& Bondrn.de pascuis c.17.n.24.*

388 Nam cum testes debeant suo tempore probare continuam possessionem 40. annorũ, necesse est,vt tempore,quo videre ceperunt essent doli capaces, & sic in ætate 14.annorum, *Ionius sup.n.25.Penia dec.508.n.5.6.Vrsill.concl. 148.n.365.Rota dec.512. p.5. tom.2.rec.* Et in aliis 40. concludunt obseruantiam de visu *Antonell.sup.n.2.*

389 Vndè si lis tanto tempore pendeat,vt subducto tempore litis non possint reperiri testes ætatis 54.annorum,tunc immemorialis est improbabilis,*Serafin.dec.1450.n.2.Add.ad Ludouis. dec.205.n.6.dec.298.n.12.Antonell.sup.n.3.*

390 Testes de auditu debet esse annorum 40. *Ionius sup. n.46.47.* Testes de visu deponentes per 40.annos, debent etiam deponere de tempore continuo 40.annorum, *Farinac.dec.788. tom.4.diuers.n.2.*

391 Et debent esse validè,& legitimè examinati,*Ionius sup.n.56.* Testes debent esse omni exceptione maiores, *Trentacinq. var.lib.2.de probat.res.12.n.9.Nogurrol.alleg.25.num.41.Nos d. cons.77.n.7.*

392 Debent etiam non interrogati, reddere causam scientiæ suæ depositionis, *Farinac.in praxi q.65.nu.230. Trentacinq. var.res.12.lib.2. n.11.Noguerol.alleg.25.n.35.seqq.Nos ad Rouit. cons.77.n.11.lib.3.*

393 Testes bonæfamæ,*Molin.de primogen.lib.2. c.6.num.29. Mier.de maiorat.3.p. c.7.n.4. Auendan.in l.41.gl.17.n.2. Mattienz.gl.12.tit.7. lib.5. recopil.n.2. Serafin.dec.430. n.10.p.1. Farinac.in praxi q.42.n.258. Mascard.concl.749. n.2.Surd. cons.472.n.70.* Videndi *Castill.d.c.27. n.6. Addentes ad Molin.sup.num.30.* Quæ bona fama est probanda, *Lagun.de fruct b.c.15.§.4.u.118.seqq. Fr.m.b.dec. 56.num.20.Nouar.de grauom.Vassall. tract.1.grau.3.n.31. Capibl.de Baron.sup. prag.1. n.224.Castill.de Tertijs c.27.à n.5.6.seqq. Crespi obs.14.n.72.Sousa dec.15.n.17.*

394 In conflictu testium,actoris, & rei, attendenda est regula qualitatis testium, verisimilitudo depositionis illorum, maioris numeri,& in æqualitate probationum attendi debet præsumptio pro libertate,*Laganar.in pr.g.1.de offic. baiuli à nu.15.D.Alex.ad Capyc.Latr.consult.83 n.52. Ludouic. dec.perus.106. Peregr.de iure fisci tit.de præscrip.n.23. Nos ad Rouit.cons.77.nu.2. lib.3.*

395 Necesse est,vt specialiter testes sua dicta exprimant, & non sufficit ad Articulum se referre,profitentes generaliter in eo contenta esse vera,*Lagun.de fruct.lib.c.15.§.4. n.125. Add. ad Ludouic.dec.578.n.13. Verall. dec.91.n.3.p.2. dec.291.p.3. Antonell.de temp.legal. lib.2.c.112. num.4.*

396 Si verò testes sint ab Vniuersitate producti super iure vectigalis percipiendi sibi afferẽre, distinctio clara est, vtrum ex testimonio,vt singulis,an vero, vt vniuersis,vtilitas accedat, primo casu repelluntur, posteriori admittuntur,*Affl.dec.400.Guid.Papa dec.193. Capyc.dec. 52.n.4.Franch.dec.301.n.3. Ganauer.dec.37.nu. 29.30.R.Reuert.dec.177.n.2.* vbi *R.Marin. n.2. Panciroll.cons.23.n.8. Modestin.Pistor. cons.6.nu. 29.lib.2.*

397 Non solum in subsidium, sed etiam directo,*Couar.pract.q.18,n.4. Rim.sen.cons.313.in fine,Bonet.in addit.ad Guid.Papa dec.573.*

398 Sed excluditur immemorialis ex actibus contrariis, *Penia dec.434.Put.dec.416.lib.2* Nisi actus, qui dantur in contrarium excederent centum annos, quia tunc non eliderent immemorialem,nam stat simul non extare memoriã in contrarium, cum actu antiquo vltra centum annos,

annos, cum nec vita hominis, nec memoria vltrà centum annos præsumatur se extendere, *Rota dec. 491. nu. 9. p. 3. rec. Add. ad Ludoui. dec. 51. n. 6. 7. dec. 298. n. 13.* Subdens, quod si actus in contrarium sint infrà centum annos, tunc ex huiusmodi actibus immemorialis excluditur, *Molina de primog. lib. 2. c. 6. num. 60. seqq.* Nisi forte essent gesti post completam probationē immemorialis, *Rota d. dec. 491. nu. 9. Vrsell. concl. 120. nu. 19. Antonell. d. c. 112. n. 5. seqq.*

399 Sic redditur improbabilis immemorialis, populi rumore in contrarium stante *Nouar. de grauamin. Vassall. tom. 1. grauam. 3. n. 32. vers. Imò Amaya in l. vnic. C. de auro Coronar. lib. 10. n. 40. Lagun. d. §. 4. n. 147. p. 1. c. 15.* post *Pacian. de probat. lib. 1. c. 29. n. 8. Sesse de inhibit. c. 4. num. 3. §. fin. Balmased. de collect. q. 4. n. fin.*

Maxime inter Vassallos, & Dominum, nam rumor magis debet operari, quam inter æquales expressa contradictio, *Lagun. sup. num. 148. ex DD. sup. citatis.*

Sed nulla est maior depositio, quam si quis deponeret vidisse semper tempore suæ ætatis, dum esset v. g. annorum 70. Ciues alicuius Ciuitatis, cum eorum animalibus pascua sumere continuò in territorio alterius Ciuitatis, absq; aliqua fidæ solutione, videntibus, & non contradicentibus hominibus dictæ Ciuitatis seruitutem patientis, eiusq; Sindicis, & Officialibus, & ità semper vidisse, & fuisse obseruatum, & audiuisse ab eorum antecessoribus asserentibus, ità vidisse obseruatum à tempore immemoriali, & audiuisse ab eorum patribus, & antecessoribus, deponens etiam de fama publica, *Franch. dec. 56. num. 22. Mastard. concl. 1038. Viu. dec. 77. Castil. dec. 13. Sesse dec. 394. seqq. Auna cons. 59. Vrsill. ad Affl. dec. 254. Ludouis. dec. 196. 298.* post alios *Nos ad Rouit. d. cons. 77. nu. 8. lib. 3.*

400 Sic debent probari omnia sup. posita requisita, *Staiban. res. 188. num. 40.* Et hoc seruat Rota Romana, *Staib. nu. 41.* Supradicta requisita ponunt *Castill. contr. lib. 7. c. 27. Lagun. de fructibus c. 15. §. 4. num. 118. & seqq. Nos ad Rouit. cons. 77. lib. 3. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 112. Calà de modo articul. & prob. gl. vnic. §. 2. n. 520. seqq. Rocca disp. 167. Fontanell. dec. 586. Luca ad Franch. dec. 301. Tranchedin. consult. 43. n. 42. cons. 91. nu. 19. seqq. Reynos. obs. 65. Ludouis. dec. 51. 196* & ibi *Addit. Idem Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 17. num. 50. seqq. Theod. Rub. sing. Rot. Rom. p. 5. fol. 526. tom. 2. Farinac. dec. Posth. 502. tom. 2. & dec. 432. tom. 1. Sperell. dec. 69. Castill. dec. 13. & in addit. Cutell. de donat. tom. 2. fol. 496. & seqq. Giurba de feud. §. 2. gl. 13. num. 73. seqq. Castill. de Tertijs c. 22. & seqq. & c. 26. & seqq. Rota Rom. diuers. tom. 4. dec. 583. Caualcan. p. 1. num. 23. fol. 211. & dec. 17. num. 8. 9. fol. 49. tom. 2. Costa sicul. cons. 2. n. 13. 14. Nos ad Rouit. d. cons. 77. lib. 3.*

Et inordinaria, & immemoriali coniungitur tempus Authoris, & singularis successoris, *D. Venturin. cons. 9. n. 89. lib. 2.*

401 Assensus Regius super feudi acquisitione requiritur in nostro Regno in scriptis, *Montan. contr. 26.* Vbi quod non sufficit præsumptus verum limitant *Affl. in §. 1. nu. 11. de controuers. Inuestit. Frecc. de subfeud. q. 28. in fine,* in tempore, cuius initij memoriam hominum excedat.

Sed *Freccia* dicit centum annis, quod est idem, quia centum anni excedunt memoriam hominis, cum necesse sit hominem testificantem de visu annis centum, habere ad minus annos centum, & quatuordecim, quia vsq; ad pubertatem ignorat puer quidquid videt, *Dec. in l. 2 § fin. ff. de reg. iur.*

Et quia nostra ætate nullus ascendit ad hanc ætatem, ideo æquiparantur immemorabile tēpus, & anni centum, *Cyn. & Paul. de Castr. in l. 2. C. de seruit. & aqua.*

Sic sup. citati nostri DD. admittunt in nostro Regno assensum Regis præsumptum ex immemorabili tempore, seu annis centum, eos sequitur *Reg. Tappia dec. S. R. C. 9. n. 13.*

402 Verum dissentiunt inter eos, nam *Freccia* reiicit assensum præsumptum ex dictu tempore, si constet de initio tituli inualido, etiamsi mille anni fluxissent, & secundum hanc opinionem plures immemorabiles præscriptiones fuisse reiectas in Regia Camera testatur *Camill. de Curtis in diuer. feudal. in cap. superest n. 11. fol. 78* & sequitur *Georg. alleg. 14.*

403 Verum *Montan. l. contr. 26 num. 3. vers. Ideò cogitaueram* conciliat opiniones contrarias dicens, vt si in contractu fuerat enunciatus assensus Regius concessus, vel fuerit reseruatus impetrari, tunc per lapsum annorum centum præsumitur concessus. Aut in contractu celebrato non fuit facta mentio assensus Regij impetrati, vel impetrandi, sed simpliciter contractum super feudis, & tunc non potest recurri ad præsumptionem temporis, dum partes ab initio noluerunt contrahere sub assensu Domini, sed omnino recurrendum est ad præscriptionem, quæ admittitur annorum centum contra Fiscum per *Constit. Quadragenalem.* In qua præscriptione centena- ia non requiritur allegatio tituli, secundum veriorem opinionem, de qua *Conar. in reg. possessor. p. 2. §. 3. nu. 6.* ideo fas est dicere: se præscripsisse assensum iuxtà doctrinam *Andr. in l. Imperialem nu. 67. vers. vndè succumbet.*

404 Sed in hac distinctione præscriptionis à præsumptione nulla differentia est, cum tempus annorum centum in vtraq; requiratur, nec præscriptio prædicta requirit titulum, sed tantum præsentiam Aduersarii in Regno, contra quem præscribitur, *ex Constit. Regni incip. Consuetudinem.* Quæ præsentia impletur ex præsentia Proregis, in præscriptionibus contra Fiscum, vt testatur, *R. Lanar. in cap. si quis per 30. num. 15.* Qui Prorex semper est in Regno. *Ideo R. Lanar. in d. c. si quis nu. 33.* dicit hæc verba: *De facto videmus, quod possessores rerum fiscalium obtinent sine iuramento, ex possessione centum annorum,*

nurum, & communiter hoc habetur pro præscriptione.

405 Ideò ſtantibus poſitis, inquirendum eſt inter *Affl.& Bambacar.* ex vna parte, & *Frecc.& Georg.* ex alia, quæ opinio ſit verior, num ſcil. exhibitio contractu, vel priuilegio, ex quo conſtat de inualiditate tituli, proſit poſſeſſori præſcriptio cétenaria, ſeu immemorialis? *D.Georg. ſup.num.*17. vtitur hoc argumento: Immemorialis poſſeſſio eſt titulus, quia ignoratur principium, *l.hoc iure*, *§.ductus aquæ, ff.de aqua quotid.& æſtiua.* Vndè ſi apparet de titulo, vel origine non dicitur immemorialis, & ſic non habet vim tituli. Sed reſponſio eſt, quod immemorialis dicitur, cuius origo, ſeu initium excedit memoriam hominum, qui tunc viuunt, *gl.in d.§.ductus aquæ, Dec.in l.*1.*§.fin. in fine, ff.de reg. Iuris.* Multo minus tempore decrepitæ ætatis poterit recordari de his, quæ ob venerunt tempore pueritiæ, quo fit, vt volens deponere de centum annis neceſse ſit quod habeat annos centum quatuordecim, ad quam ætatem nullus peruenit, Ideo dicitur immemorialis illa centū annorum. Sic per has rationes *DD.* confundunt immemorialem, & centenariam, *Cyn. & Caſtr.in l.*2.*C.de ſeruit. & aqua, Afflict.in d.c.Si quis per* 30.*in §.*41.*num.*70. Sic, ſi ſcriptura, quæ exhibetur habeat titulum inualidum, habeat plus quam centum annos non dicitur memorialis, ſed immemorialis, quia homines huius ætatis non poſſunt teſtificari, ſecundum eorum memoriam de contentis in illa ſcriptura, *Montan.d contr.*26.*n.*10.

406 Secundum argumentum eſt: dum conſtat de initio inualido, conſtat de mala fide illius, qui cæpit præſcribere, quia titulus nullus, & inualidus cauſat malam fidem, quæ impedit præſcriptionem, *c.poſſeſſor malæfidei de reg.Iur. in* 6. Diximus *ſup.* Ideo ſi præſcriptio eſt impedita, diſcutiendum eſt de ipſo titulo allegato, vel exhibito.

407 Sed reſpondetur, quod ſi titulus exhibitus eſt à contractu, qui tunc celebratus fuit: *ſalvo aſſenſu Regio impetrando*, vel facta fuerat aſſertiua: *aſſenſum Regium fuiſſe impetratū antè contractum*, & his duobus caſibus contrahentes ſunt in bona fide; *Anna in repetit. Conſtit.Conſtitutionem Dinæ Memoriæ nu.*193. *Montan.in l. imperialem n.*90.*lit.* Q.*& n.*192.*&* 193.

408 Aut contractus tunc fuit ſine reſeruatione aſsenſus Regij, Et tunc, aut non conſtabat de qualitate feudali ipſis contrahentibus, & ſunt in bona fide, quę ſemper in dubio præſumitur, *l.verius, ff.de probat.Couar. in reg.poſſeſſur malæ fidei p* 2.*§.*8 *n.*2.

409 Aut conſtabat de qualitate feudali, & ſunt in mala fide; verum num mala fides horum contrahentium noceat ſucceſsoribus volentibus præſcribere, diſtinctio eſt, nam vitia impedientia præſcriptionem quædam ſunt realia, vt furtum, & violentia, & hæc ſemper impediunt, donec res perueniat ad antiquum Dominum, & ſic purgatur vitium, *§.furtiuæ, Inſtit. de vſucapion.* Quædam vero vitia ſunt perſonalia, vt ſi poſſeſsor ſcit rem ad alium pertinere, ſed illam non acquiſiuit furto, vel violentia, & hæc mala fides authoris non nocebit ſingulari ſucceſsori, puta emptori, donatario, vel alio titulo acquirenti, & poſſidenti ſpatio annorum 30. Si ipſe ſingularis ſucceſsor ignoret malam fidem authoris, prout in dubio præſumitur ignorare, & non vtatur acceſſione temporis authoris, qui erat in mala fide, & ſic numerans tempus annorum 30. à die, quo ipſe quæſiuit, præſcribit, *l. an vitium, ff.de diuerſ.& tempor. præſcript.* benè *Theſ.lib.*1.*q.*41.*num.*12.15.*Balb. de præſcript.*2.*p.*3.*p.princ.c.*12.*nu.*6.*Vrſill.ad Affl.dec.*40.*nu.*6.

410 Verum Succeſſori vniuerſali, mala fides nocet, *l.cum hæres, ff.de diuerſ.& tempor.præſcript.* nec poteſt ipſe incipere, quia non habet titulum; quia exordium rei bonæfidei ratio nō tuetur, *d.l.cum hæres, Montan.d.contr.*26.*nu.*13. Diximus *ſup.n.*86.*& ſeqq.*

411 Secus eſt in præſcriptione centenaria, ſeu immemoriali, quia in illa, vt ſępè diximus non requiritur titulus, ſiue de Iure Ciuili, ſiue Canonico, *Couar.in d.regula poſſeſſor §.*3.*num.*6. Diximus *ſup.*

412 Ideo hic poteſt præſcribere poſſidendo per centum annos, non incluſis annis, quibus poſſedit primus in mala fide, *Montan.d.contro.* 26.*d n.*13.

Sed de præſcriptione feudi, dicemus laiè *infrà n.*490.*& ſeqq.*

413 Quod Principes Supremi, & Reſpublicæ Superiorem non recognoſcentes, ad inſtar Romanæ Eccleſiæ habeant priuilegium, vt contra eos non detur præſcriptio, niſi centum annorum, quid quid aliqui quo ad Romanam dibitent, *Fachin.lib.*8.*contr.*3. *Oſaſch. dec.*69.*n.*13. *Surd.dec.*1. *Fagund.de inſtit.contr.*2.*B.lib.*2. *c.*15. *nu.*68.*& ſeqq. Diana reſ.p.*6.*tract.*7.*reſ.*8 *Antun. de donat.reg.lib.*3.*c.*45.*Cyriac.contr.*178. *Solorz. polit.lib.*4.*c.*2. *Caſtill.de Tertijs cap.*21. *Pareja de inſtr.edit.tit.*5.*reſ.*9.*Anſald.de commerc.diſc.*95 *nu.*31.*Tonnut.qq.ciuil.c.*25. *n.*16. Vt ius cudendi monetam, creandi Notarios, Vectigalia imponendi &c.

414 Sic contra Romanum Imperium, *Linglois dec.fol.*378.56.

415 Sed quod præſcribantur tempore immemorabili ea, quæ ſunt in patrimonio Principis, ſecus reſeruata illi ratione dignitatis, nam nullo tempore præſcribuntur, *Caſtill.contr.lib.*7. *c.*26.*nu.*67. *& de Tertijs c.*7.*Baruſ.reſ.*36.*nu.*19. *D.Cepparell.reſ.*73.*n.*2.10. *c.ſup. quibuſdam* 16. *de verb.ſignific. Peregr. de iure Fiſci lib* 6. *tit.*8. *nu.*14.*Amaya in l.*3.*C.de ann. & tribut. Lugo de iuſtit.& iure diſp.*7.*ſect.*6.*nu.*89. *Molina diſp.*75. *P.Barboſ.in l.competit. num.*161. *C.de præſcript.* 30.*vel* 40. *Pareja de inſtr.edit.tit.*5.*reſ.*9.*n.*132. *ſeqq.Sixtin.de regal.lib.*1.*c.*5. *nu.*131.*ſeqq. Trancbedin.conſult.*13.*n.*24.

416 Vt

416 Vt legitimare spurios,creare Notarios, pedagia,& similia, *Antonell.de temp.legal. lib.2.c.67.num.5 3.seqq.*

Sed in Lusitania tempore immemoriali præscribuntur, etiam reseruata Regalia,ratione dignitatis, *Antun.de donat.tom.2.c.45.n.24.*

Sic tanto tempore præscribitur ius patronatus regium, *Antun sup.num.30. Gabed.de iure patron.c.2.num.3.Solorzan. de iure Indiar.tom.2. lib.3.c.2.n.24.T usc.lit.I.concl.604.*

417 Sed quod contra Principem in bonis priuatis præscribatur 30.vel 40.annis, *Sixtin de regal.c.1.num.34. Antonell.de temp.legal.lib.2.c.67.num.44.*

Sic pro bonis vacantibus capiendis per Fiscum sufficit præscriptio 20.annorum computandorum ante denunciationem, *l.1.§.diuus,ff. de iure Fisci,Faiard.alleg.43.nu.12.13.Rubeus de consuf.c.3.n.152.*

418 Sed quod Regalia nunquam præscribantur, *D.Cirinus in Nexu rerum Eccles.c.2.nu.160. Cabed.dec.65.p.2.num.2.3.Carena ref.206. nu.8. Larrea alleg.15.nu.5.Parlador.quotid.lib.1.c.3.n.45.Guttier.de gabell.q.5. Cyriac.contr.178. Antun.de donat.lib.3.c.43.45. Solorzan. lib.4.polic. c.2.Castill.contr.lib.7.c.21.Aguila ad Roxas de incompatib.p.7.c.2.n.97.fol.481.*

419 Nec etiã immemoriali,*Cirin.ibid.Cabed.sup. Balmased.de coll.sup.* secus dicit *Cirin.c.6.n.308.* post mille *Sabell.§.Princeps n.30.& 62.63.Antun.p.3.c.45.n.24.*Et dicemus *inf.n.441.*cõtra.

420 Secus illa, quæ Principi spectant Imperio Principis.*Cirin.sup.nu.161.*& sunt bona Regię Coronæ in patrimonio Regni, *Surd.dec.1.Guttier.pract.lib.1.q.84.Valasc.consult.167.num.14. seqq.Conar.pract.c.17.nu.6. Sess.de inhibitis c.5.§.10.nu.32.Peregr.consf.3.num.1.lib.1.D.Marcian. disp.65.nu.23.lib.2. D.Philip. differt.fiscal.1.nu.39.107.108.111.Barns d.ref.36.num.19.D.Cepparell.resol.73.n.2.10.*

421 Nam Regalia sine Principis concessione, nec acquiri,nec retineri possunt, *D.Philip.differt.fiscal.1,num.39. & differt.33. num.14.seqq. & diff.34.*vbi de officiis, *Larrea alleg.77.nu.9. lib.2.Sixtin.de regal.lib.1.c.5. num.76.77. Ripol. cod.tract.c.1.nu.17.seqq. Gram.dec.59.nu.15.Capyc.dec.77.num.12.13.Fab.in C.lib.3. tit.12.defin.2.Leo dec.82.nu.17.lib.1. Koppen.dec.32.n 4. Salern.dec.51.nu.29.R.Reuert.dec.449.R.Rouit. dec.72.n.38.D.T ranchedin.consult.13.*

422 Et eorum possessores ad titulum exhibendum coguntur,*Gram.consf.9.in fine.* Etiam aduersus centenariam. *Rol.à Valle consf.89.nu.33. 34.lib.2.Rosental.de feud.lib.1.c.8.concl.33.nu.9. R.Ponte de pot.Proreg.tit.de regal.Impofit.§.6.n.38.P.Gregor.de feud.p.1. q.32.* & ibi *Mastrill. lit.E.Bonadill.polit.lib.2.c.36.nu.92. Cauall.qu. 820 num.27.* Gratian.disc.441.nu.3. post mille *D.Philipp.sup.num.40.seqq. Idem Mastrill. de Magistr.lib.3.c.2.num.17.Intrigl.de feudis cent.1. q.68.Castill.lib.6.contr.c.3. num.5.cap.16. nu.10. tom.7. Solorz.de iure Indiar.lib.2.c.28. num.39. Tapp.in Ius Regni lib.6. in consltit.ab officiali nu.7. 20.D.Merl.n.contr.13.nu.15.16.lib.1. R.Marin. lib.2.c.115.n.16.*&ad *Reuer.dec.136.&211.n.2.* Idem in officiis,*Tapp.sup.n.26.Fran.b.dec.165 num.4.Rota post Posth. de manut.dec.335.num.3. Idem D.Ph lip.differt.33.34.*

In eorum possessoribus, *l.cogi,C.de petit.hered.*dispositio coarctatur, *Curt.iun.consf.90 nu.2. lib.1. Barbos.in d.l.cogi num.8. Pacian.de probat. c.61.num.26.lib.1. P. droc.consf.3.num.124. Rim. iun.consf.31.nu.54 lib.1.Philipp.s.p.n.49.*

423 Nam quoad illa Reges, & Supremi Principis habent fundatam intentionem *cap. 1. quæ sint regalia,c.1. §.Iudices,de pace ten.Valasc.de iure emphyt.q.8.num.21.22.Azeued.lib.4.recop. tit.1.lib.1.nu.16.seqq.l.2.num.2. Bellugo in spec. princ.rubr.28.nu.2. Bonadill.polit. lib.2.c.16.nu. 92.tom.1. Gabed.dec.9.p.2. Mastrill.de Magistr. lib.3.c.2.num.6.11.12.tom.1.R.Marin.ad Reuert. dec.566.Philipp.sup.n.50.*

424 Et in generali statuto, nisi de eis specialis mentio fit facta, minimè comprehenduntur, *Oliban.de iure Fisci c.4.num.19. Cancer. var.lib. 3.c.5.n.44.seqq.Barbos.voto 126.nu.318.Philip. sup.num.78.*Et regalia non censentur concessa, nisi expressè concedantur,*Gallus de fructib.disp. 5.num.71.Antun.de donat.tom.2.p.3.c.44.*

425 Nam Princeps non potest, nec debet alienare ea,quæ sibi,suis successoribus, & subditis magnum afferre possunt præiudicium, & detrimentum,& quæ sint hæc, *Menoch.de arbitr. cas.559.T usc.lit.P.conclus.694. Diana resol. p.8. tract.6.res.18.122.123. Cabed. dec.17.& seqq.p. 2.& dec.40. num.16. & seqq. Castill. de Tertys c.17.Cardos.in praxi verb. Rex. Crespi obser. 14. Cancer.lib.3.c.1.nu.151.Andreol.contr.402.Larrea alleg.80.num.10. Antun.de donat. lib.2.c.34. Gobius consult.142.Rota p.1.rec.dec.357.n.76. seqq.Solorz.polit.lib.4.c.3.Rice.collect.2019.* vbi quod à Successore reuocantur, *Parlador. lib.2. quotid.c.1.à nu.14.D.Capon.discept.193.*

426 Sic regalium detentores non solum ad titulum exhibendum iustissimè euocantur, *Escal. lib.1.Gazoph.cap.25.Cyriac.contr.178.* Verum iis non exhibitis, summatim, & executiuè à possessione depelluntur,*l.2. C.de fund.limitroph. lib.1.*vbi *Luc.de Penna, R. Ponte de potest.Proreg.de regal.Impofit.§.6.nu.38. Capyc. dec.77.nu. 9.Hartm.Pistor.qq.iur.q.46.lib.2.p.2.nu.9. Mantica de tacit.lib.23.tit.6.nu.4. Peregr.de fideicom. art.52.n.139.de iure fisci lib.7.tit.3.n.17.Cancer. lib.3.c.14.n.43.Marin.ad Reuer.dec.136.299.R. Top.in repetit.rubr. & D. de constit.princip.c.4. nu.11.Cabed.dec.9.nu.4.p.2.Gratian.disc.441.nu. 25.R.Rouit.in prag.1.de Iurisd. ad tuitem non turb.num.31. Barbos.ad lib.3. tit.31. de petit.hered.in d.l.cogi nu.21. Capibl.de baronib.sup.prag. 1.nu.230.Cutell.dec.1.orat.1.nu.9.10. Baretta consf.21.nu.6.Cyriac.contr.178.num.13.seqq.Saiccta consf.1.num.11 & consf.5. num.102. D.Galeot. resp.fiscal.12.num.364.D.Merlin.contr.13.n.17. lib.1. Staiban.resolut.188. num.43.44. D.Crespi*

Valdan. obs. 1. lim. 6. nu. 37. D. Philip. sup. nu. 79. & seqq. Capon. discept. 193.

427 Verum si adest præscriptio immemorialis eo casu non requiritur titulus, *c. 1. de præscr. p. t. in 6. Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 8. nu. 20. Layman. cap. 8. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. c. 19. num. 9. Cabed. dec. 41. p. 2. Censal. ad Peregr. de fideicom. 53. fol. 540. Pareja de instr. edit. tit. 5. res. 9. num. 122. Castill. de Tertijs c. 3. nu. 6. seqq. Tranchedin. consult. 13. nu. 25. R. Marinis ad Reuert. dec. 299. nu. 4.* Vbi idem de centum annis.

428 Nam ipsa met præscriptio habet vim tituli iusti, & constituti, etiam in his, quæ non nisi à Principe concedi possunt, & inducit præsumptionem iuris, & de iure, quę non admittit probationem in contrarium, *Mastrill. d. c. 19. nu. 18. Pereja d. res. 9. num. 134. Castill. de Tertijs cap. 22. num. 3.*

429 Itaut habens immemorabilem possessionē pro se, perinde sit, ac si haberet expressam concessionem ab eo, qui eam dare potest, *Mastrill. d. c. 19. nu. 13. Pereja d. res. 9. num. 126. Tranched. d. consult. 13. nu. 27.* Et præsumitur concessio, *Hermosill. fol. 433. n. 87. 101.*

Sic immemorialis sufficit ad immunitatem consequendam, *Venturin. cons. 10. n. 7. lib. 2.*

Sed quo ad titulum exhibendum, in Regno nostro Neapol. Titulus possessionis, instante fisco, ostendere non debet possessor eorum, quæ sunt de regalibus, ex lite pendente, si non exhibeat titulum, possessione non debet priuari, *Duna alleg. 68. 79.* per *tex. Regni: Item statuimus* 120. secundum ordinem *Nigris*; & per *pragm. 1. §. 6. de salario eorum, R. Marin. ad Reuert. dec. 566.* contra *R. Reuert. ibid.*

Nam *tex. c. cum persona de priuil. in 6.* nunquā in Regno cum Fisco fuit obseruatus, *R. Marin. in d. dec. 566.*

430 Sic Functiones fiscales nullo tempore pręscribuntur cōtra Principem, *Barbos. in l. 6. nu. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Castill. de Tertijs c. 18. num. 179. seqq. Larrea alleg. 15. Cabed. dec. 66. nu. 2. lib. 2. Bouden. de præscript. docum. 48. & docum. 30.* Vbi de bonis Fisci.

431 Idem in Statu Papæ, Mantuæ, & aliorum Principum Italiæ, *Bouden. ad Barbos. in d. l. 6. num. 1.*

432 Sed præscribuntur contra illos, qui habent causam à Principe, *Bouden. de præscript. in docum. 14. §. vel. & docum. 30. Larrea alleg. 69. nu. 15. Cabed. dec. 45. num. 6. tom. 2. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 11. num. 13. & c. 19. num. 25. & seqq. Castill. de Tertijs c. 36. num. 10. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de feud. res. 5. nu. 4. Tranchedin. consult. 13 nu. 18. Idem Castill. lib. 7. c. 34. n. 3.*

433 Vel priuilegio, & concessione, vel consuetudine, nam eo casu sufficit tempus decem annorum cum titulo, vel 30. sine titulo, *Couar. in regul. possessor. 2. p. §. 3. de Iurisd. num. 3. Cabed. p. 2. dec. 41. num. 6. Mastrill. de Magistr lib. 1. cap. 19. num. 16. Rosental. de feud. c. 5. conclus. 57. num. 12. lit. B. Caual. qu. 45. num. 4. Azeued. ad l. a. tit. 65. lib. 14. gl. 2. num. 4. Bobadill. Polit. lib. 2. c. 10. num. 40. Decian. cons. 24. nu. 119. lib. 1. Mier. de maiorat. 4. p. q. 21. nu. 64. Guttier. lib. 4. pract. qu. 52. ex nu. 2. 11. & q. 63. num. 11. 12. P. Molina disp. 75. Barbos. in l. comperit. nu. 59. seqq. C. de præscript. Castill. tom. 5. c. 93. §. 8. nu. 48. Addit. ad Molin. de primog. lib. 2. c. 6. ad nu. 51.*

434 Numquam pręscribitur contra Supremam potestatem Principis, *Bouden. de præscript. docum. 30.*

435 Et si curreret, contra illam derogatur licite, *Larrea alleg. 7. n. 6. Bouden. collect. 35. n. 52. lib. 2. Faiard. alleg. 33. n. 483. & seqq. lib. 2.*

436 Contra Principis supremam Iurisdictionem, & potestatem, quod non detur præscriptio, dicunt *Matthens. l. 1. tit. 10. lib. 5. recopil. gl. 10. nu. 10. Couar. pract. c. 1. num. 9. in med. Menoch. illustr. c. 78. ad finem, Barbos. in l. comperit, C. de præscript. 30. Valasc. de iure emphyt. q. 8. num. 29. Cabed. dec. 40. nu. 8. seqq. p. 2. Parlad. lib. 2. rer. quotid. c. 1. num. 16. Peregr. de iure fisc. lib. 6. tit. 8. num. 9. Flor. de Mena lib. 2. var. c. 21. num. 135. P. Barbos. in l. 1. art. 4. num. 38. ff. de Iudic. Aug. Barbos. in c. cum non liceat. de præscript. nu. 2. & in præter- mis. ad eundem tex. n. 1. Vela diss. 39. nu. 45. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 5. nu. 145. Caual. q. 46. nu. 6. Pereir. de manu reg. 2. p. c. 37. num. 25. Alfar. de offic. fiscal. gl. 16. num. 167. Castill. de Tertijs c. 20. num. fin. & c. 23. nu. 4. Mastrill. de Magistr. lib. 1. c. 19. nu. 1. Antun. de donat. reg. p. 2. lib. 1. c. 9. nu. 1. D. Ceparell. resol. 73.*

Quod detur tenent *Felin. in c. cum nobis n. 4. de præscript. Crauet. de antiqu. temp. p. 4. § materia ista n. 73. Gabriel. conclus. tit. de acquir. ver. domin. concl. 3. num. 15. Menoch. illustr. lib. 2. c. 78. nu. 4. & c. 82. num. 7. Balb. de præscr. 2. p. 5 prin. ip. q. 3. n. 2. Couar. in reg. possessor 2. p. §. 2. num. 8. Antun. sup. nu. 2. Barus. res. 4. n. 4. 5.*

Alii distinguunt inter Supremam potestatem Papæ, & Regis, vt in primo casu nulla detur præscriptio contra Papam, in secundo casu contra Principem secularem sit locus immemorialis, vt præscribens non teneatur Principē cognoscere in Superiorem, *Aymon. de antiqu. temp. 4. p. § materia nu. 73. & cons. 933. nu. 4. lib. 4. Menoch. cons. 2. num. 69. Peregr. de iure fisc. lib. 1. tit. 3. num. 78. & tit. 2. num. 59. & 60. Antun. sup. num. 3.*

Concordantia harum opinionum est, vt prima sententia procedat casu, quo præscribens adhuc remanet subditus Principi, quia tunc non potest prætendere se non teneri agnoscere Supremam potestatem illius, Principis, cui subditus est; nam implicat quod sit subditus, & non recognoscat superioritatem Principis, & esset absurdum, quod sit subditus, & non subditus quo ad eam potestatem, in qua consistit subiectio, contra *reg. tex. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. Cabed. dec. 40. p. 2. nu. 9. Cald. cons. 28. nu. 16. 17. Barbos. in d. l. comperit.* Et confirmatur quia actio, & passio non possunt dari in eodem subiecto, *l. si debitori, C. de pact, Soloz. de iure*

iure Indiar.tom.2.lib.2.c.11.num.6. Larrea alleg. 113.nu.4.Cyriac.contr.199. Olea de cess.tit.4.nu. 3.Canuno.dec.44.num.22. Vaz axiom.iur. lit.A. num.65. Antun sup.nu.4.5.

Si vero quis segerat pro libero, vt nemini recognoscat superioritatem, vel subiectionem, per tempus immemoriale, tunc præscribit sibi omnimodam libertatem, & sibi ipsi videbitur superior, Oltrod.cons.172.num.5. Crauet. sup.on. 74.Conar.in c.possessor 2.p. §.2.nu.8. Sixtin.de regal.lib.1.c.5.nu.145. Sic has contrarias opiniones componit P. Barbos. in d.l.comperit. nu.89. Cabed.dec.41.num.5.p.2. Pereira de manu reg. d.c. 37.num.17. Et sic concluditur: subditum nullo modo posse præscribere ius supremæ potestatis, & subiectionis contra Principem, si adhuc illi subditus manet, sed exemptionem, & omnimodam libertatem posse acquirere per tempus immemoriale, si segerat, tamquam Caput alterius Reip. licet Barbos. in d. l. comperit num.89. dicat hunc casum raro posse verificari. Et sic vidimus in aliquibus Regibus, & Ciuitatibus liberis, quæ exemptionem, & libertatis iura quæsiuerunt aduersus Imperatoris superioritatem, Peregr. de iure Fisci lib.1. tit.2.nu.59.60. & lib.6.t.18.nu.10. Antun.sup.n.6.

Sic 30. annis præscribitur actio competens Fisco contra Vassallum non seruientem, D. Marcian.exercit.fiscal.11.n.5.fol.55.

Regni pars contra Regem non potest præscribi, D. Aguila ad Roxas de incompatibil. p.7.c. 2.in add.t.nu.99.fol.481.

Sic Regnum sub feudo concessum, contra Dominum directum præscribi non potest, D. Aguila sup.n.100.

437 Bona prohibita alienari non possunt præscribi, Cauall.q.13. Salgad.de protect. p.3.c.10. à nu.53.& 150. Barbos.in l.1. p.5.num.53. ff.solut. matrim. Vela dissert.48. à num.60.66. & diss.9. num.42. Idem Salgad.labyr.p.1.c.40.à n.18. Hermosill.fol.670.nu.22. Videndi R. Marin. lib.2.c. 18.nu.67. Molign.altercat.89.num.10. Fontanell. dec.408.nu.9. Card.Luca de feud.disc.5. num.27. de dote disc.174. de fideicom. disc.264. de Iudic.disc.21.35.36. Aguila ad Roxas de incompatibil. p. 5.c.6.num.50. Vt feuda ex pacto, & prouidentia, fideicommissa, Rocco disp.7.& 61.

438 Præscribi non possunt ab emptore res empta à Procuratore, non habente mandatum aduendendum, Corn.cons.269.nu.11.lib.1. Pet. Bon.dec.bonon.38. Moutica de tacit.lib.4. tit.22. Hermosill.fol.719.nu.5.7.

439 Si prætendentes præscribere sint incapaces illius rei, etiam immemorialis non sufficit, Fontanell.de pactis nuptial.cl.4.gl.13.p.4. nu.48. Mar.Ant.res.80.num.16. Tranchedin. consult 43. nu.43. Videndus Andreol.contr.401.nu.19.20.

440 Contra possessorem non currit præscriptio, nam ipse contra se ipsum non potest agere, Menoch.cons.1019.nu.4. Gratian.disc.602. nu. 3.seqq. Merlin.de legit.lib.5.tit.3. q.10.n.34. vbi Rota Rom.

441 Regalia Iura præscribuntur immemoriali, Faiard.alleg.1.nu.85.185.seqq.p.1.alleg.33. num. 483.1870.1671.1672.p.2. Garpz.iurispr.forens. p.2.constit. 3.defin.24.tom.1. Castill. contr.tom.7. c.41.30. Altolin.resol.32. nu.118.seqq. Antonell. de temp.legal.lib.2.c.63.num.57.seqq. Baruf.res. 3.num.3. Antun.de donat.tom.2. c.45.num.7.18. D. Cepparell.res.fiscal.26.nu.70.71. Barbos.in l.6.C. de præscript.30.vel 40.ann.num.160 seqq. Sixtin. de regal.lib.1.c.5.num.131. Farinac.in fragm.lit. P.num.24. Bonden.de præscript.docum.30. Pereira de manu reg.c.37.num.15.tom.2. Boler.de decoct. debit.fiscal.tit.5.q.11.num.3. tom.1. D.Cirin.in nexu rer. Eccles.c.6.nu.307. 308. Linglois in Codic. fol.378. num.37. licet nunquam præscribi dicat Idem Cirin.c.6.nu.160.161. Capon.discept. 337. Cyriac.contr.178. Solorz.lib.4. Polit.c.2. Pareja de instr.edit.tit.6.q.9. Lagun. de fructib. p.1. c.15.§.4.num.188.& p.1.c.19. num.39. Vbi de maioribus Regalibus, Card. Luca de feud.disc.3. in annot.n.3. de regal.disc.144.ex n.7.

442 Sic Iurisdictio præscribitur contra Principem, Valasc.consult.120.nu.20.21.cons.167.nu. 20.seqq. Reynos obs.60.nu.4. Castill.de Tertijs c. 21.nu.2. Tamnut.res.ciuil.cap.25.nu.16. Barbos.in c.sup. §.præterea de verb.signific. Antun. de donat tom.2.c.45.n.1.seqq.

Sed præscribitur tempore immemoriali, Sess.de sequ.mandat.p.1.c.1.& seqq.& de inhibit. p.5.c.10. Magretti sup.pragm.Sicil. Duces Sermonetæ obs.4. Mariu.ad Reuert.dec.299.num.4. Antun.sup.n.5. Castill.contr.lib.7.c.34. nu.5. Marin. lib.2. res.115.num.9. Antonell.de temp.leg.l.lib. 2.c.105.num.2.4.fol.249.

443 Tamen cum titulo præscribitur spatio 40. annorum, Castill.sup. Lagun.de fructib.c.15.§.4. num.289.

444 Et talis præscriptio æquiparatur immemoriali, etiam si titulus, aliqua ratione esset inualidus, modo sit coloratus, & talis qui iustam præscribendi causam præstare possit, Beniell. cons. 94.n.103. Castill.d.c.34.n.6.seqq.

Contra Fiscum in Regno centenaria currit præscriptio. R. Ponte cons.155.nu.7. Idem in feudis cons.32.n.18.19.

Mediolani nulla currit præscriptio contra Fiscum, nisi immemorialis, Fajard.alleg.43.nu. 12.13. Sic etiam Parmæ, & Placentiæ, per Constit. Ducal.Cameral.c.33. Rubeus de consuf.cap.3. num.152.

445 Quæ sint Regalia, Ricc.collect.727.1014. P. Araujo de stat.Ciuil.disp.12. Robert. lib.3.rer. iudic.c.1. Parlador.lib.2.c.1.à nu.17. Solorz.tom. 2.de Iure Indiar.lib.4.c.9. à num.66. & cap.10. à num.47.& 66.& lib.5. cornic. & lib.6. Polit. c.1.fol.931.& cap.sequ. Castill. de Tertijs cap.41. Frass.tom.1.de regio Patron.c.2. Antun.de donat. lib.1.p.2.c.1.& seqq.& tom.2.p.3.c.1.& seqq. & c.44. Capon.discept.193.337. Castejon.verb.Imperator, Barbos.tract.var.tit.de appell.verb.Iuris signific.appell.232. Mucci ad Sanfel.dec.66. Gallus de fructib.disp.5.art.1.nu.5.

Quæ

Quæ regalia non competunt nisi Regi, & ei, cui ab eo conceduntur, *Giurba dec.61. num.7. Capon. discept. 193.*

Regalia sunt Salinæ, Argentariæ, Dimidium thesauri in loco regio inuento, non data opera, vel loco religioso, si data opera, totum, Officia Magistri Actorum, Gabellæ, Vectigalia, Tributa, Collectæ, Piscationes, Venationes, Metallorum Venæ. Bona vacantia. Condemnatorum bona, Bona Indigni. Tracta frumenti, & bladorum. Portizatio in flumine publico, ius passus. Creare Capitaneos, & Duces belli, creare Tabelliones. Armandiæ. Viæ publicæ, Portus, Ripaticæ, Monetæ, Præstationes Angariarum, Perangariarum, & Plaustrorum, & Nauium præstationes. Potestas constituendi Magistratus, ad iustitiam ministrandam. *Barbos. sup. appell. 232. Antun. sup. Mucci ad Sanfel. d. dec. 66. Ripol. & Sixtin. Tract. de regal. & DD. sup. citati.* Concessio Situum, seu Locorum publicorum, *Card. Luca de seruit. disc. 5. n. 5.* De Vectigalibus, *Card. Luca de feud. disc. 43. num. 13. de regal. disc. 110. num. 10. disc. 130. nu. 10.* Piscationum emolumenta. *Idem Card. de feud. disc. 2. nu. 3. 7. de regal. disc. 134.* Venandi ius, vbi est magna affluētia. *Idem d. disc. 2. nu. 7.* De Angariis, & Perangariis. *Idem de feud. disc. 3. num. 4. disc. 65. nu. 8. de regal. disc. 146. num. 8.* Portus. *Idem de regal. disc. 130. num. 11.* Officium Cursoris, seu Portitoris litterarum. *Idem de regal. disc. 46. nu. 7.* Nundinæ. *Idem de regal. disc. 13. n. 4. disc. 132. nu. 3.* Monetā cudendi ius. *Idem de regal. disc. 127. n. 8.* De fodinis auri, & argenti. *Idem de regal. disc. 147. n. 17. & seqq. D. Galeota resp. fiscal. 12. Rocca disp. 86. n. 13.* Vbi de Collectis. *Roccus Tract. de Officijs.*

De creatione Tabellionum, *Idem Antun. tom. 1. p. 2. c. 124. nu. 1. 2. & tom. 2. p. 3. c. 44. n. 37.*

Regalia, aut ijs annexa siue magna, siue parua, in allodium, siue in feudum concessa, etiam, vt de iis ad libitum disponi possit per quemuis contractum de iure communi, & Regni Neapol. absq; Regis licentia non transferuntur, latè *D. Galeot. resp. fiscal. 12. n. 132. & seqq. Rocc. de offic. fol. 546. n. 10. 13.*

Et in Regno strictius iudicantur, quam feuda, *D. Goleot. d. resp. 12. n. 147. Rocc. sup.*

Regalia non nisi Principis concessione, & immemoriali præscriptione, Iure Imperiali Germanico, quæruntur; & absq; eius licentia non transferuntur. *Ragner. de Regalibus lib. 1. c. 5. ex num. 6. 10. 136. & seqq. D. Galeot. resp. 12. num. 201. & seqq. Antun. de donat. tom. 2. p. 3. c. 3. n. 69. 66.* Vbi de viis publicis. *Rocc. sup.*

Vt sit via publica necesse est, quod solum sit publicum, & quod per eam publicè eatur, & quod ducat Nos in Ciuitatē, flumen, vel mare, aut aliam viam publicam, *Sixtin. de regal. cap. 2. n. 21. Ramir. de lege Reg. §. 26. nu. 31.* post mille *Antun. d. c. 3. n. 2. & seqq.*

An Littora, & Maria sint de Regalibus, quod non, *Nos ad Rouind. conf. 48. n. 12. & seqq. lib. 3.*

Nam Maria quo ad proprietatem non sunt Principum, sed tantum quo ad Iurisdictionem, & protectionem, *Viu. dec. 344. num. 1. P. Heig. qq. Iur. q. 40. num. 57. lib. 2. Bellug. in spec. Princip. rubr. 28. num. 10. Peregr. de iure Fisci lib. 1. tit. 1. num. 17. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. num. 97. seqq.* vbi contrariis respondet, *Larath. in theatr. fendal. p. 11. dilucid. 48. & 51. Nos sup. num. 14. seqq.* Vbi probauimus, quod quamuis Rex in inuestitura concedat, non veniunt, nisi iurisdictio, *Bellug. sup. rubr. 30. num. 2. Constantius in l. vnic. nu. 37. C. de classic. lib. 11. Mastrill. de Magistr. lib. 4 c. 16. n. 164. Tasson. de antef. vers. 3 obs. 4. n. 217.*

446 Sic præscribitur per immemoriale merū, & mixtum imperium, *Barbos. in d. l. 6. num. 116. seqq. 124. 125. Kloch. de ærar. lib. 1. c. 125. Faiard. alleg. 33. tom. 2. Faust. Pro. Ærar. class. 9. ordin. 760 R. Marin. ad R. Reuert. dec. 391. nu. 6. dec. 466. nu. 3.* non constito de titulo *nu. 4.* & ad *dec. 540. nu. 5. Montan. de regal. offic. fol. 143. Idem Marin. resol. lib. 2. c. 115. num. 9. Sess. de inhib. p. 5. c. 10. & de exeq. mandat. p. 1. c. 1. & seqq. Venturini. consil. 9. n. 91. Antun. sup. c. 45. n. 24.*

447 In Lusitania, licet Iurisdictionalia sint imprædscriptibilia, *Ordin. lib. 2. tit. 45. §. 10. 50. Cabed. p. 2. dec. 9. num. 2. dec. 12. num. 1. dec. 41. num. 8. dec. 65. num. 10. 12. Em. Barbos. ad Ord. d. §. 10. Reynos. obs. 65. nu. 29. Cald. de man. reg. p. 2. c. 37. à num. 13. Oliua de foro Eccles. 2. p. q. 7. Antun. d. c. 45. n. 17. Phoeb. p. 1. dec. 213. num. 9. Molina de iustit. d. sp. 75. n. 8.*

448 Tamen sufficit immemorialis, *Barbos. in l. comperit à num. 41. & in l. quominus, ff. de flumin. num. 30. Valasc. consult. 141. d num. 4. Em. Barbos. in d. §. 10. Cald. d. c. 37. nu. 13. 14. Antun. num. 18. ex ordin. lib. 1. tit. 75. §. 3. & lib. 2. tit. 40. & lib. 1. tit. 67. & ordin. lib. 2. tit. 9. §. 1. & l. b. 2. tit. 27. §. 1.*

449 Sed nullibi sufficit præscriptio tempus 90. annorum, *R. Reuert. dec. 299. 566. D. Constantius in pragm. 1. de salar. eorum n. 19.*

450 Secus quoad possessorium, *R. Ponte cons. 30 97. lib. 1. & de potest. Proreg. tit. de regal. imposit. §. 6. nu. 38.* Sic debet dari terminus in causa, *Reuert. d. dec. 566.* Vide *infrà hic n. 467.*

451 Vt præscribatur contra Principem requiritur illius scientia, *Faiard. alleg. 33. num. 1700. Garz. de expens. gl. 7. num. 7. Borghin. dec. 4. n. 53. in 5. Bursat. consil. 360. n. 69. 70. Bardellon. consil. 96. n. 36. lib. 1. Larrea alleg. 110. n. 32. alleg. 92. n. 20. Bonden. collect. 4. n. 139. D. Merlin. contr. 72. num. 23. 24. tom. 2. Nos ad Rouit. conf. 91. num. 13. lib. 1 ad consil. 30. num. 19. lib. 2. Antun. sup. c. 45. num. 13. Gaston. discept. 6. num. 16. Cepparell. resol. fiscal. 26. num. 72. 79. 81. resol. 73. n. 11. Salgad. de reg. protect. p. 3. c. 10. num. 20. 21. Tranchedin. consult. 80. num. 20. D. Mansius consult. 648. num. 15. Anna. sing. 194. Marin. lib. 1. c. 234 num. 13. 14. & lib. 2. res. 115. num. 10. Georg. de feud. cap. 25. D. Capon. disc. 193. num. 35.*

Nisi possessor titulum ostendat, *Rouit. consil. 100. num. 8. lib. 2. & lib. 1. consil. 58. num. 6. Merlin. contr. 13. n. 23. Staib. resol. 188. D. Philipp. differt. 1. n. 39. Card. Luca de regal. disc. 135. num. 7. de Iudic. disc. 21. n. 72. Castill. lib. 6. c. 26. n. 4. & c. 28. Antouell. de temp. lib. 2. c. 105. n. 6.* Con-

Contra est *Antun. d.c.45.num.14. Altograd. conf.3.num.11. lib.2.* Sed in immemoriali præsumitur illius scientia, *Anna sing.94. Georg.repet.feudal.25. Marin.lib.1.c.234.n.12.13.& l b.2.c.115.n.10.* vbi limitat *num. 11*, constitutionē nostram *incip.* consuetudinem prauam. Nec admittitur probatio in contrarium, *R.Marin. ad Reuert.dec.466.num.6. Mootan. de regal.prælud.nu.31.Valenz.consf.93.n.44.*

An sufficiat scientia Ministrorum, Officialium, aut Viceregis, non, *D.Merlin.contr.72. nu.23.24.lib.2.Foiard.alleg.1.n.84.p.1. Cutell. ad leg.sicul.tit.de Iurisd.c.3.nu.41.seqq. Georg.repet.feudal.c.17.n.12.seqq. D.Capparell. d. ref.26. num.80.& ref.73.nu.11.seqq.* Sic *Bonden.collect. 4.num.139.165.* vbi dicat: requiri in dictis officialibus scientiam veram,& certam,*Larrea alleg.92.num.20.D.Palma dec.343.nu.15. Gatta conf.23.nu. 19.20.Mansf.consult.649.nu.36. Cyriac.contr.688.num.7.D.Galeot.contr.22. nu.27. Gratian.disc.695.nu.7.8.Merlin.d.c.4.num.7. Penia dec.74.num.25. Pigant.ad statut.Ferr. lib.4. rubr.2.num.10.Salgad.de reg.prot.p.1.c.1.n.140. & p.3.c.9.nu.18.Franch.dec.45.nu.10.Rota* post *Posth.de manut.dec.646.nu.73.*

Sed ex temporepræsumitur illius scientia, *Borbos.in d.l.6.num.131. Foiard.alleg.33. art.7. conclus.4.à num.700. Castill.contr.lib.6.c.28. D. Capparell.d.ref.73.num.13.D.Cirinus ionexu rerum Eccles.c.2.n.169.*

Probatur ignorantia ante factam requisitionem,*Osasch.dec.101.nu.23. Capparell.sup. n.14.*

In Lusitania requiritur scientia Principis, ex *ordin.lib.2.tit.9.§.1. Antun.d.c.45.num.16.* & ibi Vassallus nullo tempore, etiā immemoriali acquirit Regalia,& Principi reseruata,sed semper debet ostendere titulum,ex *ord. lib.2. tit.45. §. vlt. Valasc.consult.105.nu.65.consul.120.& 121. conf.141.num.10.Cabed.de iure patron.c.7.à nu.2 & p.2.dec.9.& dec.11.n.5. dec.12.14. à num.4. dec.15.à nu.4 dec.41.à nu.4.& dec.65.Idem Valasc.de iure emphyt.q.8.à n.22.*

Quid in *Castella.* Vide *l.6.tit.29.p.3. l.vltim. tit.13.lib.3.ordin.l.1.tit.15.lib.4. nou.recopil.* vbi *Lopes,*& alii,*Contr.in reg.possessor p.2.§.3.à n.3. Auendan.in l.41.Tauri gl.6.n.7. & de exeq.mondat.p.3.c.4.num.20.Molin.de primog.lib.2.cap.6. num.52.*

Quid in Gallia, *Rebuff.ad ll.Gall.tom.3.tit.de mater.posseff.art.2.gl.2.num.26. Menoch.de retin. remed.3.num.153.* In aliis Regnis, *Mastrill.de Magistrat.lib.1.c.19.*

In immemoriali, etiam sine titulo præsumitur scientia Principis, *D.Cirinus sup.num.170.* post mille *Antun.sup. n.14.* Nisi titulus ab initio non fuerit vitiosus,aut nullus, *Castill.contr. lib.6.c.28.nu.26.Mascard.conclus.1378. num.72. Percira dec.52. nu.9. Cald.lib.1.recept.q.23.num. 110.Giurba o.f.71.n.2.Cyriac.contr.3.num.8.D. Scoppa od Gratian.dec. 15.nu.9.10. D.Rosa consult.23.n.58.D.Cirin.sup.n.171.*

Non desunt tamen dicentes non requiri scientiam Principis ad præscribendum contra illum,*Altograd.cons.3.num.11 lib.2.D.Rosa consult.12.nu.21.P.Affl.contr.47 num.42.* vbi,quod sufficit scientiaOfficialium, *Dondens consult.65. num.6.*Videndi *R. Reuert. & R.Marin.dec.558. & 376.nu.3.* Et *R.Reuert. d.dec.376.* decisum refert per R.C. in Collaterali Consilio, quod fuit absolutus Baro Pulsani à petitione Regii Fisci, qui petebat condemnari dictum Baronē ad relaxandam Iurisdictionem Ciuilem,& Criminalem, ex quo absq;titulo illam possidebat, & per Centariam allegatam,fuit absolutus, *R. Marin.ref.18.lib.2.num.9. Rosental. de feud.c.5. conclus.17. Roto* post *Posth. de manut. dec.312. num.31.*

452 Quota seruitii contra Regem facilius præscribitur,quam totum, *D. Rosa consult.30.nu.54. P.Affl.contr.47.Olea de cess.iur.tit.3.q.6.n.29.*

453 Et per 40. annos præscribitur seruitium Baronis contra Regem, *D.Rosa consult.13.n.3. P.Affl.d.contron.47.Reg.Reuert.*vbi *Reg Marin. dec.558.*

454 Vassalli præscribunt feudum contra Baronem,vel quoram partem illius. per possessionē 30.aduersario suo in Regno præsente, concurrente bona fide, & possessio illa prodest, tam egendo, quam excipiendo, per *constit. incip.*consuetudinem prauam. *Nos ad Rouit.consf. 30.num.18.R.Reuert. & R.Marinis sup. Balmased.de collect.q. 45.nu.6.& 9. num.6.seqq. Roccus resp.3.n.35.R. Ponte conf.97.nu.8.seqq.Georg.repetit.c.23.*

455 Sed demanialia feudi non possunt præscribi,*Sto ban.ref.157.num.17. Nos ad Rouit.sup.& conf.91.n.13.lib.1.*

456 Vsui publico destinata sunt imprǣscriptibilia,*Hermosill.ad leg. Hispanas f.l.493.n.4. Frances de intrus.q.105.nu.11.Antun.de donat.reg.tom. 2.p.3.c.3.* Vbi de via publica, *Oter.& Bonden. de pascuis c.17.nu.1.Borbos.in L.4. C.de præscript. 30.vel 40.num.28. Bonden. de præscr pt.docum. §.135.primum.*Et tenetur possidens illa dimittere,vel legitimum titulum ostendere, *Antonell.de loco legal.lib.2.c.25.n.6.*

457 Secus si præscriptio sit immemorialis, *Antonell.de lo legal.lib.2.d.c.25.n.1.Andreol.controu.401.nu.43.* Vbi de pascuis in alieno Territorio,*Oter.de pascuis c.17.n.2.* & iuncto titulo habili ab ea deriuante, ac per eam probato, *Balmaseda de collect.q.45.n.2.*

458 Secus quæ non sunt in Vsupublico, sed in redditu,& patrimonio pupuli, nam illa 40.annis,*Antonell.sup.n.2.*

459 Statutum, vel lex prohibens præscriptionē debet intelligi de ordinaria, non vero de immemoriali,nisi expresse caueatur, *Paris.conf.1. num.123.lib.1.Tiraq.de vtroq;retract. §.1.gl.2.n. 12.Burg.de Paz conf.41.n.11.seqq.Canall.q.496 Oter.de pascuis c.17.n.3.& seqq.*

Immo neq; excludit illam 30.annorum. Idem si adsint verba testatoris, vel contrahentis,prohibentia præscriptionem,*Staib.ref.5.nu. 40.41.* 360 Pu-

460 Publica pascua, Villæ, Ciuitatis, aut Oppidi quandoq; præscribi possunt, quando talium terminorum non præscribitur proprietas, sed aliquod ius pascendi, vel aliqua seruitus rumpendi nempè, vel plantandi, quæ facilius acquiritur, quam proprietas, cum non sit tam magni præiudicij, *Bart. in l. cum de in rem verso, col. 2. ff. de vsuris, Auendan. de exequ. mandat. p. 1. c. 12. à nu. 9. Azeued. in l. 1. tit. 15. lib. 7. n. 64. in fine. Oter. de pasc. c. 17. n. 15. & seqq.*

461 Maximè si per præscriptionem istam acquiratur ius, seu seruitus tali modo, quod adhuc pascua manent publica, & in vsu communi, siue ab istis, siue ab alijs possideantur; vt puta quando Vniuersitas vna præscribit exitum, vel defensam contra aliam, *Auendan. d. c. 22. Prætor num. 9.*

462 Limitatur 3. conclusio, quod pascua publica non possunt præscribi, vt non procedat in aliqua parte, seu loco pascui publici iure præoccupationis ab aliquo etiam priuato acquisito, nam talia loca, quamtumuis vsui publico destinata, separatim acquiri possunt, & mediante præoccupatione, acquirens potest alium prohibere, *Bertrand. cons. 69. vol. 3. Bellon. cons. 49. Auendan. sup. num. 11. 12. est tex. in l. si quisquam, ff. de diuers. & tempor. præscript. Suar. alleg. 16. nu. 3. Robert. rer. iudic. lib. 1. c. 14. Charond. lib. 1. verisi. cap. 3. Forcatol. dialog. 85. nu. 5. Connan. lib. 3. commen. c. 15. num. 1. Couar. in reg. peccatum 2. p. §. 6. Oter. d. c. 17. n. 32.*

463 Limitatur 4. in aliis pascuis publicis, improprio nomine sic vocatis, quæ vsui publico vicinorum non deseruiunt, sed sic nominari solēt, quia eorum redditus in vsus communes Vniuersitatis conuerti debent, quæ 40. annorum cursu præscribi possunt, *l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. fin. C. de fund. patrim. lib. 11.* quod est etiam de Iure Hispano, per *l. 7. tit. 29. part. Oter. sup. nu. 34. 36. Boer. dec. 264. nu. 22. Fachin. lib. 8. contr. c. 3. q. 3.*

464 Donatarij Regiæ Coronæ possunt præscribere ius prohibendi venationem, per tempus immemoriale, nemine contradicente, *Antun. de donat. reg. tom. 2. c. 9. n. 85.*

365 Ius exigendi vectigalia non præscribitur nisi ex immemoriali tempore, *Crauetta cons. 814. num. 4. 5. Ronit. in rubr. de vectigal. num. 20. Maranta cons. 28. Trentacinq. var. res. lib. 1. tit. de Iure Fisci res. 5. nu. 2.* post alios *D. Galeot. resp. fiscal. 10. num. 22. 24. Franch. dec. 56. nu. 4.* Sed in Hispania contra Regem nunquam præscribuntur gabellæ, & Vectigalia, *Castill. contr. lib. 7. c. 21. n. 12.* Diximus *sup. nu. 434.*

466 Sic possidens vectigalia debet producere titulum, *Cyriac. contr. 523. nu. 54. D. Galeot. resp. 10. nu. 54. Larrea alleg. 68. n. 27. Faiard. alleg. 33. D. Rocca disp. 77. n. 2.*

467 Et si non exhibet titulum, possessio non iuuat, *Capyc. dec. 77. nu. 12. Franch. dec. 165. nu. 4. Reuert. dec. 136. & 452.* decisum refert *Ronit. in prag. 1. de Iurisd. Innic. Galeot. resp. 12. num. 364. Constantius in prag. 1. de salar. cornu. n. 19. Capibl. de Baron. in prag. 1. nu. 112. Andreol. contr. 401. n. 45. Marin. ad Reuert. dec. 136.*

468 Sic, si subditus per centum annos vectigal non soluat, illud præscribit, & sic non potest cogi illud soluere, *Montan. de regal. verb. vectigalia nu. 6.* Vide *infrà n. 601. & seqq.*

469 Sic etiam, cum Collectæ soluendæ à subditis Regi, pro manutentione Regni, sint de Regalibus, *Antun. de donat. tom. 2. lib. 3. c. 1. D. Rocca disp. 86. num. 13. Valenz. cons. 99. num. 19. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 14. nu. 17. seqq. Montan. eod. tract. §. vectigalia, nu. 4.* Illæ non possunt imponi à Baronibus, eorum Vassallis, etiam si illi habeant merum, & mixtum Imperium, *Mart. dec. Pisan. 160. Manson. de caus. execut. ampl. 30. num. 6.* Et extenditur etiam si maior pars Vassallorum consentiret, *Nouar. de grauam. Vassallor. grau. 335. vol. 1.* confutato *Capyc. d. c. 148. Marzius in patrocin. debit. fol. 783. nu. 16. & seqq. Marta dec. Pisan. 160. Manson. de caus. execut. ampl. 3. num. 6. D. Rocca sup. n. 14.*

470 Nisi adesset Consuetudo immemorialis, vt decisum refert, *R. Top. in iure Regni tit. de grauamin. Vassall. nu. 17. Ronit. sup.*

471 Et licet *Camill. de Curte in diuers. feudal. in cap. super est modo*, dicat sufficere centenariam præscriptionem, quia per illam tollitur præsumptio, quod solutiones factæ præsumuntur, per extorsionem, & per vim, *Andreol. contr. 401.*

472 *num. 41.* Tamen verius est non esse sufficientem centenariam, *Thes. dec. 16. Montan. de regal. rubr. vectigalia n. 5. 6. Capyc. dec. 118.*

473 Fallit nostra conclusio in Collecta S. Mariæ, in Regno, solita exigi à Vassallis, & possessio Baronum in hoc possessorio non est cōtra ius, sed non in alijs Collectis *Franch. dec. 56. num. 15. & seqq. Luca ad Franch. d. dec. 56. n. 2.*

474 Et ratio *sup.* positæ conclusionis est, quia solius Principis non recognoscentis Superiorem hoc ius collectandi; nec clausula: *cum collectis*, solita in priuilegiis Baronum, apponi. communicat hoc ius regale Baronibus, nam est de stylo, sicut, & cæteræ, quæ operantur, si quę iura exstabant acquisita in feudis, concessionis tempore, vt in *Pragm. 16. de Baronib. Gram. cons. 13. & 98. Vrsill. ad Affl. dec. 388. nu. 4. 5. Montan. sup. Luca ad Franch. d. dec. 56.*

Sed collecta soluenda per Ciues, Vniuersitati, præscribitur 30. annis, *P. Affl. contr. 47. nu. 19.* per 40. annos, etiam sine titulo, *Rocca disp. 84. nu. 2.* Immo secundum alios 30. 20. 10. *nu. 4.* Quamuis sciat teneri ad solutionem illarum *num. 19.* Nec est necessaria interpellatio *nu. 12.* Solutio collectarum in nostro Regno à quibus debeat fieri, & bonis, adest *Pragm. vnica de appretio, seu bonorum æstimatione*, vbi *Ronit. & Nouar. R. Marin. lib. 1. res. cap. 59. 63. 64. & lib. 2. cap. 54.*

Sed difficultas est, si quis nullo producto titulo, immunitatem à collectis opponat, an lite pendēte debeat illas soluere? & debere solue-

re,

re, quia in allegata immunitate iuris habent resistentiam, secus si titulum produxit, licet coloratum, ex *cap. eum personae, de privil. in 6. Anna alleg. 84. Capyr. dec. 189. Poute cons. 97. & dec. 18. num. 12. Ronit. in prag. 1. à num. 29. de Iurisd. ad inuicem non turb. D. Galcota contr. 53. num. 6. lib. 2. R. Marin. lib. 2. cap. 204. Rota dec. 595. nu. 4. p. 1. diuers. & dec. 348. nu. 1. Caualer. dec. 194. num. 12. Marin. ad Reuert. dec. 111. & 151.*

Et satis est pro titulo producere Instrumentum, quamuis de illo dubitetur, *R. Marin. ad Reuert. dec. 136.* signanter *nu. 5.*

475 Sic quando nunquam fuit soluta Gabella, tunc ad præscribendam immunitatem à muneribus, etiam futuris, sufficiunt 30. vel 40. anni, quidquid sit quando aliquo tempore fuit soluta, quo casu ad illius præscriptionem requiritur tempus immemoriale, *Thes. q. 8. nu. 9. lib. 1. Larth. cons. 20. num. 13. Capyc. Latr. consult. 68. num. 31.*

476 Eò magis si sit titulus, quamuis inualidus, & coloratus, *Thes. d. q. 8. n. 8.*

477 Licet non sit necessarius aliquis titulus, *Natta cons. 406. nu. 12. cons. 431. num. 27. Panciról. cons. 23. num. 9. Surd. cons. 234. num. 36. Schenard. cons. 32. nu. 5. Kloch. de contribut. c. 16. sect. 2. num. 32. & seqq.*

478 Nec adhuc effectum requiritur interpellatio ex parte Gabellarii, *Caphal. cons. 129. nu. 6. 7. & 8.* Maxime si casus acciderit exactionis, & non sit exacta, *Natta cons. 446. nu. 15. Kloch. d. sect. 2. num. 78.* latè *D. Gatta cons. 23. n. 16. & seqq.*

479 Ius patronatus incorporatum Marchionatui consideratur quid regale, *Salgad. de reg. protect. p. 3. c. 10. nu. 88. & de supplicat. ad Sanctiss. p. 1. c. 1. num. 137. Cabed. dec. 65. p. 2.* Et sic ad illud præscribendum requiritur tempus immemoriale, *Tranchedin. consult. 80. num. 28. 29. 30. Salgad. d. c. 10. num. 148. Cabed. dec. 65. p. 2. Antun. de donat. reg. tom. 2. p. 3. c. 28.*

Viæ publicæ sunt de Regalibus, Diximus *sup. nu. 445.* Ideo delicta in illis commissa spectant ad cognitionem, & punitionem Domini directi, & non feudatarii, *Sabell. §. feudum. num. 26. D. Rosa consult. 1.* Vbi qualiter viæ publicæ sint de Regalibus, intelligendo de viis extra Ciuitatem, & quoad protectionem, non quoad dominium, & alia plura ad rem, *D. Romaguer. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib. 1. rubr. 54. & lib. 5. rubr. 24. 26. lib. 6. rubr. 17. 23. D. Mansius consult. 228. lib. 3. Antun. de donat. tom. 2. cap. 3. num. 21. & seqq.*

480 Via publica non præscribitur durante forma Viæ, si verò alleget eã ex concessione Principis, vel Ciuitatis possidere, auoluit, si probet præscriptionem immemorialem, *Barbos. in l. 4. num. 39. C. de præscript.* vbi *D. Bo... in.* Et idem *Bonden. de præscript. docum. 13. Barbos. de claus. claus. 88. nu. 4. 5.* Sed debet concurrere saltim fama priuilegii, *Rota diuers. dec. 215. num. 7. p. 2.* Nam viæ publicæ, & stratæ pertinent ad iura Regalia, *c. vnic. quæ sint regalia, l. 2. §. 1. ff. de quid in loco publ. Surd. dec. 1. nu. 5. Borrell. de præst. Reg. Cathol. c. 7. num. 1. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 2. n. 11. Cyriac. contr. 178. num. 7. & seqq. Rosental. de feud. c. 5. concl. 20. Tonnut. resol. iur. c. 133. nu. 11. Montan. de regal. §. viæ publica fol. 52. Ripol. de regal. c. 40. num. 14. Ramir. d. lege reg. §. 26. num. 31. P. Gregor. de Republ. lib. 9. c. 10. nu. 21. Gaill. de pace publ. lib. 2. c. 1. num. 13. & lib. 2. obs. 64. num. 4.* post alios *Antun. de donat. tom. 2. c. 3. num. 1.* vbi *nu. 65 & 66.* dicit non præscribi, nisi per immemoriale tempus.

481 Verum vbi ad præscribendum ius certum requiritur tempus immemoriale, tamen ad declarandum dubium sufficit obseruantia decem annorum, *Molina de primog. lib. 2. c. 6. nu. 57. Menoch. cons. 400. num. 12. Peregr. cons. 35. nu. 6. lib. 3. Surd. cons. 254. num. 29. lib. 2. Marescot. lib. 1. c. 13 Sextin. de regal. c. 5. nu. 109. Mascard. concl. 1044. num. 6. Fontanell. de pactis tom. 2. claus. 6. gl. 3. p. 2. num. 4. Lara de anniuers. & Cappell. lib. 1. c. 5. nu. 48. 49. D. Rosa consult. 30. n. 52. Sabell. §. via.*

Sic publica Aqua, flumina, *Gobius tract. var. tit. de Aquis q. 10. num. 18. Lagun. de fructibus p. 1. c. 5. Sabell. §. Aqua, Gallus de fructibus disp. 3. art. 30. num. 31.* & alibi, *Antun. de donat. reg. tom. lib. 3. cap. 4.*

Verum Mare potest acquiri per Principem, & potest piscationem concedere in certa parte Maris, & alios prohibere, tamen per præscriptionem immemorialem, *Gregor. Lop. in l. 11. tit. 28. p. 3. verb. Pesqueras gl. 4. Garz. de expens. c. 21. nu. 34. Couarr. in c. peccatum. p. 2. §. 8. Henia in labyr. de commerc. c. 1. num. 12. Io: Salden. de Mari claus. lib. 1. c. 17. Molisot. de orbe maritimo. lib. 2. c. 19. Antun. de donat. tom. 2. p. 3. c. 8. n. 61. & 62.*

482 Quæ diximus intelligenda sunt in Regalibus, quæ Principi reseruata sunt, ratione dignitatis, sed non in Regalibus maioribus eidem reseruatis in signum singularis præeminentiæ, & prærogatiuæ, Vt præstatio census, & Tributorum, seu obedientiæ, quę ei debetur, & potestatis plenitudo, in quibus nulla præscriptio, nec centenaria, nec etiam immemorabilis tempóris locum obtinere potest, *Cancer. var. lib. 2. tit. 2. ex num. 110. Mich. Ferrer. p. 1. obs. c. 13. Mastrill. de magistr. lib. 1. c. 19. Ep. Afflict. in addit. ad suas controu. fol. 502. num. 112. 119. D. Ageta d. §. 14. q. 1. sub nu. 30. D. Scoppa ad Merlin. contr 13. num. 47. lib. 1. Carena res. 206. nu. 8. Larrea alleg. 15. nu. 5. Paclad. quotid. lib. 1. c. 3. num. 43. Guttier. de gabell. q. 5. Azeued. l. 2. num. 3. tit. 15. lib 4. nouæ recopil. Cabed. dec. 65. p. 2. Surd. d. c. 1.* vbi *Hodiern. Guttier. lib. 2. pract. q. 84. Valasc. consult. 167 n. 14. & seqq. D. Aguila ad Roxas de incompatibil. p. 7 c. 2. nu. 97. 98.*

483 Sic officiorum possessio, vel tenuta inualida est sine titulo, *l. herennius, ff. de decur. Capyc. dec. 77. Locr. dec. 35. nu. 4. Roccus de offic. fol. 296. nu. 72.* Vel si producat Instrumentum nullum, *Card. Luca de censib. disc. 6. num. 345.*

484 Nec suffragatur longissima possessio, *Cassad. dec. 1. num. 1. de restit. spoliat. Veral. dec. 304. num.*

num.2.lib.3. R.Sanfel.dec.340.num.76.seqq.Meno b. le retro.remed.ult.sub nu.24.Posth.de manut. obs.44.nu.25. Card.Luca de feud.disc.40. num.2. Burat.dec.312.n.12.seqq.Ro.ca disp.86.n.14.

485 Sed quoad manutentionem in possessorio interim, sufficit possessio, *Giouagn.cons.8.n.112.116.Farinac.dec 446.nu.6.in Posth.tom.2.Burat.dec.194.*& ibi ad *& dec.360.n.6.tom.1. Monac. dec.bon.30.num.10.Ciarlin.contr.114.num.14.R. Capy .Latr.dec.101.nu.32.Sanfel.dec.340.nu.2. Frasch.dec.210.nu.4.R.Valenz.cons 184.n.119. vol.2.Capyc.dec.189.num.5.Staib.res.& obs.27. num.15.Idem Capyc.Latr.cons.77.nu.18.20. D. R.Galeot.contr.51. num.2.tom.1.Postibus de manut.obseru.44. Thor.vot.84. A.d. ad Sanfel. d. dec.340.*

Contrà, quòd pendente probatione, etiam immemoriali, Princeps exercet iurisdictionem, *Magretti ad prag.Sicil.fol.275. num.2. Staib.res. 188.num.42. Antonell.de temp. legal. lib.2.c.25. num.7.Cyriac.contr.178.nu.7.seqq.D.Capon.disc. 193.Capparell.res.73. nu.5 6. Rota post Posth.de manut.dec.646.*

486 Sed quod tempus immemorabile, aut centum annorum sufficiat pro præscriptione rerum fiscalium, (non tamen iurium, in quibus minus temporis spatium requiritur) *R.Ponte tom.2.cons.155.num.7.8. Curtis diuers.feudal.num. 139.f.l.69.70* post alios *Rota ad Rouit.cons.40. num.4.lib.2.Conciol.alleg.14.n.35.36.*

487 Si quis præscripsit iurisdictionem, si postea à Principe illam obtineat, non destruit præscriptionem, *Carcer. var.p.3.c.3.à num.28. Olea de cess.iur.tit.8.qo.1.num.5. post Solorzan. Salgad. Cutell. Valeron.de transact.tit.5.qu.4.nu. 18.19.*

488 Adoha præscribitur spatio 30.annorum, dummodo fuerit petita, & Vassallus negauerit, *Capan.de iure adohæ q.50. nu.4. P.Affl.d.contr. 47.num.70.* Vbi dicit, quid dicendum in Regnó, per *Constit.* quadragenalem, & requiri centum annos, *D.Capparell.res.73.nu.25. Card. Luca de iudic.disc.21.nu 71.de censib. disc.20.n.7.* Secus si seruitium non sit certum, & perpetuũ, nec accidit casus illud præstandi, *P. Affl.sup. num.21.* Né requiritur interpellatio, vt currat hæc præscriptio, *Crau 1.cons.111.* Sed sufficit euenisse casum præstationis seruitij, & quod alij fuerint collectati, & adohati, & ab eo tempore currit præscriptio, *P. Affl.sup.num.22.*Sed Vide contra *Capparell.res.73.n.5.& 6.*

Verum si exactio adhoæ fiat ad minorem quantitatem, præsumitur concessio quo ad illam, *P.Affl.contr.47.num.28.29.30.* etiam contra Regem à Regno absentem, *P.Afflict. sup. num 30.*

Et adhoa soluta iuxtà taxam antiquam, licet fuisset aucta per 30.annos, præsumitur sic feudum fuisse concessum cum tali adhoa, *P. Affl.d. contr.47.n.44.*

489 Verum si quis soluerit adhoam Regi pro feudo, quod credebat tenere vt feudum, si reperiatur res burgensatica concessa à Rege, si per 80.annos soluerit adoham, illam non repetit, sed non soluit in futurum, *Reg. Reuerter. dec.558.*

490 In feudis, si quis per 30.annos steterit in possessione rei feudalis iure præscriptionis, videtur haberi assensus pro impetrato, ex *tex.c. si quis per 30.tit.si de feud.defunct. content.sit*, & de iure nostro municipali, per *Constit.incip.cõsuetudinem prauam*, vbi *gl.& Affl.nu.20. Nos ad Rouit.cons 30.num.18. lib.2. Scoppa ad Merlin.contr.81.nu.50.lib.2.R.Marin. lib.1.res 234. num.13.seqq. & lib.2.res.115. & ad Reuert. dec. 558.nu.1.Hodiern.ad Surd.dec.1.num.10. Georg. alleg.3.num.13.& repet.feudal.24.nu.12.& lect. 26.Reg.Ponte cons.97.num.8.seqq.lib.1. Montan. in c Imperialem n.152.*

491 Et per istam præscriptionem inducitur successoribus legitimis irreparabile præiudicium, vt dicit *Curtis in diuers.feudal.fol.74.& nu.118.* sequitur *Clar.l.4. sentent.qu.45. vers.quod inter.* Sic primogenitus, qui per 30.annos possedit feudum nouum, excludit secundogenitos à portione feudi, illis spectante, *D.Capon.disc. 193.num.18.19. D.Rota ad Rouit.cons.83.lib.1.* Vide *Nos sup.n.401.& seqq.*

492 Quod est intelligendum contra priuatos, & sic feudum habens à non directo domino, *P.B.rnos.in l.2.C.de præscript.30.num.176.* post mille ibi *Bonden.* secus contra Fiscum, secundũ *gl.in d.constit.consuetudinem verb.triginta*, quę dicit seruari dispositionem alterius *Constit.* immediate sequentis, quę incipit: *Quadragenalem*, per quam sublatis præscriptionibus, quæ in diuersis casibus dantur cõtra Fiscũ; quo ad feuda sanxit tantummodo locum habere præscriptionem centenariam, *Georg.alleg.3.num.13.* D.*Rota ad Rouit.cons.73.num.2.seqq. lib.2. Nos ad Rouit.d. cons.30.nu.19.lib.2 & lib.1.cons.91.num.13. Bilotta concl.feud.31.num.5. R.Ponte cons.32.num. 18.19.Bisogni alleg.125.n.31.*

493 Nam contra Fiscum requiritur immemorialis, *Garus res.36. num.19. cs.3.p.3.* Antonell. *de temp.legal.lib.1. cap.99. num.13. fol.244.* Vel saltim centenaria, *Cyriac.contr.3.nu.85.Tortigl. de feud.cent.2.art.96.num.12.D.Petra in rit.167. fol.101.col.2.Ventur.in.cons.9.num.91. lib.2.* Vbi de mero, & mixto Imperio. *R.Marin.ad Reuer. dec.168.num.2. Manfiel. ad Capy .Latr. dec.19. num.17.* Quid quid dixerit idem *Marin. lib.1. res.234.nu.15.& lib.2.c.115.nu.14.*

Quo ad feuda contra Fiscum, quod requiratur Immemorialis, *Giurba de feudis, §.2.gl.9 num 19.& seqq.& gl.11.num.69.& seqq. R.Tap.dec. Senat.Ital.2.& 3.Cotell.de donat.tom.2.fol.495. num.15.& seqq. Salgad.de reg.protect.p.3.c.10. Magretti sup.prag.Sicil. Ducis Sermonetæ Viceregis, obs.5.num.2.3.Nos ad Rouit.cons.30. num.18. & seqq.lib.2.cons.91.num.13.lib.1. Card.Luca de feud.disc.3. in annot.num.5.de regal. disc.144.ex num.7.*

494 Per

494 Per quam præscriptionem inter priuatos, si quis patiatur ipso viuente suum feudum ab alio teneri, & possideri, posse etiam legitimis Successoribus præiudicari, sicut per assensum concessum à Domino, *Rouit. d. cons. 73. num. 27.* prout seruatum refert *idem D. Rota sup. nu. 5.* in Causa Ill. Principis Montis Militum, *Roccus resp. 3. nu. 18. lib. 2. & nu. 35. R. Ponte cons. 97. nu. 8. seqq. lib. 1. Georg. repetit. feudal. c. 23.*

495 Secus in Prælato, qui non potest consentire. *Roccus d. resp. 3. num. 37.*

496 Verum in tali præscriptione tria præcipuè concurrere debent, nempè possessio tricennaria, bonafides, aduersario in Regno præsente, & seruitii præstatio, vt in *d. constitut.* consuetudinem. Nec in hoc est necesse, quod Princeps consentiat, dum consensus datur à lege, ex cursu temporis, secundum *gl. in d. constit. Montan. in c. imperialem, §. præterea Ducatus nu. 155. & seqq. de prohib. feud. alien. per Frider. Affl. sup. d. constit. nu. 22. & gl. in constit constitutionem diuæ memoriæ. Nos ad Rouit. cons. 91. n. 13. lib. 1.*

497 Et hoc non per viam præsumptionis assensus, sed præscriptionis, *D. Georg. lect. 24. nu. 12. D. Rota sup. nu. 7. Nos in d. cons. 30.* vbi citauimus *R. Ponte cons. 97. num. 8. seqq. lib. 1. Georg. alleg. 3. nu. 13. & in repet. feudal. 26. Rouit. in prag. 4. nu. 37. de possess. non turb. Montan. in l. Imperialē nu. 152. R. Marin. res. 234. nu. 13 seqq. lib. 1. & res. 115. lib. 2. & ad Reuert. dec. 558. num. 2. Hodiern. ad Surd. d. c. 1. n. 10.*

498 Et acquiritur etiam dominium talis feudi præscripti, etiam absq; regio assensu, vt probat *D. Georg. d. alleg. 3. nu. 13. & alij sup. citati*, quos refert *Reg. Marin. d. res. 234. num. 14. 15. lib. 1. Nos sup.*

499 Sed 30. annorum spatio præscribitur actio competens Fisco contra Vassallum, existentem in possessione non soluendi, nec seruiendi, *D. Marcian. exercitat. fol. 55. n. 5. D. Rosa consult. 30. num. 33.*

500 Sed quoad præscriptionem feudi in præiudicium Regis, quod requiratur spatium centum annorum, dicit *Lanar. in c. 1. qui feud. dar. poss. à n. 82. 100. 108. seqq.* vbi *nu. 70. vers. Ideo* concludit veriorem opinionem esse, vt sit necessarium tempus immemoriale, *D. Rosa consult. 30. nu. 32* Vbi de libertate à feudali seruitio. Maximè quo ad quotam seruitij, *num. 34.* Et *nu. 36.* etiam in seruitio debito Supremo Principi.

501 Sed de Iure Regni Neapol. in feudis, quāuis variæ sint sententiæ, vt per *Affl. dec. 305. num. 10. 12. & Vrsill. ibid.* Vbi declarat, quod requirantur duæ concessiones, & duæ deuolutiones cum præstatione seruitij spatio 30. annorū, Tamen in Regno firmiter concludit *idem R. Lanar. d. c. 1. nu. 91.* contra *Affl.* asserens dicta per *Affl.* nullatenus practicari, sed omnino requiri tempus immemoriale, & centum annor. ea ratione, quia præscriptio in Regno non datur contra Regem, nisi sit centenaria, vt res de demanio fiat excadentialis per *Constit. quatricennalem.* Et quando opinio *Affl. in d. dec. 305.* declarata per *Vrsill. num. 10.* fuisset vera, non procedit quando non adsunt duæ concessiones, & duæ deuolutiones ante illam, vt necessarium esse refert etiam *D. Galeot. contr. 7. n. 38. R. Ponte de potest. Proreg. fol. 289 n. 1.*

502 Quando agitur de præscribendo feudum de per se iam erectum, & formatum, hoc casu procedit præscriptio inter priuatos 30. annorum, cum præstatione seruitij, & habet locum *tex. in cap. 1. §. si quis per 30. & Constit. nostri Regni: tricennalem, Vrsill. ad Affl. dec. 254. Larath. in theatr. feudal. tom. 1. qu. 8. dilucid. 25. nu. 8. 11. Citriac. contr. 3.* signanter *nu. 78. seqq. Card. Luca de emphyt. disc. 60. Nos ad Rouit. d. cons. 91. num. 14. lib. 1.*

503 Sed quando agitur de præscribenda parte demaniali feudi, & Baroniæ, illam separando, & diuidendo à suo corpore feudali, hoc casu non datur præscriptio, nisi centenaria, post alios *P. Gregor. de iudic. caus. feudal. q. 23. Cumia in c. si aliquem verb. antiqu s nu. 45. Affl. dec. 167. nu. 2. dec. 254. nu. 4.* vbi *Vrsill. nu. 3. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 96. n. 78. 60.*

504 Quæ centenaria habet vim tituli, *D. Galeot. contr. 8. nu. 15. num. 1.* post alios *Giurba dec. 50. num. 7.*

505 Sic quando agitur de præscriptione feudi nō formati, nec de per se, sed partis feudi principalis Baroniæ, dum non est centenaria, nullo modo potest præiudicare præscriptio, *R. Ponte cons. 17. num. 6. 7. lib. 1. Giurba dec. 50. nu. 10. 14. & seqq.*

506 Pro qua conclusione faciunt etiam scripta per *D. Marcian. cons. 15. lib. 1. num. 18. 19.* quod scil. illud axioma, vt tempus 30. annorum cum præstatione seruitii inducat præscriptionem, fallit vbi agitur de alienatione partis, & diuisione feudi, super qua non sufficit assensus præsumptus, nec tacitus, sed specificus, & expressus, per *constit. constitutionem Diuæ Memoriæ. Frec. c. de subfeud. lib. 2. qu. 28.* Ideò assensus non potest præsumi spatio 30. annorum, *Anna in repet. c. 1. de Vassall. d. crepit. ætat post nu. 451. Larath lib. 1. dilucid. 19. 20. 25. num. 11.* Vbi subdit solum in hoc admitti centenariam, quæ habet diuersam naturam, & maius priuilegium, *Lanar. cons 44. num. 15.* Qui dicunt assensum, qui de necessitate requiritur, numquam præsumi, nisi spatio centum annorum, *Intrigl. de f ud. cent. 2. art. 6. n. 95. Ifeont. concl. iur. verb. assensus vol. 4. Vrsill. ad Affl. dec. 254.* decisum refert *Reg. Tap. dec. S. C. 4 n. 8. 24.*

507 Verum talis præscriptio centenaria, & immemorialis non iuuat quando constat de titulo inualido & nullo, præcipuè si eadem pars confiteatur possedisse, & titulum exhibuerit in iudicio, & de iure etiam ità præsumitur possedisse, scil. ex titulo præambulo, *l. 1. §. 1. ff de except. rei iudic. l. 2. C. de acquir. possess. Menoch. lib. 9. præs. 63 nu. 1. C. Gall. contr. lib. 7. c. 18. n. 182. & lib. 7. c. 20. n. 32.*

508 Quo caſu nulla iuuat præſcriptio etiam millenaria, Intrigl.d.cent.2.art.5.num.37.& art.7.num.72.& art.46.num.43.D.Galeot.contr.53.num.45.lib.2. Cum deficiat bona fides, quæ baſis eſt præſcriptionis, Affl.in conſtit.Duram.nu.5. Cumta ſup.n.452.

509 Ideò non obſtat centenaria, nam coniectura tituli præſumpti, quæ oritur ex immemoriali non poteſt aliquid operari, quando conſtat de inualiditate tituli veri, vt dicit Crauetta de antiqu.tempor.p.3.lim.7.nu.28.Intrigl.cent.2.art.82.nu.155.Sed vide Nos ſup.nu.84.279.& ſeqq.

510 Et licet in præſcriptione centenaria non requiratur bona fides, illud eſt quod per tot temporis ſpatium præſumitur. Sed quando manifeſte conſtat contrarium ex titulo, non poteſt ſuum operari effectum, gl.in c.1. verb.niſi.de præſcript.Loffred.conſ.20.nu.28.Intrigl.d.nu.155.ſeqq.Curtis in diuerſ.feudal.par.1.fol.78.àter. vbi num.11.dicit Iudicatum ſæpius, quod ſi exhibeatur titulus inualidus, tunc centenaria, quantumuis probata non iuuat, ſequitur D.Georg.alleg.34.nu.16.Gratian.diſc.279. nu.29.ſeqq. Lauar.in rrpct.feudal.fol.72 num.178.& ſeqq.latè D.Roccus de offirÿs,ſeptimo caſu,§.7.nu.68.ſeqq.fol.240 & ſeqq.

511 Verum vt diximus ſuprà Cautela eſt, vt nõ alleget pars tantum illum titulum inualidum, ſed alium, quamuis ille non producatur. Sed Vide Nos ſup.n.84.279.& ſeqq.

512 Sed ſi aliquis ſola poſſeſſione feudi ſe fundet requiruntur centum anni, ſecus ſi alleget conceſſionem,& probet poſſeſſionem, nam tunc ſufficiunt 30.anni, D. Roſa conſult. 30. num.39.

513 Diximus ſup. quod Vaſſallus contra Dominum non poteſt feudum præſcribere. Addimus Bouden.de præſeript.docum.11. D. Agnila ad Roxas de imcompatibil.p.7.r.2. num.103.109. in addit.fol.481.Nos ad Rouit.conſ.30. n.18.ſeqq. lib.2.

514 Sed poteſt ſe eximere ex immemoriali à poteſtate,& obedientia Principis, dummodo ſegerat pro libero Cabed. dec.40. nn.14. dec.41. num.5. Aurndan.de metu lib.2.cap.34. à num.60. Secus ſi fateiur ſe ſubditum, nam impoſſibile eſſet præſcribere nè ſit obediens Principi, vel alia ſeruitia, aut tributa, quæ ei inſignum ſubiectionis debentur, Cæuall.qu.46.Cyriac.contr.13.num.58.Patin.de gabell.p.2.num.156. Giurba de feud.ad c.118.§.2.gl.13.num.81.Barboſa in l.6.C.de praſcript.num.1.& ſeqq. Otalor. de nabilit.c.2.p.1.num.10.Caldas conſ.27.num.34.35. Salzed. ad l. Recopil.in l.4.c.20.tit.14. lib.3. recopil.num.109.Tepat.var.ſentent.tit.240.c.8. vbi de iuramento fidelitatis, Olea de ceſſ.Iur.tit.3.q.6.num.29.& ſeqq.

515 Idem quo ad obſequium debitum Dominis, nam non poteſt in totum, ſecus quo ad partem, Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.127.& 128.& allrg.87.num.3. Barboſ.ſup.à num.187.Olea ſup.num.28.

516 Verum præſcribitur dominium directum in feudis ex recognitione longiſſimi temporis, Roſental.de feudis cap.6.concluſ.81. Andreol.controu.313.n.30.

517 In noſtro Regno contra Fiſcum, vigore Conſtitut.inter.p.quadragenalem, ad cuius intelligentiam multa ſcripſit Co.ſtl.Georg.in repet.t.feud.27.28.29.30.& 31. non præſcribitur, niſi ſpatio centum annorum, D.Roſa conſult.22.& 30.P.Affl.contr.46.& 47. R.Tap.in d.conſtit. R.Marin lib.2.reſ.115.num.9.& ad Reuert.dec.333.n.4.Nos ad Rouit.conſ.92.nu.13.14.lib.1.

518 Et per talem Conſtitutionem, tale tempus requiritur etiam ad præſcribendam omnia bona, quæ Rex poteſt, vt quilibet priuatus poſſidere, vt paſcua, Montes, & alia ſimilia, vt probat R.Tapp.in d.conſtit. num.7. R.Marin. ad Reuert.ſup.

519 Et in noſtro Regno, in huiuſmodi præſcriptione non requiritur ſcientia Dom Regis noſtri, R.Tap.ſup.num.13. R.Valenz.conſ.93.nu.94.R.Marin. alleg.149. num.14. & ad Reuert.d.dec.333.num.5.6. R.Curtis p.1. diuerſ.feud.c.16.n.94.ſeqq.

520 In rebus fiſco quærendis,& non incorporatis, ſufficit in Regno quadragenalis, exceptis duobus caſibus contentis in d. Conſtit. quadragenalem,& ipſe Curtis addit quartum, quando ob vectigal non ſolutum incidit quis in commiſſum reſpectu bonorum, pro quibus vectigal eſt Regi ſoluendum, quod Curtis ibid.dicit pręſcribi quinquennio, allegans tex. l.2. C. de vectigal.& commiſſ.

Facultas reuocandi venditionem feudi ſinè aſſenſu præſcribitur, R.Marin.lib.1.c.234. ex n.9.vbi Rodoer.in addit Anna pater in Conſtit.Conſilt. Diuæ Memoriæ num.277. Anna fil.conſ.127.nu.36.lib.2. Nos ad Rouit.conſ.69.nu.5.in fine D.Scoppa ad Merlin contr.81.nu.48.lib.2.

521 Præſcriptio quandoq; non currit, quandoq; ceſſat, ac dormit, & quandoq; interrumpitur, Hodierna controu.13.Carleual.de iudic.lib.1.tit.3.diſp.4.Caſtill.contr.lib.7.c.35.nu.1.ſeqq. Guſman.verit.4.nu.17. Brrlich.p.2. concl.6.Couar.in cap.& regul.poſſeſſor.p.1.§.12.nu.4.Tepat.ſententiar.tit.563.

449 Exceptio nullo tempore præscribitur, nam actiones temporales ad agendum sunt perpetuæ ad excipiendum, *Bart.in l.pure est, §. si minor, ff.de iur.iur. Gulielm. de Ludo sing.82. Gratian.dec.151.nu.15.* & ibi *Addentes, Pacion. alleg.16.nu.18.& 27.nu.20.l.purè,in fin. ff.de doli except. D.Marcian.disp.98.n.4.5.lib.2.Merlin. de pignor.lib.4.q.80.n.45. Antonell.de temp.legal. lib.2.c.67.n.116.seqq.Roccus resp.77.n 22.lib.1. Vaz axiom.iur.lit.T.n.25.& seqq.* Vbi limitat, Diximus *sup.n.99.*

650 Nec præscribuntur ea, quæ consistunt in mera voluntate. *l.proculus, ff.de damn. infect. l. 1.§.denique. l.si in meo, ff.de aqua pluu.arc.l.2.ff. de via public.Gratian.disc.88.n.13.disc.89.nu.13. disc.564.nu.44.& seqq.* vbi *Luca, Cabed.dec.109 n.2.p.2.Barbos.in c.accedentes,n.11. de præscript. num.3 in c.vt priuilegia.24.de priuil.nu.8. & in addit.ad collect.p.159.Xart.dec.38.nu.6. Couar. var.lib.1.c.9.nu.1.2.Menoch.de arbitr. cas.44. à n.6.*

n.6.& cons.143.nu.3.& 29.Cald. de renouat. qu. 15.n.42.Menchac.vsufr. qu.4.num.9. Surd.cons. 127.n.21.cons.260.n.17.Reynos obs.65.n.32. & seqq.Castill.contr.lib.7.c.32.n.2.seqq.Gobius de aquis q.10.n.34.

651 Sic, si per tempus longissimum sit facta electio Deputatorum alicuius Ciuitatis, de solis popularibus, siue nobilibus, cum alioquin debeat fieri de nobilibus, & popularibus, tamen non acquiritur præscriptio contra nobiles, si tales nobiles non fuissent, latè *Larrea dec.41. n.11.seqq.*

Sic etiam, si quis numquam soluit collectas super eius Territorio per mille annos, si postea imponatur collecta super dicto Territorio, & aliis, non potest allegare præscriptionem, *In.de Plat.in l.1.C.de excoctinn. & translat.milit.annon. lib.12.* decisum refert *Anna in annot.impressa post argumenta consil. lib.2.* licet ipse contrarium consuluerit *cons.59.* decisum refert *Thor.in 1.p.comp.dec.verb. collecta,* post hos, *Amic.& alios R.Mariu.ad Reuert. dec.469.*

652 Sic dona data per Vassallos, vel Vniuersitatem Baroni, tanquam gratiosa, & facultatiua, quolibet anno, numquam præscribuntur *l.Sein amico, §.Medico, ff.de ann.legat. Alberic. in l.vsufructu legato, in fin. ff.de vsufr. Baeza de decim.tutor.c.25.num.7.Guttier.de tutel.3.p.cap.28.P.Barbos.in l.diuortio, 8.§.quod in anno, n.6. ff.solut.matrim.D.Galeot.lib.2.contr.42.à nu.14. & 18.Laganez de fructib.c.14.à n.3.& c.15.§.4. num.4.*

Quia in his facultatiuis non animo se obligandi quis talia facit, sed potius familiaritatis, & amoris, & exercendi liberalitatem, *Conar.in cap. possessor, 2.p.§.4. Balb.de præscript.4.p.5.p. princip.q.1.Serafin.dec.716.nu.10.11.& dec.813. num.5.*

553 Sic non habet locum præscriptio, *Arumæus lib.exercitat.2.c.9.Fontanell.de pactis cl.4. gl.17.à num.9.Valenz.cons.149.n.28. Posth.de manut.obs.53.Christin.dec.164.n.18.& dec.294. n.26.tom.1. Nouar.de grauam. vassall. tract.2. prælud.3.Castill.de tertys c.32. Larrea alleg.92. num.6.*

654 Immò nec immemorabilis iuuat, *Larrea d.alleg.92.nu.6. R.Marin.res.lib.1.c.63.num.5.& res.78.à num.8.Gabriel.com.concl.tit. de præscrip. concl.10.à nu.9.Tasson.de antef.vers.11. obs.2. à n.116.D.Prat.obs.36.n.17.& disc.47.à num.35. tom.1.& tom.2.disc.30.*

655 Exempla facultatiuorum sunt. Velut si quis millies apud se Amicum hospitio acceperit, qui tamen in futurum recipere non cogitur, quia nullo iure cogente, sed amicitiæ causa, & ex mera voluntate id facit, *l.& habebat 15. §.hospites, ff.de precar.Cæuall.qu.501. à num.15. Posth.de manut.obs.53.num.3.Valens.cons.53.n.3* Idem dicendum de seruitute habita inter fundus Amicorum, consanguineorum, aut vicinorum, per multos, & multos annos, nam præsumitur iure familiaritatis, non seruitutis, *Altograd.cons.12.nu.24.lib.1.Pac.Iordan.lucubrat. vol.3.lib.14.tit.24.nu.407.in fin.Sabell. §. seruitus, nu.5.*

656 Et licet contra teneat *Felin. in c. cum M. Ferrariensis, vers.tertia declaratio, de constitut.* Tamen rectè dictam doctrinam intelligit *Crauett.d. antiq.temp.4.p. vers. præmissa, num.43.* Vt tunc solum procedat, quoties ex qualitate personarum, aut ex coniecturis colligi possit non gratis, aut iure familiaritatis, sed ex debito, vel iure seruitutis hospitatum fuisse, *Menoch.de arbitr.cas.160.nu.59.Barbos.in c.cum Ecclesia Sutrina, n.21. de caus. poss. & propriet. Tasson.d.obs.2.nu.99.& 109.Galeot.d. contr.42. n.2.Prat.d.disc.30.n.6.*

657 Aliud exemplum facultatiuorum est in illo, qui certã eleemosynam, per plures annos, pauperibus præstare solitus fuit, nam non ob id, in posterum ad eam erit adstringendus, post alios *Tasson.d.obs.2.Lagun.d.§.4. num.15.* licet contra scripserit *R.Ponte cons.144. lib.2.* maximè si agatur fauore piæ causæ, & diuini cultus, *Gabriel.de præscript.concl.10. nu.11. Addit. ad Ludouis.dec.162.num.15. Surd.de alim. tit.1. qu.60.nu.9.& tit.7.qu.3.n.18. Tonnut.lib.1.qq. benefic.c.43.num.13.Card.Luca de regal. disc.46. n.2.Rota rec.dec.360.n.7.p.1.& dec.54.n.9. p.4. tom.2.& dec.389.p.5. R.Marin.lib.1.c.78. n.16.*

Immò fauore piæ causæ sufficit præstatio decennalis, *Card.Luca de regal.disc.46. n.2. Penia dec.1135.n.2.seqq.Tonnut.qq.benefic.39.n.17 & d.c.43.n.13.Rueca disp.67 n.49.50.*

658 Idem dicendum in illis, qui ad furnum, seu molendinum alterius, per longum tempus ire consueuerunt, *Bald.in l.5.nu.5. C.de seruit. & aqua.D.Capon.discept.230.num.111.seqq. Amaya in C.tit.de auro Coronat.ad l.vnic.n.35.Larrea alleg.fiscal.69.n.23.seqq.Luca ad Franch.dec. 380.n.4.6.ad Gratian.disc.89.n.13.Griphiand. in Oeconom.legal.lib.1.c.22.num.50 Card.Luca de regal.disc.144.Fontanell.de pact.cl.4.gl.17.nu.8. seqq.Cobell.de bulla boni regim.c.31. nu.218. & seqq.Mastrill.de magistr.lib.4.c 18.nu.26.Fragos. de regim.Reip.Christian.p.1.lib.3.disp.7. num.61. seqq.Vilaplana de brach.milit.c.3.n.193.seqq.Giurba obs.60.n.7.obs.71.n 6.obs.82.n.10.in tract. de success.feud.§.2.gl.13.n.69. Ruder.ad Marin obs. 32.& 63.n.7.Passerin.a Sextula in c. consuetudinem.2.de consuet.in 6.n.87 seqq. Antun. de donat. tom.2.p.3.c.5.n.8.& seqq.*

Nisi facultas prohibendi ex præscriptione post prohibitionem completa Baronibus, vel Vniuersitatibus, esset acquisita, *Antun.de donat. tom.2.p.3.d.c.5.num.11.seqq.Capon. d. disc.230. n.4.seqq.Luca ad Franch.d.dec. 380.nu.6. Fontanell.sup.n.52.Gbell.d.c.31.nu.221. Fragos.sup.n. 61.Vilaplan.sup.n.195.339.seqq. Giurba d. obs. 60.n.7.& obs.71.n.9.& obs.82.nu.10. de success. feud.§.2.gl.13. n.69.Ruder.ad Marin. d.obs.32.n. 11.obs.63.n.9.Passarin.sup.n.89.seqq. Mastrill.d. c.18.n.35.Amaya in d.l.vnic. n.16.* benè *D. Ruzmaguer.ad Conciol.ad stat.Eug.lib.5.rubr.14.num. 7.8.*

7.8. *Capoll. de seruit. vrban. præd. c.50. in 2.9. Guid. Pap. dec. 298. Neurz. cons. 43. nu. 10. Postb. obs. 53. D. Rosa consult. 66. à num. 7. Nauar. de grauam. vassall. grau. 59. à num. 4. R. Capyc. Latr. consult. 310. à n. 13. & 28. Lagun. de fructib. c. 15. §. 4. n. 23. 27. D. Capon. discept. 177. n. 23.* Vbi de seruitute.

659 Quæ prima conclusio procedit, etiam per mille annos, aut tempus immemoriale quis accesserit, *Conar. in reg. possessor. 2. p. relect. §. 4. à nu. 6. Lagun. sup. n. 19.*

660 Signanter in dominis vassallorum, in quibus loquitur *Cauar.* post alios *Oter. de pascuis, vbi Addit. cap. 21. n. 9. Casanat. cons. 39. n. 7. Fontanel. cl. 4. gl. 14. à n. 27.* Quamuis ipse à *n. 42.* contrarium teneat in immemorabili, *Guid. Pap. d. qu. 298. in fin. Boer. dec. 125.* Vbi contra Vassallos, qui per immemorabile, ad furnum, vel mulendinum Domini accesserint, iudicatum refert.

661 Sed contraria opinio cum *Conar.* est melior apud *Thes. dec. 16. Surd. cons. 127. à nu. 81. Boss. de regal. num. 41. circa fin. Gratian. disc. 89. n. 18. & disc. 298. num. 10.* vbi *Luca*, *Casanat. cons. 39. nu. 7. Castill. de tertijs c. 29. num. 4. 5. Ronit. in prag. 14. de Baron.* Vbi etiam *Nonar. num. 8. Valens. cons. 149. num. 29. 30. Larrea alleg 69. nu. 26. Amaya in l. vnic. C. de aur. Carauar. n. 36. 39. Nouar. de grauam. vassall. tract. 1. grau. 58. Capibl. de Baron. in d. prag. 14. Antun. de donat. 3. p. c. 5. nu. 8. seqq. D. Rosa consult. 66. R. Marin. lib. 1. c. 78. à n. 8. Lagun. d. c. 15. §. 4. num. 24. seqq. Andreol. contr. 401.*

Verum Barones allegantes quasi possessionem legitimè præscriptam, affidandi exterorum animalia in Territoriis Vassallorum, lite pendente debent abstinere, post mille *Reg. Merlin. ad R. Reuert. dec. 472. n. 3.*

662 Et quo ad annuas præstationes factas per Vassallos Baronibus, multò magis procedit conclusio, quia illæ præsumuntur potius extortæ per vim, metum, ac tyrannidem Dominorum, quibus, vt potentioribus pauperes, & miseri vassalli, nec possunt, nec resistere audent, *l. vlt. §. si iusto, ff. de postul. l. qui per potentiam, C. de omni agr. desert. l. 1. C. de rustic. ad vll. o'. seq. nocent. Conar. in c. possessor. 2. p. §. 4. n. 5. Gregor. Lop. in l. 6. tit. 25. p. 4. gl. deben las seruir, col. 2. & 3. Aniles in c. prætor, 24. gl. 1. nu. 6. Mascard. concl. 1301. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13 nu. 21. Fragos. de regim. Reip. Christian. p. 1. lib. 3. disp. 7. ex n. 6. Mier. de maiorat. 4. p. q. 20. à n. 66.*

663 Idem de præstationibus operarum factis à Vassallis Domino, *Cyriac. contr. 155. nu. 5. seqq.* post alios *Andreol. contr. 401. n. 36.*

664 Et de violentia, & metus præsumptione in his præstationibus in dubio contra Barones dicendum, dicunt *Nonar. tract. 2. de grau. vassal. prælud. 2. Staib. res. 98. n. 155.* post mille *Lagun. d. §. 4. n. 29. seqq.*

665 Sic non iuuat præscriptio absque titulo 30. vel 40. annorum, *Lagun. d. §. 4. num. 37. seqq. Conar. in d. reg. possessor. p. 2. §. 4. nu. 5.* Qui loquitur etiam allegata, & probata causa præstationis, ob vehementem iuris præsumptionem, quam contra has impositiones stare ex dictis *sup. Gab. Rodrig. de ann. reddit. p. 1. qu. 15. à n. 62. & 64. Mier. de maiorat. p. 4. q. 20. à n. 81.*

Maxime extorsione per aliquos actus probata, *Medic. caus. 152. nu. 65. seqq.* præscriptiue in excessiuis præstationibus, *Staib. res. 98. nu. 155. seqq. Ponte cons. 48. n. 19. Tasson. de antef. vers. 3. obs. 4. n. 192. Lagun. sup. num. 37. seqq.* Vbi hoc tenet non obstante longo, aut longissimo tempore, seu immemoriali.

666 Sed contra in longo, aut longissimo tempore in his præstationibus Vassallorum, maximè aliqua causa in eorum solutione allegata, tenent alii, ex *text. l. cum de in rem versa, ff. de vsur. Paul. de* Castro. *cons. 51. col. vlt. lib. 2. Alex. cons. 121. num. 4. Bald. de præscript 2. p. principal. qu. 10. Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius, verb. & vxorem, num. 439. & seq.* Menchac. *illustr. lib. 2. c. 83. n. 16. & 27. Solorz. de Iure Indiar. tom. 2. lib. 1. c. 1. n. 31. Lagun. d. §. 4. nu. 47. seqq. Andreol. contr. 401. n. 7. & 37.*

667 In qua contrarietate DD. distinctio est inter longi, aut longissimi temporis, & inter immemorialem præscriptionem, vt in primo casu negatiua opinio sit verior, ob vehementissimam iuris præsumptionem contra Dominos, qui has impositiones per vim, & metum, ac tyrannidem a vassallis extorqueant, *Conar. in d. regula possessor, p. 2. §. 4. n. 1. seqq.*

668 In secundo casu sit verior opinio affirmatiua, *Gregor. Lop. in l. 6. tit. 25. p. 4. gl. magna, in medio, Aniles in c. 24. prætor. gl. 1. in fine, Rodrig. de ann. reddit. lib. 1. qu. 15. à n. 6. Fragos. de regim. Reip. p. 1. lib. 3. disp. 7. n. 59. 60.* Capibl. *de Baron. tom. 1. prag. 1. ex nu. 218. Nonar. de grauam. vass. tract. 1. grau. 3. ex n. 10. Andreol. contr. 401. nu. 45.* Diximus *sup. n. 671.*

669 Maximè in Baronibus recognoscentibus Superiorem, *Guttier. pract. lib. 1. c. 92. nu. 2. Capibl. sup. n. 216. Andreol. contr. 401. n. 37.*

670 In Hispania, ex *pragm. Iunict. Imper.* Caroli *V. in l. 8. tit. 15. lib. 4. recopil.* præscriptio longi, aut longissimi temporis non procedit, nisi in possessorio, sed non in petitorio, *Lagun. d. §. 4. n. 53. 54.*

671 Sed si adsit immemorialis iuuat in petitorio, & possessorio, vt in omnibus partibus Mundi, *Menchac. illust. lib. 2. contr. 83. à num. 35. Clar. §. feudum qu. 2. Lagun. sup. nu. 55. Capibl. tom. 1. prag. 1. ex n. 218. Nonar. sup. tract. 2. prælud. 7. & grauam. 3. Cauar. in reg. possess 2. p. §. 4. n. 4. 5. Aniles in c. 4. prætor gl. 1. nu. fin. & gl. 2. Auend. de exeq. mand. p. 2. c. 4. nu. 8. seqq. Guttier. pract. lib. 1. qu. 92. Flor. de Mena var. qq. lib. 3. q. 21. n. 51. Villadieg. in polit. c. 5 §. 24. num. 2. Azeued. in d. l. 18. Rodrig. de ann. reddit. lib. 1. q. 15. nu. 67. & seqq. Fragos. de regim. Reip. p. 1. lib. 3. disp. 7. n. 60.*

Cum ex immemoriali tempore cesset quælibet præsumptio metus, etiam in Vassallis, ex DD. sup. citatis, *Lagun. d. §. 4. num. 69. seqq. Andreol.*

dreol.contr.401.nu.45. Lucа ad Francb.dec.56.n. 1. vbi dicit non sufficere centenariâ, ex *Thes. dec.16.Montan.de regal.rubr.vectigalia,n.5.& 6. Capyc.dec.118.*

672 Sed difficultas est, an debeat per Barones probari spontanea voluntas dandi huiusmodi donatiua, & teneri dicit *Gregor.Lop.in l.6.tit. 25.p.4.gl.magna, Io.Solorz. de Iure Indiar.tom. 2.lib.1.c.1.n.36.*

Sed contrarium, & verius esse tenent DD. citati per *Lagun.sup.num.69. DD. in cap. quod latenter.de reg.iur.Guttier.pract.q.99. lib.1. Couar.in reg.possessor p.2.§.4.ex num.4.5.Burg.Paz consl.15.num.33.34. Rodrig.de anu. reddit. lib.1.q. 15.num.68.Fragos.de regim.Reip.p.1. lib.3.disp. 7.num.60.Nouar.de grauam.Vassall.tract.1.grau. 3.num.11.seqq.Lagun.sup.num.101. & seqq.* vbi etiam in Hispania.

673 Et in hac immemoriali nec causa,nec titulus coloratus allegari, & probari debet in his Vassallorum Impositionibus, *Lagun.sup.nu.74. 77.81.Menchac.Ill.qq.lib.2.cap.83.nu.35. Fragos.d.disp.6.nu.60.Capibl.sup.prag. tom.1.prag.1. num.219.*

674 Circa testes examinandos non sufficiunt duo testes, ob Iuris resistentiam in hac præstatione, *Auendan.de exequ.mandat.p.2.c.4.nu.11. Azeued.in l.1.tit.11.nu.12.lib.6.recopil.*

675 Testes Vassalli non iuuant, *Amaya in l. vnic.ex n.39.C.de aur.coronar.lib.10.*

676 Per famam publicam separatim, atq;specialiter articulandam, & probandam,non per vltimum generalem Articulum, qui fine omnium probationum interrogatoriis inseritur: *quod d. prædictis est publica vox,& fama, Molin. de primog.lib.2.c.6.num.38.Francb.dec.56.n.20. Nouar.d.grauam.3.nu.31. Capibl.d.pragm.1.nu. 224.Lagun.d.§.4.n.118.119.*

677 Bonafama specialiter,& testium opinio est articulanda,& probanda, vt in qualibet immemoriali, *Auendan.de exequ.mandat.p.1.c.6.nu.6. Molina d.1.6.ex num.30. Castill.de Tertijs c.27. nu.5.6.Cranct.de antiq.temp.1.p.§.quæritur n.38. D.Crespi obs.14.n.72.*

Maximè in Baronibus contra Vassallos,quæ præscriptio odiosa reputatur, *Garz.de expens. c.9.nu.8.Nouar.d.grauam.3.nu.22.23.*

678 Secus in alia immemoriali, non;cōtra Vassallos, *D.Crespi sup.nu.73.* Maximè si testes sint personæ graues, putà Clerici,Equites,& alij, indignitate constituti, *Molina sup.Lagun.d.§.4. n.123.seqq.*

679 Testes specialiter deponere, & exprimere dictum, nec sufficit referri ad Articulum generaliter in eo contenta,pro vt ibi sunt,vera profitentes, nisi aliqua iusta causa reddatur, *Veral.dec.71.in fine p.2.* Rota apud *Marchesan. de commiss.tom.1.fol.462.Nouar.d.grau.3.n.30.*

An probari possit per scripturas, immemorialis,diximus *sup.n.367.& seqq.*

680 Difficultas alia est,an Baro debeat probare munera per Vassallos singulis annis vniformiter fuisse præstita, ita quod alias diuersitas præstationum, seu difformitas in totum immemorialem infringat? Distinctio est, Aut difformitas est in specie, quia in vno anno gallinæ,aut perdices,altero verò Cuniculi, vel Capones, Vassalli præstiterint: Aut in quantitate,vt puta si aliquibus annis quinquaginta Regales,seu ducati,& alijs triginta,plus,vel minus solutum fuerit. In primo casu in totum præscriptio corruet propter manifestam coniecturam, quod non ex necessaria obligatione, sed ex libera voluntate huiusmodi difformia munera fuerint oblata,nam si tanquam necessariò debita soluerentur, tam notabilem specierum variationem, & sic obligationis substantiam,nec creditor, nec debitor de facili mutari permitterent. In secundo casu,cum difformitas non sit in specie,sed in quantitate,seu numero consistat, tunc verius est in minori saltim summa præscriptionem induci, quia minor est in maiori,*l.1.§.si quis simpliciter, ff. de verb.obligat.Cæcer.var.tom.3.c.1.ex nu.23.Capibl.prag.1.c.4.ex n.12.cum seqq.Lagun.sup.nu.134.seqq.*

681 Alia est difficultas,an hæc præscriptio procedat,tam quo ad proprietatem, quam quo ad possessionem,& manutentionem,ità quod Domini Vassallorum immemoriali non ostensa, vel interim quod de ea probanda, seu de petitorio agitur,Iuris exigendi, quasi possessione spoliari debeant.

De *iure* Hispano, probata possessione per 40.annos,Baro manutenetur.*Lagun.sup.n.140.*

De alio *iure* tractant *Capyc.dec.6.77.189. Gramm.vot.12.& cons.90. & 147. Intrigl.de feud.art.5.num.17.cent.2. Anna alleg.84. & sing. 556. Ponte cons.40. & 97. Thes.dec.208.Menchac.Illustr.cap.84.num.29. & c.85.seqq. Rouit. in prag.19 num.6.de baron. Lanar.in addit.ad Patrnum.in §.si quis per 30.tit.de feud.contend. n.71. seqq.Sess.de inhibit.c.5.§.10. & nu.33.46. Lagun. num.141.Giurba super Consuet.Messan. c.2.gl.2. p.1.nu.10.* Vbi distinguit inter seruitia soluta, & consueta, & inter insolita nimis Vassallorū libertatem infringentia, vt in illis manuteneantur,secus in istis, *Mastrill.de Magistr.lib.4. c.18.num.14. Nouar.de grauam.Vassall. tract.1. grau. 3.ex n.7.9. Capibl.de baron.tom.1.sup.prag. 1.n.229.seqq.*

682 Secus esset, si talis præscriptio esset interrupta,& post interruptionem non esset secuta alia,*Molina de primog.lib.2.c.6.num.46.47.* Vbi secus dicit in immemoriali,*Lagun.d.§.4.nu.143 & seqq.*

683 Et in casu proposito non solum sufficit realis interruptio,sed sufficit populi murmuratio, aut fama in contrarium, scil.quod exactio violenta esset,vel nullo iure subnixa in populo dicatur, *Isern.in c.1. quæ sint regalia.col.4.verb. Planstorum.Lucas de Penna in l.1. C.vt rustic.ad vll.obseq.Capyc. in Inuest.feud. vers.Collectarum, Greg.Lop.l.6.tit.25.p.4. gl. Magn. vers.& subdit bellissimè, Addit.ad Ludouis.dec.398.num.13.Nouar.*

nar. d. gran. 30. n. 62. ver. immò. Vbi quod rumor, aut etiam populi tumultus reddit improbabilem immemorialem, Amaya in l. vn c. C. de auro Coronar. lib. 10. nu. 40. Pacian. de pro iut. lib. 1. c. 29 num. 8. Seffe de Inhibit. c. 4. num. 3. §. fin. Balmased. de collect. q. 4. n. vlt.

684 Idem si præstationes essent factæ cum protestationibus, Put. dec. 8. tit. de pension. Roman. conf. 369. num. 14. Rota apud Cenc. de cen sib. dec. 233. Arez in. de solut. c. 21. num. 2. seqq. Mursestoit. var. lib. 1. c. 21. num. 22. Tusc. lit. P. conclus. 120. num. 13. seqq. Gratian. disc. 310. nu. 38. disc. 981. nu. 40. seqq. Cenc. de censib. p. 2. q. 5 art. 4. num. 19. & post eum Rota dec. 250. num. 7. post Pacific. de Salinian. dec. 44. nu. 8. 14. & apud Marcb f. de commiss. p. 1. fol. 97. Lotter. de benefic. lib. 1. q. 38 num. 205. Veral. dec. 231. num. 3. p. 2. Lagun. d. §. 4. n. 147. seqq. vsq; ad n. 157.

685 Benè verum Balmaseda de collect. q. 4 n. 18. distinguit inter præstationes, siue Vassallorum impositiones, quæ iuri naturali, & æquitati non resistunt; & inter eas, quæ notoriè iniustæ sunt, & rationi naturali, & Vassallorum libertati aduersantur, quarum illas tantum immemoriali quæri posse dicit, secus istas, post Boba ill. in polit. c. lib. 2. c. 16. nu. 118. Peregr. de iure Fisci tit. de præscript. nu. 25. Mier. de Maiorat. 4. p. q. 20. n. 82. & 3. p. qu. 15. nu. 8. Rodr'g. de anu. reddit. lib. 1. qu. 15. d. nu. 60 Boer. dec. 132. num. 4. Tonnut. de præcent. p. 2. c. 2. num. 39. D. Gutier. lib. 2. contro. 42. Klock de contribut. c. 2. nu. 43. D. Solorz. de iure Indiar. tom. 2. lib. 1. c. 1. d n. 29. 36.

686 Sed non obstante tali distinctione contrarium tenet Lagun. d. §. 4. nu. 160. & seqq. Vbi citat omnes dictos allegatos DD. per Balmased. & dicit illos hoc nou dixisse, vel si dixerint, errasse, aut dixisse in aliis casibus, signanter Solorzan.

687 Et illa iuris repugnantia, & odio non obstantibus, seruitia illa personalia, siue Angariæ, & Perangariæ immemoriali præscribuntur, Afflictan t t quæ sint regal. ver b. Angaria, & in constit. Reg il in ip. quia frequenter, Capibl. sup. prag. 10. nu. 63. 63. & sup. prag. 1. num. 214. de Baronib. Martin. ref. 107. n. 20. Nouar. d. granam. 3. ex num. 12. Lagun d. § 4. n. 183. seqq. & cap. 25. Antun. de donat. tom. 2. lib. 3. c. 2. Vbi quæ sunt Angariæ, & Perangariæ, & quibus competant.

688 Immò sufficit quadragenaria, cum titulo, quæ æquiparatur immemoriali, Nam vbi lex seu statutum exigit immemorialem, quadragenaria, cum titulo sufficit, c. 1. de præscript. in 6. c. cum personæ, §. quod si tales, de priuil. in 6. Moliga de primog. lib. 2. c. 6. d nu. 51. vbi etiam Addit. prim. Vbi quod procedat etiam in Regalibus, Iurisdictionibus, post plures DD. Lagun. sup. num. 187. seqq. & n. 194.

689 Sed ipse Lagun. n. 195. seqq. contrarium dicit requiri immemorialem, cum hæ præstationes sint multum odiosæ, & respondet contrariis, post Castill. contr. tom. 5. cap. 93. §. 8. d num. 9. & 17.

690 Et licet aliqui dicant sufficere centenariã, quæ immemoriali æquipollet, Cyn. in l. 2. C. de seruit. & aqua q. 10. Capo l. de seruit. Vrb in. præd. c. 19. Balb. de præscript. 2. p. 5. p. principal. q. 6. nu. 24. Gabriel. com. conclus. tit. de præscript. concl. 1. n. 71. 73.

Tamen contra dicit Lagun. d. §. 4. num. 213. seqq. Vt in hoc sit differentia inter centenariã, & immemorialem, post Molina de primog. lib. 2. c. 6. n m. 43. & seqq. Couar. in reg. possessor. 2. p. §. 4 ex nu. 6. Andreol. contr. 401. nu. 45. Luca ad Franch. dec. 56. n. 1.

Ius patronatus concessio quando est perpetua videtur non esse locum præscriptioni, Trenchedin. co sult. 43. nu. 44. & consult. 80. num. 28. Salgad. de regia protect. p. 3. c. 10. n. 51. seqq.

Licet aliàs dictio: perpetuò non excludat præscriptionem 30. vel 40. annorum, secus 10. vel 20. Barbos. de diction. diction. 254. n. 14. Diximus sup. n. 595.

Beneficia reseruata non possunt optari, nõ obstante præscriptione immemoriali, Gratian. disc. 57. n. 7.

Sic Intrusus, in beneficio nullatenus acquirit aliquod ius in eo, etiam si per centum annos, & vltra possedisset, nam beneficium Ecclesiasticum sine canonica institutione acquiri non potest c. t. de regul. iuris in 6. Frances de Intrus. q. 105. num. 5. & seqq. & per totam q.

Et multi beneficiorum Ecclesiasticorum acquiri non possunt per præscriptionem, Cald. Pereira de r nouat. emphyt. q. 15. nu. 22. Barbos. in pastor. p. 3. alleg. 57. nu. 225. & in c. 1. de regul. turam 6. nu. 6 Mascard. de probat. conclus. 180. nu. 29. Cocc. in dec. 475. n. 3. Serafin. dec. 974. Penia dec. 232. num. 1. Frances d. tract. de intrus. qu. 71. num 44.

Si quis conseruat Instrumentum commune pluribus, nulla dari potest præscriptio in possessore, etiam quando est commune ratione vtilitatis, etiam si præscriptio sit immemorialis. idem in Sociis. Velad. sup. 48. nu. 37. & seqq. Pacian. d. probat. lib. 1. c. 64. num. 89. seqq. Escobar. de conscient. ollicit. p. 2. q. 2. §. 3. num. 12. Garz. de nobil. gl. 2. §. 1. ex num. 13. Pereyra de biftr. edit. tit. 9. ref. 2. n. 25. & seqq.

Nunquam in censibus, & Censualibus Bullaribus præscribitur pactum affrancandi, & restituendi sortem principalem, cum illum tamquam illicitum reijciatur, Couar. var. lib. 3. c. 8. nu. 6. Sess. dec. 110. num. 6. 7. Farinac. dec. 14. nu. 6. Med c. conf. 114. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 18. p. 5. nu. 62. & dec. 177. num. 17. seqq. Cenc. de censib. p. 2. c. 1. q. 3. art. 7. Anna alleg. 11. nu. 20. Hodiern. ad Surd. dec. 2. nu. 16. R. Martin. ad R. Reuert. dec. 573. nu. 2. Nos ad Rouit. dec. 33. & conf. 14. lib. 2. num. 3.

Præscriptio non currit existente contractu nullo, Cyriac. contr. 533. nu. 72. de qua re sup. nu. 408. & seqq. in princip. Franchol. de tra sact. qu. 79. num. Et manutentio non datur, si quis possideat, sed producat instrumentum nullum, Card. Luca

Luca de censib.disc.6. num.345.

Impeditur ex vitio litigiosi, etiam si labantur centum anni. *Cyriac.d.contr.533.nu.70.* Verum licet contra possessorem rei litigiosæ agatur via executiua, vtsi fuerit possessa per debitorem, post mille *Nos ad Rouit.cons.66. nu.* Tamen si possessor rem illã possederit per viginti annos, contra illum est præscripta via executiua, sed agitur via ordinaria. *Nos ibid.nu. 14. R. Marin. ad R. Renert.dec.427.*

Qui non est filius, nunquam præscribit filiationem, *Peregr.de fideicommiss.art.23. n.88.seqq. Antonell.de temp.legal.lib.2.c.18.n.17.*

Possidens alieno nomine nunquàm præscribit, *Castrensis in l.neque fructuarium 8.nu.2.C.de vsufr. Gratian.disc.779.nu.22.per tex.l.malè agitur, C.de præscript.30.ann.* Vbi quod conductor diu res alienas tenendo, ius proprietatis sibi vsurpare non potest. *Antonell.de temp.legal.lib. 2.c.68.num.76.77.* Nec negotiorum gestor. *D. Mascettulus in allegat. impressa per Manfrell. ad Capyc. Latr.in dec. post primum tomum num.84. Xart.dec.71.n.7. D.Romaguer.ad Constol.ad st.t. Eugub.lib.2.rubr.30.n.54.*

Nec præcario possidens, nec pro 100.annos, *Antonell.de temp.legal.lib.2.c.67.n.76.77.*

Nisi interuertat possessionem, etiam si rem possederit per mille annos, *Carac.de locat.tit. de præscript.nu.17. Antonell.sup.cap.73. num.26. D. Romaguer.sup.nu.55.56.*

Sic creditor, qui possidet pignus, illud nunquàm præscribit, quia est in mala fide, tanquã sciens rem esse alienam, nisi adsit obliuio, quod illa res pignorata sit aliena, *Oñat. de contract. tom.1.q.61.sect 3.n.33.seqq.*

E contra, possidente creditore pignus, contra ipsum non currit præscriptio, *Merlin.de pignor.lib.5.tit.1.q.21.n.32.*

Sic Administratores numquam præscribũt, *Larrea alleg.18.nu.5.6. Fermosin. in c.si diligenti num.12.tit.de præscript. D.Capparell.res.fiscal.73. num.9.*

Non præscribuntur Iura reseruata S.R.Ecclesiæ, in signum specialis priuilegii, *c.vnic.vbi gl.verb.non obstante, de Cleric.agrot. Antonell.de temp.legal.lib.2.c.67. nu.52.* Sic non præscribitur contra Romanam Ecclesiam ius superioritatis, *Tonnut.qq.ciuil.q.25.n.15.*

695 Contra spolium numquam præscribitur, etiam ex immemoriali, nisi per restitutionem realem rei occupatæ, *Bar.in l.certe.§.Iulianus, ff.de præcar.& in l.sequitur, §.si Dominus fundi, ff. de vsucap.Cyn. Bar. Bald. in l.si parte, C.pro emptore, Paris.cons.24.nu.10.11.lib.1.&* ex text.§.aliquando, instit. de vsucapion. decisum refert per Rot.Rom. *Put.dec.115.lib.1. Cassad.dec.6.de restit.spoliat. Mohed.dec.18.de restitut.spoliat. alias dec.342 Pontan.de spolio lib.3.nu.90.seqq. R. Rouit.cons.92.lib.2. Staib.iun. in addit. ad Staib.sen. cons.92. nu.13.* Maximè contra Ecclesiam, quæ semper restituitur, ex præsumpta ignorantia, propter absentiam, & mutationem Prælato-

rum, *Surd.cons.520. Barz.dec.48.*

Et procedit conclusio non solum contra Principalem ipsum, sed etiam contra quosq; successores Vniuersales, in quos transit ipsa res, in qua est commissum spolium, *Gabriel. comm.conclus.lib.5.tit.de præscript.concl.5.nu.1.2.*

Cum per vim ablatiuam, & expulsiuam contrahatur vitium spolii reale, & cum sit vitium reale transit in quemcumq; successorem, & ideò præscribi non potest, *§.furtiua instit.de vsucap.gl.in l.Pomponius, §.1. verb vitijs, ff.de acquir.poss.& ibid. Alex.nu.23. Rouit.d.cons.92. lib.2.* Et præscriptio dormit in spolio, *Tasson. de antef.vers.4.obs.5.nu.63. Rota ad Rouit.d.cons. 92.num.1.*

692 Sed quod præscribatur per 30. annos spolium, *Costa de facti scient.& ignor.cent.2.dist.60. num.25.* & post *num.50. Serafin.dec.1360. Farinac.dec.763. Gratian.disc.2.num.7.seqq. disc.113. num.1. Barbos.sup. Can.reintegrandæ nu.16. Alter Barbos. de præscript. in rubr. num.389. Staiban. resolut. 104. num.34. seqq. Vermigl. cons. 488. Dom.Cocc. dec.2090.nu.3. Rota rec.dec.21.nu.2, p.4.& dec.229.nu.28.& dec.508.nu.16.p.14. D. Palma dec.334.n.6. Menoch.cons.1050.* vbi decisum refert per Rotam Rom. meminit *Reg.Capyc.Latr.consult.88.num.11. Gipnagn.cons.4.lib. 1. Tasson.de antef.vers.4.obs.5.nu.63. Molign.altera .100.num.31.seqq. Rota dec.535.nu.9.seqq. p.4.tom.3.rec.* Vbi contra Ecclesiam 40. annorum, *Antonell.de temp.legal.lib.2.c.67.n.9.*

Immò etiam per decem annos, *Albert.dec.29. num.2. Masull.ad Capyc.dec.77 in fine.* Præcipuè in bonæ fidei possessore, *Rut.coll.357. Reg.Capyc.Latr.cons.88.n.15.* Et in hærede spoliantis. *Andreol.contr.245.*

693 Sed vt procedat prima opinio, potest procedere existente mala fide spoliãtis, *Gratian.disc. 173.num.2. Vermigl.d.cons.488. Staib.iun.d.cons. 95.num 15.*

Cum, vt sup.diximus, nulla sit præscriptio, vbi est mala fides, *c.fin.de præscript. Staib.iun. res.104.num.71.& 67.& seqq.* Diximus *sup.Canall.q.52. Gutier.Canon.qq.q.34.*

694 Vel quando adest arduum, & notorium spolium, & verisimiliter possit venire in cognitionem, etiam hæredum spoliantis, *Barbos. de præscript.sup.nu.390.* Et id propter malam fidem hæredum spoliantis, *Vermigl. in praxi tit.de remed.Canon. reintegr. annot.30. §.vnic.nu. 60. Nos ad Rot.d.cons 92.lib.2.*

Alia de spolio, *Castejon.§.spoliatus, spoliator. Tusc.lit.S.concl.385.& seqq. Sanfel.dec.397.* vbi *Addit. Mascard.de probat.concl.1324.& seqq. Cauaier.dec.539. Pac.Iordan.lucubr.volum.3. lib. 14.tit.14.& lib.12.tit.12. Ridolfin. in praxi cap. 14.* post mille *Sabell.§.spolium.*

695 Multa alia non præscribuntur, sunt. Non datur præscriptio quoad Canones futuros Ecclesiæ debitos, *Gratian.discept.912.nu.49.* Nec emphyteuta præscribit vllo vnquam tempore. Diximus *sup.in principio n.424.& seqq.*

Item

Item quo ad ius percipiendi Gabellas, apud Hispanos contra Regem, per *l.2. tit.14 lib.4. nou.coll.& l.1.tit.18.lib.9. Castill.contr. lib.7.c. 31.num.12.* Vbi nec etiam exemptio illas soluendi & *num.16.* Quidquid sit interminis iuris communis. *ibid. Antun. de donat, tom.2.lib.3. cap.1.*

696 Secus si cum immemorabili concurrat titulus aliquis, *Castill.ibid.n.13.*

697 Quid si completa esset præscriptio ista, antequam esset condita *d.lex.2. & l.1. Castill. sup.num.18.*

698 Vbi an Princeps possit tollere immemorabilem completam, & ius ex ea quæsitum, *ibidem.*

699 Pars Regni contra Regem præscribi non potest, *D.Aguila ad Roxas de imcompatibil.p.7. c.2.n.99.*

700 Nec Regnum sub feudo concessum contra Dominum directum, *Aguila sup.n.100.*

701 Quibus casibus non admittatur præscriptio, docet *gl.in c.cum non liceat,12.de præscrip.* hi sunt versus:

Hostis,schisma,minor.confinia,res sacra, dotes
Ecclesiæ nerans, laicus res spiritualis,
Visito, coniugium, via publica, liber, obedit,
Functio, res fisci, publicum ius, de repetundis,
Si vacat Ecclesia, suspensio, sub patre natus,
Vxor, conditio, si res non possideatur,
Res pupillares, his atque peculia iungis
Impedimenta vetant hac ne præscribere possis.

702 Præscriptioni an renunciari possit, distinctio est, vt præscriptioni quæsitæ renunciari possit, *Decian.obs.95.num.1.lib.3. Soccin. iun.cons.145.num.23.lib.1.Curt.iun.cons.331.nu. 44.Serafin.de iuram.priuil.51.num.8.Donad de renunciat.c.42.nu.13.& c.34.num.42.& cap.93. num.13.seqq.Antonell.de temp.legal.lib.2. c.108. Calà de ferijs qu.5.num.600.seqq. Palma alleg.1. nu.46.& alleg.2.n.12.15.* Vel saltim prorogari ad centum annos, *Palma alleg.3.n.136.138.*

703 Non solum expresse, verum etiam tacitè, putà quando renuncians cum iuramento promisit perpetuò attendere, & obseruare, *Surd. dec.64.num.32.Menoch.cons.201. nn.123. Guid. Pap.dec.199.Serafin.sup.n.9.Donad.sup. n.14.*

704 Futuræ præscriptioni decem, vel 20. annorum, in qua omninò exigitur bona fides; non posse renunciare, secus longiori, latè *Donad.d.c.42.n.15.& seqq.Calà sup.D.Rodoer.cons. 30.n.19.20.*

705 Præscriptioni 30 annorum non potest renunciari, *Iouins de solemnit.contract.gl.2.§.1.n. 166. ex Portio cons.64.nu.11.Gobius consult.52. n.135.Cyriac.contr.317.n.24.*

706 Præscriptionis renunciatio an inducatur ex impetratione priuilegii super eodem iure, ex præscriptione quæsito, *D.Aguila ad Roxas de incompatibil.p.7.c.4.n.16. Ricc.coll.2952. Anton. Augustin.in 4.compilat.decretal.c.1.de priuil.*

707 Præscribere hæres potest non obstante iuramento defuncti de non præscribendo, *gl.in c.si diligenti, de foro compet.Serafin.de priuil. iuram.priuil.51.n.10.D. Rub.de confus.cap.32. n.2.*

708 Vbi *n.6.* dicit etiam successorem præscribere, quod defunctus præscribere non potuit, *Nidus de regul.iur.in c.cum quis in ius, n.9.*

709 Sic iuramentum non tollit Præscriptionẽ, *D.Rosis lib.1.obs.11.n.77.*

710 Nisi sit litis decisiuum, *D.Rosis n.78.*

711 Præscriptioni videtur renunciatum in instrumento, quando partes promiserunt perpetuò obseruare, *Palma cons.92.num.14.* Sed non extenditur ad 30. annos, sed solum decem annos, *ibid.n.15.Barbos.in l.7.n.27. seqq. C. de præscript.30.vel.40.ann.*

712 Præscriptionem opponere, & allegare potest quis, quamuis iurauerit illam non opponere, *Guttier.de iuram.3.p.c.1.nu.15.*latè *Ripal.var.c.14.n.251.seqq.*

713 Sed distinctio est, Vt non possit renunciari illi 30. vel 40.annorum. secus triennali, vel 20. vel 30. annorum, *Antonell. de temp. legal.lib.2.c.108.n.11.*

714 De præscriptionibus, vltra citatos tractat *Coler post tract.de process.executiu.*
Fermosin,tract. de præscription.
Tusc.pract.conclus.lit.P.verb.præscriptio.
Scard.in lexicu,§.præscriptio,Caluin,eod.§.in lexic.Hartman.de præscriptionibus.

APPENDIX AD QV. XLIII.

QVo ad præscriptionem seruitutis discontinuæ Videndus *Sabell. resol.c,7.nu.4.cap.14 nu.22.23.Sousa dec.41.*

Quo ad *tex.l.procula,ff.de probat.* Videndus *R.Marin.ad Reuert.dec.135.*

Quo ad præscriptionem aduersus ius collectandi videndus *R.Marin.ad Reuert.dec.136.*

Quo ad dicta, quod actio Nullitatis præscribatur 30.annis, *Balduc.de dote dec.32.n.44.*

Ad *num.948.* In conditionalibus non currit præscriptio, nisi verificata conditione, *Merlin. de pignor.lib.5.q.21.n.52.& seqq.*

Quoad præscriptionem nobilitatis, Mercatura an deroget nobilitati, *Ansald.de commerc. in discursu generali n.70.& seqq.*

In annuis debitis Ecclesiæ, si per 40. annos non soluit præscribit, & illi non competit restitutio in integrum, *D.Romaguer.ad Synod.Gerudens.fol.433.nu.116.& seqq.* signanter *n.176.*

Licet beneplacitum Apostolicum præsumatur per 30.annos, cum obseruantia, post mille *Sabell.§.beneplacitum nu.7. Maufrella ad Capyc. Latr.dec.19.nu.15.Staib.obs.40.nu.1,2.*contra *nu.18.Rota p.17.dec.7.n.23.*

Secus post Bullam Vrbani VIII. *Sabell.sup. Rota p.10.dec.219.p.11.dec.47.num.12.dec.314. num.10.& seqq.dec.319.nu.38.dec,340.num.27. p.13.dec.191.n.13.& seqq.*

Bulla prædicta non procedit inter duas Ec-

clesias, *Rota p.14.rec.dec.10.num.13.dec.209.nu.7.contra p.13.rec.474.nu.1.*

Non comprehendit census impositos in bonis secularibus, antequam bona illa transiuerint ad Ecclesiam, *Gales in commentar. ad dictam Bullam Vrbani VIII n.3.& 6.fol.191.*

Præscriptio Tertii possessoris respectu hypotecæ. Videndus etiam *D.Romaguer, ad Constitut.ad statut.Eugub.fol.256.n.13.*

SVMMARIVM.

QVÆST. XLIV.

Quid sit confusio in genere. n.1.

Quid sit confusio Iurium.nu.2.3.

Quando fiat confusio obligationis.n.4.5.6.

Quando iura duorum deuenerint ad vnum, an, & quando confundantur? n.7.8.9.

Confusio non fit, nec in casibus, quibus compensatio locum habet.n.10.

Confusio propriè intelligitur, quæ perpetua est, ut separari non possit, nec discerni, & vbi in aliam materiam transit. Ibi exempla.nu.11.& à nu.12.ad n.19.

Confusio fit quando creditor succedit debitori. Sed an confundatur actio hypotecaria? n.20.& à n.21.ad nu.76. Vbi tota materia confusionis in creditore succedente debitori, vbi ampliationes, & limitationes, & n.89. Sed vide nu.90.& seqq. & n.156.& n.290 320.

Creditor succedens debitori confundit suum creditum, quod procedit nedum quoad ipsum debitorem, sed etiam quoad fideiussorem.n.77.78. Limitatio. n.79 80.82.83.

Si defunctus obligauit rem suam pro alieno debito, ei, qui sibi successit, non confunditur hypoteca.n.81.

Cessionarius creditor si succedat debitori cesso confundit creditum sibi cessum.n.84.

Quid si cedens succedat cesso, & è contra.n.85.

Quid si cedens succedat Cessionario, vel è contra. num.86.

Non extinguitur hypoteca quando hæredi superuenit ex iure cesso ab alio post aditum hæreditatem. num 87.

An actio empti, & venditi confundatur aditione. num.88.

Quod extinguatur actio hypotecaria quo ad creditorem, secus quo ad debitorem.n.89.

Sed pro resolutione an confundatur, & extinguatur actio hypotecaria, si creditor succedat debitori, sunt distinguendi plures casus, quando hæres adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, & tunc nõ fit confusio.nu.90.91.92.93.94.95.96. Debet fieri inuentarium cum descriptione debiti hæredis.num.97.

Sed quod hæres non confundat, & extinguat sua iura, quamuis Inuentarium non faciat, num.98. & à n.99.ad n.107.& n.112.

Sed quod confundatur.n.108.109.110.111.

Ius confusionis, & ius creditoris, si eodem tempore concurrant quid sit præferendum.num.113. Vbi etiam actio personalis competens hæredi, nisi confusione debilitetur ex iure passiuo defuncti, nõ elidatur exceptione.

Quando hæres est simpliciter, perpetuò, & irreuocabiliter hæres, siue faciat inuentarium, siue non extinguitur actio personalis, & hypotecaria. num.114.

Non fit confusio quando hæres est reuocabiliter, quia grauatus fideicommisso, nam potest retinere creditum, nisi specialiter prohibuerit testator num. 115.& à nu.116.ad nu.161. Vbi ampliationes, & limitationes.

Sed quid dicendum circa fructus perceptos per hæredem, an illi cedant lucro ipsius, & excomputentur in ipsius creditum, vel non.nu.162.& à nu. 163.ad num.173. Vbi hæres, qui à creditoribus hæreditarijs ex remissione, vel transactione habuerit aliquid, hoc hæreditatis lucro non cedit, nec alijs creditoribus, aut fideicommissario restituendum.

Imaginaria solutio tantum est concedenda quando extat pecunia, vel mobilia in hæreditate.n.174.

Possessor hæreditatis reuocabiliter, non respectu fideicommissi, quo grauatus sit hæres, sed respectu aliorum creditorum, non extinguatur hypoteca. num.175.

Quando hæres fecit restitutionem hæreditatis ignoranter, credito non deducto, competit ei vtilis hypotecaria.n.176.

Non extinguitur hypoteca quando adita hæreditate, agitur de hypoteca rei alienæ apud hæredem non existentis, sed apud alium tertium.n.177.

Quid quando creditor adiuit hæreditatem debitoris, & res hypotecata est in hæreditate, & sic dominium est acquisitum ipsi creditori in re hypotecata ex titulo hæreditario, sed alius habet hypotecam in ipsa re non à defuncto, sed ab alio, quæ est posterior hypoteca hæredis. n.178.

Quid quando creditori est delata hæreditas sui debitoris, sed antequam adeat, ipse contraxit aliam hypotecam ad fauorem sui creditoris generalem super omnibus suis bonis.n.179.

Quid quando creditori succedit fideiussor sui debitoris.n.180.181.

Quando sunt plures rei debendi, & vni eorum succedit creditor.n.182.183.184.185.186.187.

Quid quando hæredi adeunti fuit euicta vniuersa hæreditas.n.188.

Quid dicendum quando debitor succedit suo creditori, an fiat confusio.num.189.190.à num.191.ad num.196.

Quid operetur inuentarium in hærede? nu.197.& à n.198.ad n.217.& à n.267.cum seqq.

Hæres sinè inuentario, an, & quando teneatur de proprio.n.218.& à nu.219.ad nu.236. Vbi tota materia, & à n.245.ad nu.266. Vbi ampliationes, & limitationes, & n.286.seqq.& num.311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. & num.325. 326.

Aditio hæreditatis, an, & quando præsumatur.n.237 238.239.

Hæres adiens hæreditatem tenetur soluere debita de-

defuncti.nu.240.241.242.243.244.245. Vbi de solemnitatibus inuentarij, & de illius priuilegyi, & nocumentis.

Multi sunt casus, in quibus hæres non conficiens inuentarium non confundit actiones. n.286. & à num. 287. ad n.310.

Si creditor succedat vni ex duobus reis debendi, vel debitor vni ex reis credendi, quid. n.318.

Actionum confusio etiam personalis non fit quando defunctus obligasset rem suam ei, qui postea sibi hæres extitit, non pro suo, sed pro alieno debito. num.319.

Hæres quando eius actiones non confunduntur per inuentarium, vel aliter, si habet instrumentum liquidum potest absque alio iudicis facto, de suo credito, de bonis hæreditarijs sibi satisfieri. n.320.

Hæres cum Inuentario, ratione rei vendita per testatorem, & ab eo euicta, cum euictionis actio oriatur ante testatoris mortem, & aditionem hæreditatis, tenetur à se met ipso de bonis hæreditarijs exigere, & sibi soluere duplum pro euictione. n.321. Immo de suo credito censetur hæres sibi satisfecisse per fictam, & imaginariam solutionẽ. nu.322.

Verum si vellet rem aliquam hereditariam sibi appropriare, posset; sed requiritur factum Iudicis, & citari alij creditores. n.323.324.

Non confunduntur actiones quando ante successionem contra debitorem erat lis contestata. n.328.

Licet fiat confusio, & actionum extinctio quando creditor succedit debitori, & è conuerso, hoc procedit agendo, secus excipiendo. n.329. Et si non potest petere potest retinere. n.330.

Hæres institutus iure certa non tenetur ad solutionem debitorum defuncti; & quando secus. n.331

Hæres agens contra factum defuncti repellitur, nisi iura distincta sint, puta mater alienauit domum filij, filius est hæres matris, certe non potest agere contra emptorem; nam iura sunt confusa, & extincta per aditionem hæreditatis matris. n.332.

Nec potest defunctum repræsentare per partem, cum repræsentatio sit indiuidua. n.333.

Verum aliquando confusio excluditur, & iura distincta manent, & tunc hæres agens ex iura distincto, sibi aliundè competente, quam ex hereditate, non potest exceptione repelli ex persona defuncti, quem in tali iure non repræsentat. n.334. Puta si hæres non est in totum hæres. n.335.

Sic hæres confundit iura, quæ habebat tempore aditionis, non ea, quæ acquisiuit post aditionem. n.336.

Ita si filia renunciat in beneficium patris, vel per statutum sit exclusa ab illius bonis, admittitur ad bona fratris, qui successit patri, nam illa bona non sunt amplius paterna, sed fraterna. n.337.

Sic, si hæres vendat hæreditatem aditam, emptor absque Cessione expressa potest conuenire debitores hæreditarios, etiam executiuè. nu.338. Et defectus actionis directa non impedit confusionem iurium in emptore hæreditatis, nec in alijs, in quos transfertur actio vtilis tantum. n.339.

Iurium confusionem impedit limitatio dominij. num. 340.

Confusio Iurium est inevitabilis, vbi est vnicum patrimonium. nu.341.

Confusio Iurium, & actionum inducta ex vnione patrimoniorum, submouetur ex eorundem diuisione. n.342.

Fideicommissarius vltimus vocatus, ob confusionem iurium non reuocat alienationes factas à grauato, cuius est hæres. Et confusio iurium vltimi possessoris feudi non admittitur ob vinculum restitutionis feudi debiti directo Domino. n.343. Prout in emphyteusi, quia reuertitur, linea finita, ad directum Dominum. nu.344. Quid in fideicommisso conditionali. n.345.346.347.348

Non datur confusio in casu, quo hæres velit retrahere rem venditam per defunctum, vigore statuti. num.349.

Hypoteca cessat per translationem dominij rei hypotecatæ in creditorem. n.350.

Etiam si reuocetur dominium à creditore, mediante retrouenditione. n.351.352.353.

Hypoteca semel extincta, non possunt causam habentes à debitore in re iam hypotecata, ex lucri causis amplias molestari. n.354. limita. n.355.

Hypoteca vsusfructus, acquisita proprietate à debitore hypotecante, confunditur. n.356.

Sic etiam si quis sit creditor hereditatis, si emat hereditatem non potest vti actione subsidiaria, nec cessione contra se ipsum. n.357.

Sic si Titius sit creditor Caij, & postea idem Caius donet omnia bona sua Titio, ab illo die donationis extinguitur primum creditum. n.358.

Seruitus extinguitur quando fundus v. g. super quo est illa, deuenit ad Dominum sine spe alicuius reuiuiscentiæ; nisi non paterat aditus ad alterum fundum preterquam per antea seruientem. num. 359. Idem in vsufructu. n.360.

Alij DD. Tractantes de confusione. n.361.

Quid sit Confusio Contractus, Et in quo differat à Nullitate Contractus.

Quæst. XLIV.

1 CONfusio in genere est, & fit quando Dominus alicuius rei, recipientis functionẽ in genere suo, tradit rem alteri, qui illam rem confundit cum alia sua re eiusdem speciei, nam tunc Dominus amittit dominium illius rei, & sic extinguitur præcedens obligatio, & nascitur personalis ad aliam rem eiusdem speciei. *Oñat. de contract. disp. 21. nu. 165. & seqq.*

2 Confusio Iurium est vnio legalis statuens ex Iure defuncti, & hæredis libero, iuxtà tempus aditionis, non beneficiatæ, vnicum ius hæredis, in quo repræsentatur defunctus, *Doctiss. D. Rubeus Tract. de confus. c. 1. nu. 19.* vbi definitionem hanc benè explicat.

3 Seu est debiti, & crediti in vna eademque persona, peremptio, *D. Gutier. de compensat.*

tom.

*tom.1.q.9.num.83.85.*vbi *nu.88.89.& 90.*dicit, quod non sit neq;exceptio,neq;modus obligationis tollendæ ex voluntate alterutrius depēdens,sed extinctio obligationis ipsius, & consequenter actionis,ex ea antea competentis,nā fieri nequit per rerum naturam, vt sui ipsius idem sit debitor,& creditor, ex *tex. l.ne cum filiofam.16.ff.de furtis. l.hæres à debitore, ff.de fideiussor.*

4 Confusio fit obligationis, quoties in eandē personam,& creditoris,& debitoris ius deuenit, hoc est cum,vel debitor creditori, vel creditor debitori extitit hæres. *l.debitori 50.ff.de fideiussor l.licet,C.ad l.falcid.l.75.§.fin.ff. de iure Fisci, l.8.& 17 ff.de his,quę vt indign.l.fin.C.contrar.iudic.tutel.l.2.§.cum quis,ff.de hæred.vendit.l.5.C.de hæred.action. D.Guttier.sup.lib.2. q.19.num.50.* licet *Napodan.in Consuet.Neapol.incip.si quis,vel si qua,num.235.* dicat confundi,si debitor succedat creditori,secus è contra, R.*Ponte cons.143. num.7.*

5 Immo est eadem,ac contributio, & promiscuè vsurpantur à Iuris Authoribus,vt in *l.quod ratione.§.quod vulgo,& §.si filio. §.quæsitum.ff.ad l.falcid.*

6 Et hæc contributio, & confusio congruit etiam compensationi, nam hæc confusio facit, vt debito,credito,confusis,vtrumq;tollatur,quia hæc est vi. confusæ obligationis, *l.debitori 50. ff.de pactis. D.Guttier.d.q.19.nu.51. & lib,1.q.9. num.81.* vbi *num.82.* dicit esse differentiam inter vtramque,scil.quod in compensatione,quia quis est creditor debitoris.*l.1.ff de compensat.*In confusione,quia idem est debitor, & creditor sui ipsius.

7 Quando iura duorum deueniunt ad vnum, & sunt in eadem persona; tunc ea remanent distincta,nec confunduntur, ac si duæ essent personæ.*l.1.* vbi *Bald.ff.de offic.consul.Surd.dec. 153.num.16.*vbi *Censal. & Hodiern. Idem Surd. cons.91.nu.19.Fontanell.dec.194.n.16.*

8 Idem quando quis est obligatus vigore affectus Territorij,v.g. Si intercedat secunda obligatio, vigore Instrumenti mutui,transfusa fuit prima obligatio in secundam obligationem, ex qua transfusione resultant duo effectus,primus est, quia inducitur nouatio prioris obligationis,quæ nihil aliud est, quam transfusio vnius debiti in aliud, quæ semper inducitur quoties fit dicta transfusio,etiam si non dicatur.Secundus effectus est,quia extinguitur omnino prior obligatio,& contractus, & remanet secundus, nec redditur vmquam ad primum, cum sint incompatibiles, nec possint simul stare, *DD. in l.singularia.ff.si cert.petat. Baz.dec.20.num.8. Mastrill.dec.40.num.1.Muta dec.53. Amatus res. 50.nu.5.Farinac.dec.373.nn.42. in Posth.tom.2. Castill.dec.5.num.40.D.Capon.discept.139.nu.2. seqq.lib.3.*

9 Sic aditio hæreditatis creditoris vnius ex correis debendi non extinguit hypotecam quo ad alios,*Merlin.de pign.lib.5.tit.1.q.14.n.106.*

10 Confusio non fit,nec in casibus, in quibus compensatio locum habet,nec etiam in illis,in quibus refellitur,*D.Guttier.sup.lib.5.qu.18.nu. 104.105.106.*

11 Confusio propriè intelligitur,quæ perpetua est, vt separari non possit,nec discerni, & vbi in aliam materiam transit, nam quæ potest separari,proprie confusio non est, sed commixtio,quæ temporalis dicitur, & inter se differunt,*gl.in l.idem Pomponius,§.sed si plumbum,* & ibi *Bart.ff.de rei vendic.Anchar.cons 114.num.2. Fachin.lib.11.contr.c.51.Cauall.qu.828.num.74. Papon.cons.60.nu.10.*

12 Sic bona data in dotem ab vxore viro, confunduntur durante matrimonio cum bonis viri, sed resolutiuè quatenus non soluatur matrimonium.*Cauall.d.q.828.n.84.*

13 Nam licet vnionis ratione, alterius etiam rei naturam assumat.*Bart.in l.4.§.cato,num.2.ff.de verb.obligat.Peck.de testam.coniug.lib.4.c.34.nu. 2.Gratian.disc.276.nu.57.Schrad.cons.23.nu.61. Tusc.lit.V.concl.229.n.230.*

14 Et coniugalium bonorum confusio, licet possit resolui, tamen pro eo tempore, quo durat,perfectæ vnionis effectum habet, & facie res communes.*Rausner.dec.7.n.22.lib.2.*

15 Et cum confusis,bonis Societas inter coniuges contracta est.*Nepita ad Consuet.Catan.tit.3. n.44.Muta ad Consuet.Panorm.43.Gratian.disc. 336.nu.20.*

16 Idem est in concessionibus inter viuos, vt res ad tempus, vel ad certum personarum genus concessa, nec confunduntur, quia finito tempore,vel extincto illo personarum genere, ad concedentem reddit,*l.illud,C.de legat. auth. sed si quis,C.de secund.nupt.l.2. & 3. C.de donat. qua sub modo. Peregr.de fideicom.art.32.num.77. Giurba sup. Consuet.Messan.c.1.gl.5.p.1.num.1. & seqq.*

17 Inter coniuges bona omnia pręsentia, & futura,corporea,vel incorporea, confunduntur, tam, & si ex prospera fortuna obuenerint,instar Societatis vniuersalis, *Mastrill.dec.75.n.11. Molina disp.412.num.1.422.num.3. Felic.de societ.c.14.nu.1 n.12.Giurba sup.n.16.*

18 Nisi aliter inter coniuges sit conuentum, *Giurba sup.gl.3.n.47.& d.gl.5.n.17.seqq.*

19 Et quia societas inter coniuges est resolubilis,laudemium Domino non debetur,si confusis coniugū bonis,emphyteusis inter eas trāsferatur. *Burg.de laudem.p.2.inspect.56.num.2.3. Giurba sup.n.28.*

20 Confusio fit quando creditor succedit debitori,*l.Mutianæ,in fine, ff.de condit.& demonstrat.l.stichum,§.aditio ff.de solut.Negus.de pignor. p.5.membr.2.num.49. Mantica de coniect. lib.11. c.31.num.31. Oñat de contract. tom.1.tit.20.disp. 61.sect.1.n.12.* Cum actio, & passio non possit esse in eodem subiecto,*l.suo.§ penult.ff.de leg.1. Mohedan.dec.8.alias 190.n.3. de appell. Franch. dec.39.nu.2.dec.518. Afft.dec.237.nu.4. Rota Ian.dec.45.Vrsell.concl.iur.concl.36.n.1.2. Scacc.*

de

134 Amplia etiam in oneribus perpetuis, putà cenſibus, penſionibus, collectis, angariis realibus incumbentibus bonis hæreditarijs, quæ tenetur ſoluere hæres grauatus pro tempore, qua bona apud eum remanent, eum fructibus dictorum bonorum, & ſic ante reſtitutam hæreditatem, *Molina de primog. lib. 1. c. 27. n. 8. Peregr. d. art. 4. num. 65. Spin. de teſtam. tit. de fideicom. ſubſtit. num. 44. Fuſar. qu. 523.* poſt verò reſtitutam hæreditatem tenetur dicta onera ſubire fideicommiſſarius, pro rota, vel quota hæreditatis reſtitutæ, *Peregr. & Fuſar.* & alii DD. *ſup.* citati, *Conciol. ſup. num. 538. 539.*

135 Vbi; an quo ad intereſſe pendente tempore reſtitutionis faciendæ, *Franch. dec. 13. 49.* & ibi *Luca, Coſta de rata qu. 18. num. 9. Gratian. diſc. 294. n. 26. ſeqq.*

136 Quo ad concluſionem *ſup.* poſitam, quod hæres grauatus purè reſtituere hæreditatem, ſi totam reſtituit non teneatur ſoluere debita defuncti, vt habeat locum quando hęres eſt purè grauatus reſtituere, ſecus tamen eſt ſi ſit grauatus reſtituere ſub conditione, vel die incerta, quæ facit conditionem, *l. 74. ff. de addit. & demonſtrat. Mantica de coniect. lib. 4. tit. 5. nu. 19. Fuſar. qu. 488. n. 2. Morot. conſ. 1. n. 9.*

137 Et ipſe hæreditatem reſtituit ante conditionis, vel diei aduentum, tunc reſtituta bona non tranſeunt, vt fideicommiſſum, ſed, vt donatio, *Peregr. art. 2. num. 51. in fin. & art. 4. nu. 3. Fuſar. qu. 602. num. 2. Pacific. de Saluian. inſp. 3. c. 2. nu. 9.*

138 Itaur, cum grauatus effectus fuerit hæres ipſe teneatur ſoluere debita, ad exemplum eius, qui vendidit hæreditatem, *l. 2. C. de legat. l. planè 97. §. quo rogatus, ff. de leg. 1. l. 22. C. de donat. & toto tit. C. de hæred. vel act. vendit.* Licet contra teneant *Rota dec. 468. p. 5. diuerſ.* & alii citati per *Fuſar. d. q. 602. in princ. Conciol. ſup. nu. 539. 540. 541. 542.*

139 Vbi an dicta reſtitutio poſſet fieri in præiudicium creditorum hæredis grauati, *Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 9. p. 5. num. 78. ſeqq. Andreol. contr. 110. Bellon. conſ. 33. Fuſar. d. qu. 602. nu. 3. Peregr. art. 2. n. 127. ſeqq.*

140 Hæres grauatus reſtituere hæreditatem, pro ſoluendo debito contracto à defuncto poteſt alienare bona fideicommiſſo ſubiecta, *leg. filiusfam. 117. §. diui, ff. de legat. 1. cum concord. Fuſar. qu. 541. Gratian. & Luca diſc. 570. nu. 10. ſeqq. Ludouiſ. dec. 299. n. 1.* vbi *Addit. Conciol. ſup. n. 543.*

Sed eſt faciendum inuentarium ab hærede grauato inſtante fideicommiſſario vniuerſali.

Rota

Rota post Albrit.de inconstantia dec.11.nu.32. secusà particulari, *n.33.*

Quando inuentario non confecto, confunduntur iura, *Gomez var.lib.1.c.5.nu.12.& lib.2.c.13.n.20. Cyriac.contr.5.nu.20. seqq. Tonnut. lib.2.qu.33.n.10.*

141 Ex quibus infertur, quod si hæres non confecit inuentarium, & fideicommissum est particulare super certis bonis constitutum, tunc non competit retentio pro suo credito, nam respectu creditorum, & legatariorum tenetur insolidum non confecto inuentario, etiam de proprio, *l.fin.§.si verò, C. de iure delib. Peregr.de fideicom.art.35.nu.23.& dec.96. n.8. Fusar.q.665.nu.4.cons.74.nu.15. Add.ad Ludouis.dec.421.n.15.in fin. R.Capyc.Latr. consult.121.num.38. Nos ad Rouit.d.cons.54.nu.23. lib.2.Barbat.d.c.7. n.6.126.Luca ad Franch dec.80.num.7.Censal.ad Peregr.de fid.art.36.vers.8. Franceol.consult.19.nu.20. Cancer.var.p.3.c.2.n.106. Mulfes.tom.2.sup.consuet.Neapol.p.2.l.1.de bonis q.23.nu.8.Amat.res.56.nu.13.Merlin. lib.1.de pign.qu.14.nu.26. Nos* Diximus *sup.Ponte cons.143.n.10.*

142 Fideicommissum particulare est, cum sit in bonis immobilibus, Vel mobilibus tantum est constitutum, aut in bonis vnius Prouinciæ, *Peregr.sup. Fusar.sup n.16,*

143 Et si non sit facta substitutio vni tantum in hæreditate, sed vni in parte vna omnium bonorum: alteri in alia vna parte, nam hoc casu fideicommissum vniuersale censebitur, licet non de vniuersa hæreditate sit dictum, *Castr. cons.186.n.1.lib.2.Merlin.sup.n.31.*

144 Sed non sit detractio crediti in fideicommisso vniuersali, quando creditor grauauit hæredem non tantum in omnibus bonis suis, sed etiam in aliquibus hæredis, nam respectu bonorum hæredis, in quibus particulariter est grauatus, non potest ipse hæres pro suo credito petere æstimationem, & multò minus detractionem rei propriæ, in qua grauatur, *Thes. qu.66.n.6.seqq.lib.2, Add.ad Ludouis. dec.421.n.15.in fin.*

145 Immo *Thes.d.qu.66.* dicit, quod neque facto inuentario, quod est intelligendum si hæreditas sit locuples, secus si soluendo non esset, *Add.ad Ludouis.d.dec.421.nu.15. in medio, Merlin.sup.n.32.seqq.*

146 Sed difficultas est in hærede vniuersali, & fideicommisso vniuersali grauato, ac aduersus illum eueniente casu fideicommissi, & in casu, in quo competit sibi retentio ex causa crediti, cui possit substitutus offerre pecunias solutas, & quomodo eo non soluente sit facienda solutio. In hac difficultate est distinguendum.

147 Aut sumus in creditis ipsius hæredis propriis ante aditam hæreditatem aduersus defunctum competentibus, & in his per aditionem subsequutam, quia fictione legis fit tacita, & imaginaria solutio, non auditur fideicommissarius volens offerre solutionem, *Menoch. cons.183.num.33.Peregr.de fid.art.35.num.12. Rota* apud *Giouagn.cons.73.nu.79.lib.1.* apud *Caualer.dec.367.& p.1.diuers.dec.680.*

148 Sed contra tenet *Giouagn.d.cons.73.* Sed ista opinio non est probanda, sicut illam non probauit *Caualer.d.dec.367.nu.1.2.* sed illam probauit *Fusar.q.671.n.5.*

149 Sic infertur: dictam retentionem dari hæredi non pro valore bonorum currenti de tempore restitutionis, sed à principio vsq; de tempore *sup.* dictæ imaginariæ solutionis, *Marescot.lib.1.c.37.n.15.*

150 Quamuis contra teneat *Fusar. q.671.nu.5.* Et quæ ob id procedit, siue facto, siue non facto inuentario, quoniam in vtroq; casu hæres detrahit suum creditum. *Merlin.sup.n.37.*

151 Quæ omnia intelligenda sunt dummodo hæres verè hæreditatis possessionem habuerit, nam ab illo tantum tempore hæc imaginaria fit solutio. *Marescot.lib.1.c.37 num.14.* secus si numquam sit consecutus possessionem bonorum hæreditariorum. *Merlin.sup.nu.38.39.*

152 Aut 2. Vt si non agatur cum hærede creditore testatoris antè aditam hæreditatem, sed cum hærede, qui mortuo testatore æs ipsius alienum soluit, & tunc, vt hæres eueniente die restitutionis fideicommissi, suum detrahat creditum, ex *sup.* dictis non est dubitandum, siuè confecerit, siue non confecerit inuentarium, sed dubium est an possit substitutus offerre pecunias per ipsum hæredem solutas, & ita eum excludere à iure retentionis, & an hæres possit retinere corpora ad æstimationem de tempore factarum solutionum, Et quidem posse substituto offerre pecunias, & ita se redimere ab hærede ex causa retentionis excipiente suadet, quia imaginaria solutio, de qua *sup.* est fundata in fictione legis, ideo non debet extendi de similibus ad similia, latè *Merlin.sup.num.40. seqq.* Diximus *sup.n.52.& 109.*

153 Aut 3. Non confecto inuentario hæres primò soluit æs alienum, & legata à testatore relicta ex propriis pecuniis, & deindè distraxit corpora hæreditaria, quorum alienationem intendit defendere ex capite æris alieni, & legatorum solutionis, & idem, de quo *sup.* dicendū est ex *Rota Bonon.fideicom. de Sancto Petro, in fine,* sed contrarium plures citando tenet *Giouagn.cons.73.nu.6.Houded.in calce consil.58.nu.95. lib.1.* vbi refert *Rotam Perusin.*

Sed distinctio est: Aut contentio est cum tertiis bonorum possessoribus, cum quibus ageretur de subuertendis factis alienationibus, & posset procedere hæc secunda opinio, & in his terminis loquitur *Rota* in dicta Perusina, & *alij*, qui allegari possunt. Si verò cum hærede sit disputatio de detractionibus, & iure retentionis, & cum eo agitur de calculatione alienationum iam diù ob eo factarum, & hoc casu est spectandum tempus præsens, non præteritum, nam de rigore iuris talis alienatio fuit inualida, & de æquitate tantum ad euitandos circui-

tus

tuis, ad fauorem possessorum bonæ fidei substituetur,& non ad commodum hæredis. *Merlin. de legit lib.2.tit. 2. q.2.* Ideo si cum hærede est disputatio, talis alienatio non præstabit aliquod sibi fundamentum, & in his terminis est accipienda *Rota in d. Bonon. fideicommissi de S. Petro sup. allegata*.

154 Aut quartò hæres confecit Inuentarium, & in his terminis cessat ius offerendi, & competit hæredi retentio, nam non inducitur confusio. *Marescot. lib.1.c.37.num.1. Canaler.d.dec. 367. Peregr. de fid. art.35. Menoch. cons.89.n.153. seqq. Milanens. dec.13.nu.9.lib.1. Franch. dec.39. nu.3. Tusc. lit. H. concl.52.num.34.seqq. Gratian. disc.204.num.24. Fontanell. de pact. cl.7.gl.3.p.7. nu.47. Amat. res.56.n.9. Card. Luca de hæred. disc. 28.num.6.*

Quod intellige respectu tantum sui crediti competentis ante aditam hæreditatem, non post superuenientis, cum vt dictum est, ex post non potest induci imaginaria solutio. *Giouagn. con.73 nu.62.seqq. Merlin. sup. n.52.seqq.*

155 Aut 5. Substitutus non vult offerre, sed opponit retentionem bonorum esse hæredi permittendam, secundum æstimationem rigorosã, puta tempore restitutionis fideicommissi, sed ipse contendit esse inspiciendum tempus factarum solutionum, de quo fortasse minus valebant bona, & ad commodum hæredis spectandum esse tempus solutionis. *Soccinn. cons.170. num7. lib.2. Menoch. cons.183.nu.34. & num.36. Merlin. sup. nu.54.55.* Videndus *Andreol. d. controu.365.*

156 Aut 6. Etiam non confecto inuentario, hæres egit coram Iudice pro separatione corporum hæreditariorum pro suis creditis, & obtinuit, & in his terminis attenditur tempus dictæ assignationis, quæ est inuariabilis, cum illa obtinuerit vim veræ, & propriæ solutionis. *Surd. cons.7.nu.32. Giouagn. d. cons.73.num.1. lib.1.* vbi *nu.7.* ponit alia. *Merlin. n.56.57.*

157 Quæ traditio procedit etiam quando hæres non citatis substitutis faceret huiusmodi separationem, cessante dolo, & fraude, etiam non adhibito decreto Iudicis, si non de rigore Iuris, saltem ex æquitate. *Giouagn. d. cons.73.nu.4.* Sed tutius est in iudicio citare substitutum in iudicio, quia de rigore Iuris est necessarium decretum Iudicis, *Pancirol. cons.98.num.11. Rota dec. 680.num.6.p.1. diuers. Merlin. sup. n.58.*

158 Aut 7. Testator iussit vendi bona pro soluendo ære alieno, & tunc solutio imaginaria potest considerari ad fauorem hæredis, & breui manu emisse ab hæreditate, & æs alienum hæreditario pretio soluisse. *Soccin. iun. cons.120. num.24. lib.1. Menoch. cons.183.nu.37. Gratian. disc.203.nu.25. Merlin. sup. nu.59.* vbi *nu.60.* ipse dicit, quod per licentiam alienandi datam à testatore possit fieri per hæredem retentio, & quod ipse soluendo æs alienum videatur acquisiuisse hanc facultatem non negat, sed quo dicatur facta imaginaria solutio, Negat.

159 Aut 8. Non expedit hæredi tempus factarũ solutionum attendi, quia forte hoc sit dãnosum, & quod possit substitutus compellere hæredem attendere tempus prædictum, facit, quia imaginaria solutio est inuenta à lege ad fauorem ipsius hæredis, & ob id non debet in eius cedere commodum, atq; damnum. *Barbos. in l. quæ dotis nu.6. ff. solut. matrim. Add. ad Ludouis. dec.67.n.17.*

160 Sed contraria opinio tenenda est, quia imaginaria solutio vsque à principio fit, & inducitur, ideo ex post facto non potest variari, nam tunc si esset damnosa hæredi appareoter, & procedit huc casu traditio *Bar. in l. si hæres 22.§. fin ff. de fideiuss.* vt est quando hæres creditor habebat correum creditorem iosimul cum defuncto, nam ex aditione non est facienda talis imaginaria solutio respectu correi, quia hoc est sibi euidenter damnosum, vt dicit *Bart.* Secus vero si à principio dicta solutio imaginaria non est apparenter damnosa, sed magis præordinata ad commodum, vt ad hunc effectum *leges* esse considerant, quia induci debet huiusmodi legis fictio suum consequi finem, *Bar. in l. Vranius 72.nu.4.* Vbi docet ad inducendam hanc fictam solutionem sufficere, quod nullum incommodum patiatur hæres. *ff. de fideiuss.* late *Merlin. sup. nu.61. seqq.* vbi alia.

161 Aut 9. Est disputatio quo ad creditores, an videlicet hæredi suffragetur imaginaria solutio, nam hæc disputatio considerabilis est, vel respectu æstimationis bonorum, ratione superuenientis augumenti ante satisfactionem ipsorum creditorum, vel respectu fructuum perceptorum per ipsum hæredem, & præsupposito factam esse aditionem cum beneficio inuẽtarij, si creditum autem hæredis est anterius nulli dubium est, quod sit. *Vrsell. conclus. legal. 86.* post *num.28.* Si verò creditum est posterius non potest aliquid operari ipsa imaginaria solutio. *Vrsell. sup. Merlin. sup. n.67. seqq.* vbi alia.

162 Aut 10. Quæstio est circa fructus perceptos per hæredem, in qua re duæ possunt suboriri inspectiones, prima est respectu fideicommissarii, secunda verò respectu aliorum creditorum; Quo ad creditores si ipse hæres pro suo credito est anterior, res de plano procedit, vt ex huiusmodi imaginaria solutione sibi cõpetant fructus pro rata sui crediti, & sic imaginaria solutio sibi prosit ad fructuum perceptionem hanc, & opinionem istam tenuit *Senat. Mantuan.* apud *Surd. dec.224.num.8. & dec.170. num.1.*

163 Si verò hæres est posterior, res non transit sine scrupulo, quia cum fructus hæreditatis augeat defuncti patrimonium (supposito, quod hæreditas sit adita cum Inuentario), *Surd. dec. 92.num.5. Rota dec.259.num.14.seqq. p.5. rec.* Ex imaginaria solutione læduntur creditores, quod non videtur admittendum ex *sup.* deductis, & ex *Peregr. art.49.num.77. & cons.42.num.27.lib. 1.* Verum pro hærede est respondendum, quia

per imaginariam solutionem, quæ directè non potest lędere ius creditorum, vt *sup.* dictum est, resultat aliquis color hæredi, ad sibi parandam bonam fidem, ad effectum lucrādi fructus sufficiens, nam adhuc effectum, quælibet iusta occasio, quæ etiam ex titulo iniusto oriri potest, suffragatur, cum detur remedium inter bonam, & malam fidem, adhuc effectum, vnde sufficit, quod non fuerit hæres in mala omnino fide, ad effectum lucrandi fructus non vrgentibus creditoribus. *Osasch.dec.160.n.6. Surd.cons.115. nu.6.cons.340.nu.21. & dec.281. Escob.de ratiocin.c.9.nu.83. Farinac.in repertor. vltim. volunt. q.5.num.10.*

164 Et fructus lucratur hæres omnes. *Merlin. sup.78. & lib.2.q.66. Farinac.sup.*

165 Verum si creditores anteriores, mortuo debitore institissent hæredem teneri ad fructuum restitutionem, vel illos in sua credita teneri imputare, subsisteret prætensio eorum, & militaret regula *sup.* adducta. Fructus percepti per hæredem post aditam hæreditatem, debent solui per hæredem creditoribus defuncti. *Phanuc.de Inuentar.p.3.nu.35.& seqq.* decisum refert *Laderch.cons.8. Peregr.de fideicom.art. 49.nu.77.in fine,* Secus esse quo ad Legatarios, vt *ibi* per eum. *Surd.dec.92.num.5. Holtern.ad Surd.dec.97.nu.14. Cyriac.contr.294.nu.19. Rota dec.304.nu.3.p.5.rec. & dec.131. num.2.p.6. rec. & dec.535.n.5.p.5.rec.lib.2. Franch.dec.613. n.19. Gallus de fructibus disp.15.n.48.art.1.* De. rectis Creditoribus. *l.item veniunt 22. §.item nō solum.ff.de petit.hæredit. Merlin.dec.796.nu.5.& seqq. Rota rec.dec.304.n.4.& seqq.& dec.535.n. 5.6.p.5. Bich.in dec.relata per Rotam Rom.* post *Oleam de cess.iur.dec.50.nu.9.* apud *Bich.dec.60. Andreol.contr.117. Franch.& Luca dec.179. Sabell.§.hæres.num.28.61. Conciol.de hæred. art.3. n.78.79.*

Nam interim facit fructus suos. *D.Rocca disp. 47.nu.49 Palma dec.Luc.311.nu.10.& dec.312. Cels.dec.350.nu.10. Rota p.6.rec.dec.13.nu.2.13. & dec.76.nu.28.p.17. Nos infrà num.203.* Sed quo ad fideicommissarium vniuersalem negatiua pro hærede est opinio magis communis, vt non fiat imputatio fructuum in creditum, *gl.in l.mulier 22.§.cum proponeretur.ff.ad trebell. Gabr.cons.124.nu.4.7.lib.1. Decian.cons.49.n.13. lib.2. Honded.cons.58.nu.51.lib.1. Surd.cons.291. nu.6.11.& dec.292.nu.6.dec.224.nu.12. Peregr. de fideicom.art.35.nu.10.& art.49. num.57.cons. 52.num.35.lib.1.& dec.6.num.6. Marescot.lib.1. c.73.nu.7.8. Fusar.de substit.q.665.nu.7.8. in fine, & cons.77.nu.15. Mantica de coniect. lib.7.tit.8. nu.22. Rota dec.680.p.1.diuers.dec.517.nu.8.p.4 diuers. Seraphin.dec.1284. Rota dec.259 par.5.rec.* vbi respondet contrarijs, & eadem *Rota dec.9. nu.65.* post *Merlin.de legitima. Merlin.sup.n.79. & lib.2.q.66.& de legit.lib.2.tit.1.q.16.n.11.12.*

166 Hæres facit suos fructus pro rata crediti proprij, & æris alieni soluti. *Rota d. dec.517. nu.8.p.4.diuers.& dec.259.d nu.8.p.5.rec.* Quæ procedunt etiam si appareat solutio facta ex fructibus per hæredem, *Marescot.d.c.73.lib.1. nu.1.seqq. Merlin.sup.num.80.81.*

167 Et grauatus restituere fructus non intelligitur præceptum, respectu fructuum detractionum, *Surd.dec.170.n.1. Merlin.sup.n.82.*

168 Hæres facit fructus suos pro credito æris alieni soluti, quando æs alienum est verum æs alienum, non quando improprium, *Merlin.sup. nu.83.*

169 Vt in dotibus in subsidium debitis, nam dotes subsidiariæ sunt soluendæ ex fructibus hæreditatis, *Fusar.de substit. qu.531. num.119.* Et licet quando sunt consumpti fructus adhuc possit fieri alienatio fideicommissi, & subdit *Fusar.nu.121.* hæc tamen conclusio non est intelligenda, vt absolutè remaneat liberatus grauatus, nam sicut superuenientibus diuitiis tenetur reintegrare fideicommissario *Peregr. art.42.n.70. Fusar.qu.531.n.53.* Ità in hoc casu videtur dicendum. *Merlin. d.q.14.nu.84 seqq.*

170 Si alienatur corpus hæreditatis, tenetur hæres ex fructibus percipiendis reintegrare fideicommissum. *Costa de port.rat.qu.192. n.1.* vbi allegat *Ang.cons.331.vers. fallit 3.* Sed *Costa* excipit filios primi gradus, & casum quando agitur de dote in patre propriis filiabus cōstituta, eo enim vita functo, alij filij & hæredes non tenentur præstare ex fructibus, *Marescot.d. lib.1.c.25.n.8. Merlin.sup.n.88.*

171 Quo verò ad fideicommissarios, hæres grauatus non compensat sua credita cum fructibus ex fideicommisso perceptis post aditam hæreditatem, & ante casum fideicommissi, *Peregr.de fideicom.art.35.num.10. Mangil. de imput.qu.125.num.42.43. Menoch.cons.183 nu. 42.seqq. Surd.dec.92.num.6.seqq.dec.224.num. 12. Rota dec.680.num.2.p.1.nouiss. Vrsell.cons.36. num.36.37. Sabell.§.hæres num.35.seqq. Idem Surd. cons.295. Georg. alleg.24. Casanat.cons. 23. num.22. Bertazol. cons. 107. num.64.65. in ciuil. Rota Auenion. decis.45. num.6. 7. 8. Burat.509. num.5.* & ibi *Addit. Peregr. cons. 68.num.3. vol.3. Fusar.de substit.qu.665. num. 7.& qu.666.nu.3. Gallus de fructib.disp.16. Farinac.d.qu.5. Sabell.§.fructus, nu.21. Vrceol. de transact.qu.82.num.2.consult.100. num.2.vol.2. Card. Luca de legit.disc.18.nu.17. de fid.disc.19. num.4.* vbi declarat. Vbi extraneus illos imputat in *Trebell.* Vbi etiam in non extraneis à quo die, de *fid.disc 185.seqq.*

An debeat imputare in debita hæreditaria soluta, de *hæred.disc.28.nu.12.de fid.disc.162.n.5.*

Nec tenetur de nominibus debitoris exactis. *de fid.disc.192.nu.3.disc.269.n.4.*

172 Quamuis adsit præceptum testatoris, *Burat.sup. Card. Luca de fideicommiss.disc.162.nu.5.* vbi dicit contrariam opinionem, cessante expresso testatoris præcepto esse magis communiter reprobatam. Secus si adsit clara dispositio testatoris, *Gallus disp.15.num.49.* post *Monticul.de inuentar.c.10.num.208. Surd. dec.170.*

Fa-

Farinac. d. qu. 5. num. 11. Christin. dec. 318. vol. 1. Card. Luca de fid. dec. 162. n. 6. 187. n. 11.

Nisi hæres ipse grauatus, vel cum beneficio inuentarii pro suo credito cum aliis creditoribus super bonis hereditariis concurreret, nam tunc fructus per eum perceptos post aditam, creditum heredis extinguit, quoniam rationi congruit, quod fructus ex hæreditate post aditam, peruenti, potius commodo omnium creditorum, quem hæredis, cedant, sic decisum refert *Surd. dec. 92. & 224. Caball. cons. 144 vol. 2.* latè *Amat. res. 56. num. 8. Ludouis. dec. 67, num. 10. dec. 266. 421. Menoch. cons. 183. num. 52. seqq. Simon. de Pratis de vltim. volunt. fol. 358. num. 19. Rota d. dec. 680. p. 1. nouiss. Serafin. dec. 967. Marescott. lib. 1. c. 37. nu. 7. seqq. Crauet. cons. 295. Boer. dec. 44. nu. 19. Decisiu apud Burat. 23. Ian. 1621. Farinac. d. qu. 5. nu. 11. Sabell. d. §. hæres. nu. 35. seqq.*

173 Tenetur autem restituere à die, quo est requisitus, *l. 18. in fideicommissaria, ff. ad Trebell. l. mulier. 22. §. sed si hæres, ff. eodem, Gallus d. disp. 16. num. 52. & 60.* aliàs non imputat in creditum, *Fusar. de substit. qu. 65. nu. 7. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. qu. 16. n. 12. & tit. 2. qu. 32. n. 25. seqq. Ludouis. dec. 69. num. 10. Rota post Merlin. de legit. dec. 9. nu. 6. & dec. 20. num. 12. seqq. & dec. 108. n. 3. & dec. 120. num. 2. Conciol. de hæred. art. 1. nu. 547. 548. 549.* Sed etiam ante requisitionem, *Aguila ad Roxas de incompatib. p. 5. c. 3. nu. 50. Fusar. de subst. qu. 626. nu. 53. & cons. 161. n. 7. Surd. dec. 25. num. 11. Peregr. de fid. art. 49. n. 84. Pacific. de Saluainsp. 3. c. 4. n. 440.*

Tenetur restituere post conditionis euentum, post petitionem, *Rota p. 17. rec. dec. 5. & 288.* post alios *Sabell. d. §. fructus, num. 24. Castill. tom. 6. c. 135. Molin. de primog. lib. 2. cap. 112. Marin. lib. 2. c. 104.*

Sic hęres grauatus non tenetur æs alienum soluere de fructibus bonorum fideicommisso subiectorum, *Peregr. art. 35. num. 10. & art. 40. num. 22. Fusar. qu. 541. n. 7. 9. qu. 665. nu. 7. seqq. Gratian. disc. 540. num. 7. & seqq.* & ibi *Luca, Rota dec. 517. n. 10. p. 4. diuers. Cyriac. contr. 550. nu. 22. seqq. Conciol. sup. num. 544. 545. 546.*

Sed tales fructus imputantur in Trebellianicam, *Rota p. 9. rec. dec. 348. num. 51. p. 12. dec. 264. nu. 12. Cost. de port. rat. qu. 17.* Sexus quo ad filios primi gradus grauatos, post mille *Sabell. §. fructus n. 20.*

Fructus percepti, viuo testatore, ante aditam hæreditatem, augent hæreditatem, & sic grauatus tenetur restituere, *Menoch. de arbitr. cas. 256. n. 3 lib. 2. Farinac. d. qu. 5. n. 4. Caphal. cons. 398. n. 26. 27 Honded. cons. 59. n. 12. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 10. n. 34. & art. 49. n. 1. Sabell. §. fructus n. 22. Christin. dec. 318. vol. 1.*

Idem in fructibus pendentibus tempore mortis ipsius testatoris, vel mortuo testatore, sed iacente ipsa hæreditate, quos hæres grauatus restituit, *Menoch. sup. num. 4. seqq. & nu. 44.* Vbi ampliat etiam, quod filius sit hęres, *Couar. de testam. fol. 365. col. 4.* Vbi quod tales fructus pendentes computari solent in Trebellianicam, *Farinac. d. q. 5. nu. 5. Rota p. 9. rec. dec. 438. n. 51. p. 12. dec. 264. nu. 12. Costa de rat. rata q. 17. Sabell. §. fructus. n. 20.*

Quid si dicat: *Restituat hæres quidquid ad eum peruenerit*, nam non tenetur restituere hos fructus, *Menoch. sup. n. 12. Farinac. d. q. 5. n. 7.*

Quod si testator dicat: *Restituat quamcumque pecuniam ad eum peruenerit ex bonis, & hæreditate mea.* Vel dixerit: *Restituat quidquid ex hæreditate mea, & bonis superfuerit.* Vide *Menoch. sup. n. 13. seqq.*

Restituit fructus quando hæres fuit grauatus vltra vires hæreditarias, *Menoch sup. n. 19.*

Restituit quando hæres est grauatus restituere proprio filio, *Menoch. d. cas. 256. n. 22. Farinac. d. q. 5. n. 11.*

Hæc, & alia de restitutione fructuum per heredes habes penes *Lagun. de fructib. Fusar. de substit. Gallum de fructib. disp. 14. & 15. Farinac. d. q. 5.*

Verum hæres, qui à creditoribus hæreditariis, ex remissione, vel transactione habuerit aliquid hoc hęreditatis lucro non cedit, nec aliis creditoribus, aut fideicommissario restituendum, *D. Lagun. de fructib. p. 1. c. 14. num. 21. Nos etiam infra.*

Quod hæres teneatur soluere debita defuncti sequuta transactione inter hæredem scriptum, & legatarium ab intestato successorem, qui quærelauit testamentum, & dixit illud irritandum, quia adhuc hęres scriptus est insolidum conueniendus ad soluendum debita hereditaria quomodocumque transigatur, *l. 3.* vbi *Odofr. ff. de transact. DD. in l. controuersi ff. de transact. Trig. sing. 94. num. 2.* de qua materia *Costa de ration. rat. q. 23. Cyriac. contr. 17.*

Hæreditatis possessor, si quid indebitè, causa hæreditatis exegerit, hoc cum ipsa hæreditate, restituere non debet. *Lagun. sup. n. 22.*

Sic hæreditatis petitione nonuenit quod hęres grauatus indebite exigerit, *Marescot. lib. 2. c. 17. num. 5. & seqq. Mantica de tacit. lib. 26. tit. 5. num. 2. & 6. Salgad. labyr. p. 2. c. 9. nu. 93. Valeron. de transact. tit. 4. q. 6. n. 53. Lagun. sup. p. 1. cap. 14. num. 68.*

174 Imaginaria solutio non tantum est concedenda quando non extant pecuniæ, vel mobilia in hęreditate, *l. à Diuo Pio, § si super rebus. ff. de re iudic. Fusar. qu. 672. nu. 10. Rota dec. 680. n. 7. p. 1. diuers. Serafin. dec. 967. num. 1. Cauaber. dec. 130. n. 4. dec. 259. n. 36. p. 5. rec. Merlin. sup. n. 90.*

Debet tamen probari existentia pecuniarũ, & mobilium à substituto, *Cur. sen. cons. 27. n. 17. Serafin. dec. 967. num. 3. Rota d. dec. 259. p. 5. rec. n. 38.* Vbi subdit, quod hæres potest euitare etiam hanc imputationem, quando non distraxit, & possedit mobilia, & ea erant talia, quæ tempore potuerunt præsumi consumpta, & quod alterius exhibendo inuentarium excusatur, *Merlin. sup. n. 91. 92.*

175 Quartus casus est, quando est possessor hereditatis reuocabiliter, non respectu fideicommissi, quo grauatus est hæres, sed respectu aliorum creditorum, & hoc casu non extingui hypotecam, vel secundum alios, illa extincta dari reuiuiscentiam, ad excludendum posteriores, *Fulgos. in l. debitor num. 14. seqq. ff. ad Trebell. Gratian. disc. 204. num. 23.* Supposito inuentario, *Franch. dec. 80.* vbi *Luca*, & alij *Addentes*, *Capyc. decis. 198. Bich. dec. 330. num. 6. seqq. Merlin. sup. n. 93. 94. 95. Sabell. §. hypoteca. num. 52. Nos ad Rouit. cons. 54. lib. 2.*

176 Quintus casus est, quando facit hæres restitutionem hæreditatis ignoranter, credito non deducto, & hoc casu competere poterit vtilis hypotecaria, quia per restitutionem cessat causa præcedentis extinctionis, & ideo reuiuiscere debet ipsi hæredi non directa, quæ iã fuit extincta per aditionem præcedentem, sed vtilis ex æquitate. *Castr. in l. ita tamen 27. §. si ex Trebelliano nu. 4. ff. ad Trebell. Merlin. sup. n. 96.*

177 Sextus casus est quando adita hæreditate, agitur de hypoteca rei alicuius apud heredem non existentis, sed apud aliquem tertium, & hoc casu, quia dominium huiusmodi rei non fuit acquisitum hæredi, hypoteca non remanet extincta, & hæres poterit agere contra tertium illum possessorem actione hypotecaria, ad acquirendam rem ipsam. *Negusant. de pignor. p. 5. membr. 1. num. 53. in 3. casu Merlin sup. nu. 97. 98.*

178 Septimus casus est, quando creditor adiuit hæreditatem debitoris, & res hypotecata est in hæreditate, & sic dominium est acquisitum ipsi creditori iure hypotecata, ex titulo hæreditario, sed alius habet hypotecam in dicta re non à defuncto, sed ab alio, quæ est posterior hypoteca hæredis, posito pro possibili, quod possit dari casus, puta si defunctus non fuisset dominus, & tamen hypotecasset, quia haberet publicianam, & alius etiam non dominus habens publicianã secundo loco obligauit huic, qui habet posteriorem hypotecam, iuxtà notata *in l. si non dominus ff. qui potior. in pign. Merlin. sup. nu. 99. 100.*

179 Octauus casus est quando creditori est delata hæreditas sui debitoris, sed antequam adeat, ipse contraxit aliam hypotecam ad fauorem sui creditoris generalem in, & super omnibus suis bonis, in qua veniunt iura, & actiones. *l. nomen C. quando res pign. oblig. poss. l. grege §. pign. ff. de pignor. & toto tit. C. si pign. res data sit.* Et sic istud creditum, quod competebat contra bona hæreditatis sui debitoris deinde adit ipsã hæreditatem, cui extincta sit hypoteca istius secundi creditoris quoniam directa actio, & ius competens hæredi ante aditionem ad ipsam hæreditatem fuit extincta, & sublata mediante ipsa aditione, hunc sensum proponit *Castr. cons. 198. num. 4. lib. 5.* & non extingui affirmat, nam si est extincta directa, non est extincta vtilis. *Medic. dec. 73. exam. 47. num. 9. & seqq. Scaccia de Saluian. lib. 1. qu. 18. num. 4. Vrsill. ad Affl. dec. 8. D. Marcian. disp. 95.* vbi quod nec imputat fructus increditum, in præiudicium dictorum creditorum, *Merlin. sup. num. 101. 102. Card. Luca de credit. disc. 41. num. 5.* Secus si hæres obligasset bona creditori post aditam hæreditatem, quia iam suum creditum non esset inesse amplius, propter confusionem, & sic nihil transmitti potuit, post *Negusant. p. 5. membr. 1. num. 56. Merlin. sup. num. 103.*

180 Nonus casus est quando creditori succedit fideiussor sui debitoris, & hoc casu extinguitur obligatio fideiussoris, per easdem rationes *sup.* adductas. *Negus. d. p. 5. membr. 1. num. 50. Maur. de fideiuss. §. 14. num. 15. Barbos. in l. qua dotis n. 7 ff. solut. matr.* Sed remanet actio contra reũ. *Maur. & Barb. sup. Merlin. sup. n. 104. Conciol. de hæredit. 1. n. 428. 429.* Alia diximus *su. n. 77. seq.*

181 Sic si debitor redditus succedit fideiussori suo eiusdem redditus, ex aditione hæreditatis confunditur personalis actio fideiussoria in principalem, sed hypotecaria non confunditur, & ita bona fideiussoris redditui hypotecata peruenta ad principalem debitorem obligata permanet. Idem iuris est, si alter ex correis succedat correo redditus. *Roderic. sup. num. 32.*

182 Decimus casus est quando sunt plures rei debendi, & vni eorum succedit creditor, & tunc aditio hæreditatis debitoris facta per creditorem non importat extinctionem hypotecæ totalem, sed partis rei, cui successit. & hoc casu aditio dicitur habere effectum confusionis, & non solutionis, quia alias si haberet vim solutionis, correus liberaretur. *Affl. dec. 237. nu. 4. Merlin. sup. num 105. 106. Card. Luc. de credit. disc. 41. num. 4.* vbi *num. 5.* quid si esset debitor aliorum, *Rec. ad Franch. dec. 80. Barbat. de offic. p. 1. cap. 7. num. 52. & seqq. Nos ad Rouit. cons. 54. num. 18. lib. 2.*

183 Sed pro ea parte, qua est hæres, & non in totum, facta hæreditatis aditione absque inuentario, hæredis actiones confunduntur, *Farinac. dec. 528. num. 1. p. 2. tom. 4. Tusc. lit. H. concl. 52. num. 11. Costa de port. rat. qu. 45. num. 6 seqq. Gratian. disc. 203. nu. 3. Barbos. in l. si eum dotem. §. si pater. num. 17. ff. solut. matr. D. Antonin. Amat. res. 56. num. 11. Rota part. 18. rec. dec. 33c. Doctiss. D. Card. Luca de credit. disc. 41. num. 4. Roderic. de annuis redit. lib. 2. cap. 19. num. 30. Robles de repræsentat. lib. 2. cap. 16. num. 54. & nu. 98. & seqq. Rosental. de feud. Cap. 9. conclus. 75. & 76. Surd. dec. 224. num. 21 Salgad. labyr. credit. p. 2. cap. 25. num. 63. & 65. Donell. enucleat. lib. 7. cap. 15. Olea de cess. iur. tit. 7. qu. 6. Fusar. de substit. q. 557. nu. 20. 21. Noguerol. alleg. 19. num. 106. Posth. res. 71. num. 66. & dec. 59. num. 3. seqq. & num. 180. seqq. Vrceol. de Transact. q. 80. num. 14. Bossius de dote c. 6. §. 6. d. num. 92. Ludouis. dec. 442. nu. 3. Cocein. dec. 285. num. 3. Sabell. §. obligatio. num. 34. Tusc. lit. H. concl. 52. Gratian. disc. 203. Doctiss. D. Rubeis de confusione cap. 1. num. 41. & cap. 14. n. 30. seqq.* Nos infra *num. 335.*

184 Sic creditor succedens debitori videtur sibi soluere de bonis vniuersis, verum si ei succe-

dat

dat pro parte, censetur extinctum debitum, ac pro alijs partibus agere potest contra cohæredes, *Surd. dec. 170. num. 1. Gomez in l. 20. Tauri. num. 2. & tom. 1. var. c. 12. num. 17. & tom. 2. c. 11. num. 11. & 12.* vbi *Ayllon. Barbos. in l. pecuniam. 1. C. de hæred. action.*

185 Quod est intelligendum tunc pro hæreditaria parte, pro qua creditor debitori successit censeri confusam actionem, quando hæres compensandi animo non sit institutus, vt post *Traquell. & alios* fundat *Barbos. in l. si adulta 6. de hæred. action.* Dicensex. *Pinell. in l. 1. C. de bonis matern. p. 1. num. 79.* quod pater excludens filiũ hæredem, intelligitur tantum excludere à portione hæreditaria, si cum alijs concurreret, si vero solus à toto videtur exclusus, *Burg. de Paz. cons. 4. num. 4. Surd. dec. 90. num. 20.* Qui idem dicit in hærede, qui tantum tenetur pro portione hæreditaria, ac pro alijs habetur pro extraneo. ad materiam videndus Barbos. *in l. debitori 7. C. de pactis* benè *Censal. ad Surd. dec. 170.*

186 Nam *legis* in Tabularum potestate, actiones hæreditariæ inter cohæredes, ipso iure pro portionibus hæreditarijs diuiduntur, *l. si pacto. C. de gestis, l. licet, C. ad leg. Falcid. l. si ab eo C. de negot. gestis l. 11. C. si cert. petat. l. 1. C. si vnus ex pluribus l. vnic. §. videamus C. de rei vxor. act. Parlador. rer. quotid. c. fin. p. 1. §. 1. num. 11. Rodriq. de execut. c. 4. nu. 13. Thes. lib. 2. q. 67. nu. 10. Duard. ad bull. §. 5. q. 16. à num. 26. Fab. de error. pragm. de cad. 80. err. 6. Valentia illustr. ad tit. de acquir. hæred. cap. 4. num. 4. 5. & lib. 2. tract. 4. c. 4. num. 41. Gothofred. in l. si testamento. §. 1. ff. de fideiuss. lit. T.*

187 Qua ratione etiam si defunctus insolidum obligatus esset, inter eos, creditore etiam inuito, obligatio diuiditur, & nonnisi pro rata, ac portione sua vnusquisque tenetur, *l. 2. C. de hæred. action. l. ea, quæ nominibus C. famil. ercisc. Parlad. & Rodriq. sup. Gutier. Canon. lib. 2. c. 28. n. 63. Leotard. de Vsur. qu. à num. 30. Gratian. disc. 16. à num. 7. disc. 36. num. 41. & 150. Auendan. de censib. cap. 95. num. 2. Costa de ration. rat. q. 83. & 189. Giurba ad consuet. mess. c. 9. gl. 5. num. 40. Virgil. de legit. pers. c. 20. à num. 38. Ricc. collect. 528. Valasc. de priu. paup. p. 2. q. 58. num. 3. Donell. lib. 9. com. cap. 11. Schifordeg. lib. 3. tract. 2. qu. 14. 15.* post hos, & alios *Olea de cess. Iur. tit. 4. qu. 6. num. 1. & seqq.* vbi *num. 16. & 17.* limitat si debitum soluendum per defunctum indiuiduum esset, & si vnus pignus, vel hypotecam possidens, actione hypotecaria conuentus esset, *& num. 13.* limitat in causa alimentorum futurorum.

188 Vndecimus casus est quando hæredi adeunti fuit euicta vniuersa hæreditas, & hoc casu scribit *Affl. d. dec. 237. num. 6. vers. & hoc verum non induci præsumptam solutionem*, & sic infert non extingui hypotecam, vndè de hoc casu videtur iudicandum, sicuti quando reuocabiliter est effectus heres, *Merlin. sup. num. 106.* Diximus *sup. num. 115. seqq.*

189 E contra succedente debitore suo creditori, idem dicendum est, vt confundatur hypoteca. *Card. Luca de cred. disc. 40. num. 11. disc. 41. nu. 2. & in summar. ex num. 241. de donat. disc. 29. nu. 3. de hæred. disc. 28. num. 4.* nam nemo potest esse sui ipsius debitor, & creditor. *l. Vranius. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. Rota dec. 136. num. 2. p. 4. rec. Merlin. q. 15. num. 1. Rolan. cons. 65. num. 15. lib. 2. Serafin. dec. 842. num. 4. Mastrill. dec. 53. nu. 6. Milan. dec. 13. num. 9. lib. 1. Gratian. disc. 203 n. 1. Roderiq. de ann. reddit. lib. 2. qu. 19. num. 16. Card. Luca de legit. disc. 31. num. 13. de credit. disc. 40. nu. 11. disc. 41. nu. 2.* & in *Summar. ex n. 241. de donat. d. disc. 29. nu. 4. de hæred. disc. 28. nu. 4. 5.* vbi differentia in casu, quo creditor succedit debitori, & e contra. *R. Ponte cons. 8. lib. 1. Thes. qu. 44. lib. 3. Rota dec. 349. p. 5. rec. Luca ad Franch. dec. 80. nu. 2. Amat. res. 56. num. 4.* Eadem *Rota dec. 236. nu. 1. p. 4. rec. Merlin. de Pignor. & hypot. lib. 5. qu. 14. n. 14. D. Rubeis de confus. c. 1. nu. 110. R. Ponte cons. 143. nu. 7. Vrsell conclus. 36. nu. 9. C. Luca de cred. disc. 40. n. 27. seqq.* Insula Virili. *disc. 41. n. 4.*

190 Quæ conclusio procedit in debitore succedente creditori titulo vniuersali, secus si particulari. *Fontanell. dec. 194. n. 2.*

191 Verum resoluto titulo hæreditario potest propria credita deducere. *Card. Luca d. disc. 31. num. 13. de cred. disc. 34. num. 6. disc. 36. n. 22. de hæred. disc. 22. nu. 7. Sabell. §. hypoteca. n. 52.*

192 Et si debitor succedat creditori, videtur debitum soluisse, quando ex solutione hæres, nec damnum sentit, nec lucrum quærit, *Fon. de pignor. 5. p. membr. 1. nu. 54. Surd. dec. 226. num. 11. Roderic. de anu. reddit. lib. 2. c. 19. n. 22.*

193 Sed conclusio, quod debitore succedente creditori, confundatur actio, non procedit si lis esset contestata contra debitorem, *Serafin. dec. 842. in fine, Vrsell. conclus. 36. n. 9.*

194 Conclusio primò, *sup.* posita declaratur primo, respectu aliorũ creditorũ ipsius creditoris, cui ipse debitor successit, cum nomen ipsius cadens in hypoteca eorundem, nõ possit extingui in eorum præiudicium. *l. hæres à debitore §. quod si hic seruus. ff. de fideiuss. l. debitor 3. ff. de separ.* & ibi *Bar. Rota d. dec. 236. Roderic. sup. n. 1. Merlin. sup. nu. 2. Card. Luca de credit. disc. 41. num. 5.*

195 Declaratur 2 Quando debitor succedit suo Creditori reuocabiliter. *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 13. nu. 10. & q. 19. nu. 5. 42.* Vbi declarat, sic in vsufructuario, emphyteuta, fideicommissario, & similibus, *Rota d. dec. 136. in fine. Merlin. sup. nu. 3. Affl. dec. 8. & 16. Franch. dec. 39. n. 5. dec. 80. nu. 13. Surd. dec. 266.* vbi *Hodiern. & Censal. Merlin. de pignor. lib. 5. q. 15. n. 3. D. Rubeis de confus. c. 17. §. 2. num. 53. ex l. si rem. ff. de pignorat. action. Card. Luca de credit. disc. 34. num. 6. disc. 36. nu. 22. de legit. disc. 31. nu. 13. Doctissimus Sabell. d. §. hypoteca n. 52.*

196 Declaratur 3. Conclusionem procedere quando fit præiudicium tertio in iure quæsito, secus quærendo, prout in compensatione, quæ non fit in præiudicium tertii. *Franch. & Luca dec. 53. n. 10. Rota Gen. dec. 190. n. 19. Roderic. sup. nu. 2.*

*n.2.*Dicemus *Nos q 45.*

197 Inuentarium fuit inuentum ad probandũ bona in illo descripta esse Testatoris, *D.Manzius in Biblioteca legal.tit.9.q.9.nu.86. Boer.dec. 61.num.8. Christin.dec.22.seqq. vol.4. & ad leg. municip.tit.16.art.51.*

Inuentarium licet operetur, quod hæres nullum damnum sentire debeat, *l.fin.§. & si præfatam.C.de iure delib.Cyriac.contr.326.nu.19.seqq. contr.528.nu.27.Ridolfin.in praxi p.1.c.9.n.154. Merlin.dec.796.nu.6.p.2.Altograd.cons.62.nu.3. lib.2.Rota dec.32.nu.2.* post *Olea de ceß.iur.Gratian.disc.998.Tusc.lit.I.conclus.351. Magon.dec. Luc.6.num.42.Conciol.sup.num.438. & nu.363. Sabell.§.Inuentarium num.8. Rota p.13.rec.dec. 499.& p.18.dec.521. Christin.dec.22.cum plurib. seqq.vol.4.Idem Conciol.alleg.51.nu.27.28.Rota dec.8.num.27.* post *Albric. de inconstant.* Quo ad damnum vitandum constituit hæredem, ac si non adiuisset, *Conciol.alleg.52.n.33.* Est, vt herba Bettonica, *Rosis obs.26. num.8. obs.27.num.40. 28.44.*

198 Non tamen facit, quod hæres debeat lucrari in damnum creditorum. *Laderch.cons.8.nu.1. Cyriac.contr.275.nu.17. Rota dec.535. nu.4.p.5. rec.Merlin.dec.796.num.7.Cels.dec.83. num.4.& dec.377.num.5. Actolin.res.79.nu.19. Cyriac.contr.24.nu.6.contr.275. nu.12. Capyc.Latr.consult. 33.nu.1.Palma alleg.34.nu.2. Rocca disp.47.nu. 41.42.Rubeis de confus.c.30.nu.40. Conciol.sup. num.439.*

Sic hæres soluens debita defuncti, non potest de huiusmodi creditis excipere contra alios creditores hæreditarios, etiam si inuentarium fecerit, si non reddidit rationem. *Rota dec.25.nu.3.*post *Oleam de ceß.iur.*

199 Inuentarium solum iuuat hæredes, quo ad actiones passiuas, descendentes à defuncto, nõ autem quo ad obligationes proprias, & quibus hæres proprio facto se adstrinxit, *Surd.dec.32. nu.5.Conciol.sup.art.2.nu.14.* Et per inuentariũ non confunduntur Iura. *Rota* post *Salgad.labyr.dec.50.num.29. Card.Luca de hæred.disc.28. num.6.*

Et hæres tenetur pro viribus hæreditariis. *Cels.dec.83.nu.4.*

200 Inuentarium potest remitti hæredi per Creditores, ità vt tunc non teneatur vltra vires. *Monticul.d. inuentar.c.1.nu.17.& 35.& seq. in impreß. Taurin.qu.223. Rota dec.272. in fine p. 14.rec.Conciol.art.3.nu.224.Nos infra n.231.*

Sed non iuuatur Inuentario, si fuit in mora in non exhibendo inuentarium, & reddenda ratione, nam præsumptio est subtractionis bonorum, sic potest agi executiuè contra ipsius bona propria. *Gratian.disc.981.num.26.& seq. Merlin.dec.721.*post alios *Rota dec.32.nu.3* post *Oleam de ceß.iur. & decis.50. num.2. & dec.21. num.13.*

Et Inuentarium non iuuat quando adsunt bona, ad satisfaciendum creditoribus, nam illis debet satisfacere. *Rocca disp.50.n.42.46.*

Hæres Beneficiatus obligans se pro debito defuncti, censetur se obligasse titulo hæreditario. *Cyn.in l.fin.C.ad l.falcid. Merlin.de pign.lib. 2.q.16 nu.49. Card.Luca de hæred. disc.8.nu.14. Affl.dec.339.nu.13.14. Franch.dec.323. num.8. Rota dec.392.p.1.rec. D.Palma dec.Luc.350.n.2. & dec.397.nu.3.Conciol.Tract.de hæred.art.2.*

Limita quando verba contrarium significãt. *Angel.cons.31. Corn.cons.31. vol.3. Surd.cons. 191.nu.26.Cyriac.contr.225.num.17. Vrceol.de transact.q.80.nu.11.Rota dec.93.nu.3.* post *Merlin.de pign.Bich.dec.591.nu.9. & seqq. Rota rec. dec.428.nu.6.p.9.& dec.49.n.3.p.16.*

Item quando obligat se insolidum, & in bonis propriis, *Gratian.disc.264.nu.8.seqq. D.Palma d.dec.350.& 397.n.6.7.*

Hæres promittens soluere legata, & debita nõ videtur renũciare beneficio Inuentarij, nisi etiã addat obligationem bonorum suorum, vel cũ clausula insolidum, vel integre, siue per æquipollentia verba. Si tamen soluerit, vel promiserit vnum ex legatis inutilibus, non videtur obligatus ad alia pariter inutilia, *Gratian.disc. 264.553.646.nu.26.disc.916.num.31.seqq.* Vbi etiam *Luca. Surd.dec.132.num.10.seqq. Franch. dec.323.& 648.Sanfel.dec.212.*vbi *Addit.o.Vrceol.consult.95.nu.11.s.qq.vol.2.* vbi secus si renunciet beneficio Inuentarii. *Ricc.collect.3412 34.8.Rota p.9.rec.dec.135.nu.13.seqq. R.Capyc. Latr.dec.115.nu.31.seqq. Rota p.1.rec.dec.392. p.10.dec.197.num.15.p.11.dec.58. Bich.dec.430. 591.Vrceol.de tract.q.80 nu.11.seqq. Rota p.15. rec.dec.396. & par.16.dec.49. Card.Luca de dote disc.28.de Iudic.dec.35. nu.72. de feud.disc. 108.de hæred.disc.8.ex n.12. Fontanell. dec.490. 491.*Vbi quid si per viam transactionis.

Item quando agitur de obligatione ad aliquod debitum particulare, secus si ageretur de obligatione vniuersali. *Phanuc. de Inuent.p.6. nu.112.114.Gratian.disc.264.n.6. Surd.dec.132. nu.24.Rota dec.323.num.4.* post *Pacific.de Salutian.*

Inuentarii beneficio censetur debitor renũciasse, quando creditor intuitu nouæ obligationis plura remittit. *Vrceol.de trans.q.80.n.11. Card.Luca de dote disc.28.n.10.11. Bich.dec.591. num.12.Rota rec.dec.428.nu.7.p.9. Palma d.dec. 355.num.6.*

Hæres beneficiatus in obligatione per eum facta, renunciando omni iuris, & legum auxilio, censetur renunciare etiam beneficio Inuẽtarii. *Rolan.cons.13.num.11.vol.1. Fanuc. de Inuentar.p.6.num.115. Gratian.d.disc.264. num.19. Barbos.claus.133.num.13.Surd.dec.132.num.24. Palma d.dec.350.& d.dec.397.n.8.9.*

Nec officiunt verba, quæ dicunt: eum esse hæredem beneficiatum, nam intelliguntur demonstratiue, non taxatiue, *Trauet.cons.214.n.7. Phanuc.de Inuent.p.6.num.113.Gratian.disc.264. num.7. Rota dec.545.nu.19.p.5. D.Palma d.dec. 355.n.8.*

Nec iuuatur beneficio Inuentarij quando spon-

sponte, & ex propria promissione se obligauit ad soluendum debitum hæreditarium. DD. sup. citati vers. limita quando, D. Palma d. dec. 350 & dec. 397. n. 3.

Vel obligauit se, & bona sua, Palma d. dec. 397. n. 10. Conciol. d. art. 2. vbi tota materia.

Hic Neapoli per decretum interpositum per quatuor Aulos, contentum in Pragm. 82. de offic. S. R. Consilij. latum sub die 16. Martij 1623. Est statutum: hæredem cum Inuentario, obligatum pro debito defuncti, etiam proprio, & principali nomine, & insolidum, & subquibusuis aliis clausulis, non teneri vltra vires hæreditarias, nisi expressa, & specialis renunciatio beneficii inuentarii prædicti interueniat, vel obligatio satisfaciendi, etiam vltra vires hæreditarias. Verum facta discussione inuentarij, executio fiat etiam in bonis propriis, & de persona, quatenus ad eum perueniat de bonis hæreditariis.

201 Hæres cum beneficio inuentarii non tenetur soluere debita defuncti vltra vires hæreditarias, & nō tenetur illa soluere de illa quātitate, quæ ei à Creditoribus anterioribus hæreditariis remissum, & condonatum fuit, quia hoc dicitur acquisitum ex industria ipsius hæredis. Thor. in comp. dec. p. 1. vers. augumentum hæred. Noguerol alleg. 11. nu. 121. Salgad. labyr. p. 2. c. 20 n. 12. 13. 14. Conciol. sup. art. 1. n. 435.

202 Et licet aliqui velint, quod hæres beneficiatus non teneatur vltrà vires hæreditatis, ad fauorem creditorum, Tamen teneatur illis soluere de fructibus per eum perceptis post aditā hæreditatem. Phanuc. de inuentar. p. 3. num. 35. & seqq. Ladereb. cons. 8. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 77. in fine. Surd. dec. 92. num. 5. Hodiern. ad Surd. dec. 97. nu. 14. Cyriac. controu. 294. num. 17. Franch. dec. 613. num. 19. Rota dec. 304. nu. 3. p. 5. rec. & dec. 131. n. 2. p. 6. rec. & dec. 535. nu. 5. p. 5. rec. lib. 2.

Cum ea, quæ hæreditati accedunt post aditionem, illam augeant, l. item veniunt 22. §. ita non solum, & ibi gl. ff. de petit. hæred. & l. 28. gl. augent. cum leg. seq. ff. eod. l. 2. in fine, C. de petit. hæred. Gratian. disc. 540. nu. 17. Conciol. sup. art. 1. nu. 436. & seqq.

203 Tamen hoc procedit quo ad creditores notos ipsi hæredi: Munoz de ratiocin. c. 9. nu. 76. Andreol. contr. 117. n. 8. seqq. Card. Luca de hæred. disc. 20. nu. 16. Rota dec. 259. num. 8. seqq. & dec. 304. nu. 3. p. 5. rec. & dec. 131. num. 3. seqq. p. 6. rec. Ottobon. dec. 47. nu. 6. 7. Conciol. nu. 440. Diximus sup. num. 165.

204 Inuentarij beneficium fuit introductum, nè hæres sit in damno, sed non in perniciem creditorum. l. sciendum 18. ff. ex quib. caus. maior. Surd. dec. 30. nu. 13. Franch. dec. 83. in fine, Ronit. cons. 18. nu. 13. & ibid. Nos Duran. dec. 1. num. 30. Cyriac. contr. 24. num. 6. Cels. dec. 83. nu. 4. & dec. 377. num. 5. D. Palma dec. 397. num. 4. 5. Conciol. de hærede art. 1. n. 107.

Inuentarium fuisse factum probare debet allegans. Monald. dec. 131. n. 2.

205 Beneficium inuentarii prodest hæredi quo ad creditores citatos, non quo ad non citatos, Mangil. de euict. q. 55. nu. 10. Gratian. disc. 496. nu. 13. Caluin. de aquit. lib. 2. c. 181. num. 26. Addit. ad Ludouis. dec. 137. lit. B. Burat. dec. 750. nu. 5. Bich. dec. 469. 482. Andreol. contr. 122. num. 5. Capyc. Latr. dec. 129. nu. 11. Ludouis. dec. 473. & ibi Add. & dec. 176. nu. 2. p. 4. rec. tom. 2. Card. Luca de hæred. disc. 14. n. 12. disc. 31. nu. 4. de empt. disc. 28. nu. 8. disc. 41 nu. 6. Conciol. sup. nu. 410. 411. 412. vbi impugnat contrarios, Rosis obs. 27. n. 71. D. Capun. disc. 192.

Sed non vitiatur quo ad citatos, Card. Luca de empt. disc. 28. n. 8. de hæred. disc. 14. n. 12.

206 Dummodo non citati sint certi, & noti, secus si dubii, conditionales, aut litigiosi. Giouagn. cons. 19. 20. lib. 2. Andreol. contr. 122. num. 3. Card. Luca de hæred. disc. 17. num. 3. Rota dec. 202. nu. 6. p. 11. rec. Celsus dec. 185. nu. 3. Rosis obs. 27. nu. 66. Conciol. sup. n. 413.

Sed quod debeāt citari quamuis interesse nō sit certum. Ludouis. dec. 473. Burat. dec. 637. num. 17. dec. 570. num. 5. seqq. Vbert. de citat. c. 15. num. 447. Capyc. dec. 101. Rota p. 11. rec. dec. 201. p. 12. dec. 168. n. 36. seqq. Ridolfin. in prax. p. 1. c. 9. num. 47. seqq.

207 Et sint præsentes, quia absentes etiam certi non sunt specialiter citandi, sed loco illorum sunt adhibendi tres testes. Add. ad Ludouis. dec. 473. num. 22. Add. ad Burat. dec. 750. num. 7. Rota dec. 371. num. 5. ad Serafin. & dec. 597. num. 3. p. 4. rec. Coccin. dec. 151. nu. 5. Posth. dec. 71. nu. 12. seq. Conciol. sup. nu. 414. & art. 3. in fine. Infrà hic nu. 245. vers. Ad effectum.

208 Inuentarium si Testator remittat in fauorem hæredis, si illud non conficiat, tenetur vltrà vires hæreditarias dicti testatoris remissione non obstante, Crauet. cons. 174. num. 11. Rolan. de inuentar. p. vi. vers. hæredi, Phanuc. eodem Tract. p. 2. num. 68. Crass. de success. §. testamentum q. 71. num. 4. Gratian. disc. 711. num. 40. Andreol. contr. 427. num. 9. seqq. Peregr. de fideicom. art. 11. nu. 75. D. Card. Luca tit. de hæred. disc. 18. num. 2. & seqq. Conciol. d. art. 1. nu. 421. D. Rubeis de confusione c. 31. n. 80.

209 Inuentarium remittere testator nō potest, in damnum creditorum, Thomas tract. de inuentar. tit. 18. num. 8. Gratian. disc. 59. n. 12. disc. 215. nu. 20. Mangil. de euict. q. 50. num. 14. q. 55. nu. 16. Tract. de imput. q. 134. nu. 5. Andreol. contr. 427. nu. 9. seqq. Giurb. ad Consuet. Messan. c. 9. gl. 5. num. 32. Cum testator non possit facere præiudiciū creditoribus, Gratian. disc. 711. n. 40. Crass. §. Inuentarium q. 2. n. 3. Hodiern. ad Surd. dec. 30. nu. 3. Conciol. d. art. 1. num. 422. 430. 424. Card. Luca de hærede disc. 18. n. 2. Dicemus Nos infrà n. 222.

Quod testator possit remittere hæredi confectionem inuentarii, Ciroc. disc. 6. num. 27. disc. 7. num. 64. Vbi reiicit contrariam opinionem, quam Vide.

Sed vsufructuarius tenetur facere inuentarium,

rium,& à Testatore non potest remitti, *Ciroc. d.disc.6.nu.27. M nzius in Bibliotera legal.*

Sic fideicommissarius potest cogere hæredem ad conficiendum inuentarium, *Ciroc.disc. 1.nu.50.& seqq & disc. 3.n.23.*

210 Et si Testator prohibeat inuentarium, sed hæres posteà inuentarium fecerit, adhuc integra legata præstare debet, & creditoribus insolidum soluere. *Cranet.consil.174. Couar.de testam.c.1.nu.17. D. Rubeis sup.de confus.nu.82.* vbi impugnat *Conciol.d.art.1.n.418. & seqq.* in contrarium.

211 Inuentarium non fuisse factum, & nulliter factum, paria sunt. *Hor.ded.cons.34.nu.13.lib.1. Cyriac.contr.160.n.91.seqq. Ridolfin.in praxi p.1. c.9.num.29. Card. Luca de hæred. disc.21.num.3. Ludouis.dec.496.nu.2.* & ibi *Add.d.lit.A.& Rota dec.58.nu.6.p.10 rec. Posth.dec.72.nu.2.Con.iol. alleg.44.nu.37. Idem* Conciol.*d.art.1.n.432.*

352 Sic, si creditor emat rem pignoratam, si postea emptio resoluta, & res incidat in posse debitoris, non incidit in hypotecam, si emaatur à creditore, *l. Titius, 9. ff. quib. mod. pign. solu.* Nec reuiuiscit resoluta emptione, *l. eleganter, in princ. ff. de pign. act. l. si prædium, C. de euict. Surd. dec. 71. & 266. Felician. de censib. to. 2. lib. 3. c. 5. num. 16. Gratian. disc. 3. num. 5. 14. 15. Rota post Salgad. dec. 19. Rota apud Pacific. de Saluian. dec. 158. num. 3. Auendan de censib. cap. 108. Leo dec. 67. Carleual. de iudic. tit. 3. disp. 21. Gusm. de euict. qu. 34. à nu. 35. & 40. Tonnut. lib. 2. qu. 32. Salgad. labyr. p. 1. c. 21. num. 7. seqq.* Et si iterum in potestate debitoris inciderit eodem hypotecæ iure subiectam nun manere, *Surd. d. dec. 163. Franch. dec. 64. Gratian. disc. 38. à num. 15. Salg. de reg. protect. c. 27. à num. 47. & 3. p. cap. 10. à num. 23. Olea de ceff. iur. tit. 3. q. 2. n. 46. D. Aguila ad Roxas de incompat. bil. p. 5. c. 6. nu. 166. seqq. fol. 450.*

353 Hypoteca, resoluto contractu, tunc solum reintegratur, quando eadem ratio, ob quam contractus resoluitur, æquè viget pro conseruatione, ac reintegratione hypotecæ, secus si non vigeat. Et hoc fortius, si ratio resolutionis contractus præferat extinctionè hypotecæ, *Mantica de tacit. lib. 11. tit. 31. sub num. 48. vers. & quidem, cum seq. Rota sup. num. 11.* post *Oleam.*

354 Hypoteca semel extincta, non possunt causam habentes à debitore in re iam hypotecata, ex lucri causis amplius molestari, *l. & si is, ff. de distr. pignor. l. fin. C. de remiss. pign.* vbi *Cyn. Bald. Salyc. nu. 4. Iberi. num. 1. Neguf. de pignor. in 1. memb. 6 p. nu. 41. vers. aduerte tamen. Rota sup. n. 12. post Oleam.*

355 Nisi expresso partium consensu fuerit renouata, *l. cum te à debitore, C. de remiss. pign. l. si quis ædes, vel, & si rursus, ff. de seruit. vrb. præd. Cuiac. in d. l. fin. C. de remiss. pign. Donell. ibid. sub n. 7. Rota sup. n. 13. post Oleam.*

356 Hypoteca vsusfructus, acquisita proprietate à debitore hypotecante, confunditur, *Salgad. labyr. p. 4. c. 4. & 5.*

357 Sic etiam si quis sit creditor hæreditarius, si emat hæreditatem, non potest vti actione subsidiaria, nec cessione contra se ipsum, quia nequit esse debitor, & creditor sui ipsius, sed statim accepta hæreditate cum pactu, & onere soluendi creditoribus sit debitor, & creditor sui ipsius, & actio sua confunditur, seu debiti, & crediti contributione dimittitur, quia actio, & passio in eodem subiecto concurrere non possunt, & sibi ipsi debere quis nequit, *l. debitori, C. de pactis.* Et eadem ratione confunditur, seu cessat seruitus, quia res non seruit domino, qui iure proprio re sua vtitur, *l. si quis ædes, ff. de seruit. vrban. præd. D. Rubens de consuf. c. 17. §. 2. n. 51. seqq.*

358 Similiter si Titius sit creditor Caii, & postea idem Caius donet omnia bona sua Titio, verum est, quod ab illo die donationis, extinguitur primum creditum, ideò talis creditor

tor Titius non potest agere pro dicto credito super bonis reseruatis per donantē, sub prætextu, quod à se ipso exigere poterat, benè *Fontanell. de pactis cl. 7. gl. 3. p. 7. & num. 52. Molignan. altercat. 7.* Vbi probat ex eadem ratione, quod facta donatione vniuersali à donatario acceptata præsumitur fuisse satisfactum eidem de prima donatione, & hoc per fictionem, nam alias daretur actio, & passio in eodem subiecto, contra *text. in l. maior, ff. de condit. indebi. l. Vranius, ff. de fideiuss. & l. in omnibus, ff. de solut. D. Gutier. de compensat. lib. 1. q. 20.*

359 Seruitus extinguitur quando fundus V. g. in quo illa erat, ex contractu, vel alia dispositione deuenit ad dominum, sine spe alicuius reuiuiscentiæ: *l. si quis ædes, ff. de seruit. vrban. prad. Rouit. dec. 98. P. Molfes. sup. consuet. tom. 3. p. 13. de seruit. qu. 3. num. 6. ex Boer. dec. 47. nu. 9. l. quidquid, ff. commun. prædior. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. c. 19. nu. 17. D. Rubeis de confus. c. 17. num. 53. Sabell. §. seruitus, nu. 17. Tusch. lit. S. conclus. 230.*

Nisi non pateret aditus ad alterum fundum, præterquam per antea seruientem, sic decisum refert *Rouit. sup. Rosental. de feud. c. 8. conclus. 4. num. 11. Surd. cons. 17. ex nu. 3. vol. 1. Fontanell. dec. 194. nu. 10. Nos ad Rouit. d. dec. 98. Sabell. §. Seruitus, num. 12. Ciarlin. contr. 13. nu. 12. Capyc. dec. 187. D. Conciol. & D. Remiguer. ad stat. Eugub. lib. 6. rubr. 20. Gratian. disc. 681. Christin. dec. 177. vol. 2.*

Nec reuiuiscit seruitus, si vnus fundus fuerit alienatus, & sic vtriusque dominium apud eundem esse desierit, *Surd. cons. 17. num. 3. 19. Tusc. d. concl. 230.* Vbi dicit idem esse in re communi, & multis modis declarat, *Sabel. resp. 14. n. 12. & §. seruitus, n. 17.*

360 Idem in vsufructu, *l. vti frui, ff. si vsusfr. petat. D. Rubeis sup. c. 3. num. 14. Signor. labyr. cred. p. 4. c. 4. & 5. Sabell. §. hypoteca, num. 47. & §. vsusfructus, num. 11. Gratian. disc. 662. & 779.*

Non differt confusio contractus, seu crediti, & debiti, in eo contenti, à nullitate contractus, Nam quando est facta confusio in casibus in hac *quæstione* expressis: contractus nullum robur obtinet, & sic non est contractus, & sic nullus est contractus. Nam non esse, vel esse, & non admitti paria sunt, *Mangil. de imput. qu. 87. num. 3.* Et non fieri, vel non sortiri effectum paria sunt, *l. 1. §. nihil, ff. de inoff. testam. l. si quis sub conditione, ff. de testam. tutel. l. ex consensu, §. 1. ff. de appellat. Surd. cons. 3. num. 29. cons. 245. num. 14. cons. 539. nu. 10. cons. 380. num. 46. Giurba ad consuet. Mess. p. 1. c. 10. gl. 6. num 31. Gratian. disc. 746. num. 2.* Et non fieri, vel ita fieri, quod factum non duret, paria sunt, *l. si pro parte, §. versum, ff. de in rem vers. Monach. dec. 60. num. 40. punct. 7. num. 18. Surd. cons. 190. num. 9. & cons. 245. num. 14. Vaz axiom. iur. lit. N. num. 56. & seqq. & lit. F. num. 62. 74.*

361 Alii DD. tractantes de nullitate contra-

ctus sunt *Donell. lib. 16. com. c. 4. lib. 7. c. 1. Vigell. cap. 24. c. 16. Tusc. lit. H. concl. 134. & seqq. Christian. Hacken, Volfangus Adamus Lauterbachius, & Alij.*

SVMMARIVM;

QVÆST. XLV.

Quid sit compensatio. n. 1. 2. Quotuplex est. n. 3. 4.
An habeat vim solutionis? nu. 5. & nu. 9. & seqq. vsq; ad nu. 21. nu. 36. Vbi nu. 12. Quod componitur per viam retentionis.
Creditor non potest cogi compensare id, quod alteri, quam suo debitori debet. nu. 6.
Non habet locum contra eum, vel pro eo, qui repræsentat duas personas, propriam, & socialem, & similes. num. 7.
Non datur compensatio quando Tertius habet partem indebito, seu credito. n. 8.
Debitum iuratum, an possit per compensationem adimpleri. nu. 22. & n. 179.
Promittens soluere in pecunia numerata, an possit compensare. n. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.
Compensationis origo vetustissima. n. 21.
Semper admittitur, nisi expresse sit prohibita. nu. 32. & num. 160. seqq.
Effectus compensationis est, vt lites compescat. num. 33. 35.
In dubio potius compensatio, quam donatio. n. 34.
Quid habeatur per statutum Ianuense, in dicto loco, num. 37.
Allegans compensationem fatetur debitum, secus allegans solutionem. n. 38. 156.
Compensatio alia est, quæ fit ipso iure, ad impediendum cursum vsurarum. nu. 39. 40. Vbi quod fit prius in causam vsurarum, & interesse, & postea in causam sortis.
Cessat compensatio in debito ex Causa Tributorum, decimarum, stipendiorum, Annonæ, pretij rei emptæ à Fisco, vectigalium, Alimentorum, mercedis, fideicommissi, & similium. num. 41. 50. 51. 52. 157.
An in credito vnius negotiationis, cum alia negotiationis credito. n. 42. 43.
An inter Fiscum, & priuatum? n. 44. 45.
An fiat compensatio in præiudicium creditorum anteriorum hypotecariorum creditoris. num. 53. Et quid contra patrimonium decocti. d. n. 53. & à n. 54. ad n. 75. & infra n. 240.
An admittatur compensatio, si creditor moratoriam à Principe reportasset. n. 76.
Compensatio an fiat ipso iure, vel debeat opponi. nu. 77. 78. 79. 80. & c.
Quid in censu n. 82. & n. 158. seqq.
Compensatio an sit exceptio, actio, & defensio. num. 83. 84. 85. 86.
Ad euitandam moram, vel pœnam, an fiat ipso iure ante oppositionem? nu. 87. ad nu. 98. Vbi plura exempla, & Casus, & nu. 102. & à nu. 103. ad n. 113 Vbi etiam de compensatione fructuum pignoris cum sorte principali.

Com-

Quid sit compensatio contractus. Vbi de Retentione. Et in quo differant à Nullitate contractus.

QVÆSTIO XLV.

1 Compensatio est debiti hic inde confusio, sed præsupponit debitum, & creditum hinc indè prouenient ex personis ipsorummet creditoris, & debitoris, & non aliorum, vt excludatur Tertius, qui non admittitur ad compensationem fauore debitoris. *l. eius C. de compensat. l. in rem suam. ff. eod. D. Pratus discept.6.nu.25.vers. secundò. Ricc.coll.305.circa finem. Francesc.de intrus.q.35.num.8.9. Card. Luca de cred.disc.47.num.5.disc.49. num.4. disc.46. nu. 9. R.Capyc. Latr.cons.38.n.61. D. Mansius consult. 409.num.12.465. num.25.466. nu.2. D.Gutier. de compens.lib.1.q.6.n.66.seq.q.4.n.48.* Diximus. *Nos ad R. Rouit.cons.60.nu.c. & seqq.lib.1.* Vbi appellauimus compensationem, nó confusioné, *Bersan.de compensat.c.2.q.13.n.2. Luca de pluralit. homin.legal.cap.7. D.Gutier.de compensat.qu.5. num.75.lib.2.q.6.num.8.seqq.lib.2.q.13.nu.8.lib. 3.q.14.n.28.lib.3.q.3.n.49. lib.4.q.7.n.70.lib.4. q.11.n.41.lib.4.q.22.n.19.lib.4.q.14.n.32. lib.5. Palmá alleg.114.num.21.lib.2. Prat. disc.6. num. 14.lib.3. & num.28.disc.30.nu.33.tom.4.*

Vel est compensatio crediti, & debiti inuicem inter se contributio *l.1.ff.de compensat. D. Gutier.de compensat.lib.1.qu.4.num.45.qu.5.nu. 35.qu.8.num.30.qu.9.num.84.lib.1.* & in pluribus alijs locis, *Bersan.de compensat.qu.1. nu.9. seqq. Tranchedin.consult.39.num.17. Prat. disc. 30.nu.33.lib.4. Salgod.labyr.p.3. cap.6. num.29. Massola patrocin.71.num.27. D.Mansius consult. 373.num.27.disc.409.n.1.*

Sic exceptio compensationis competit soluenti debita alterius, *Catan.cons.48.n.14.*

Sic compensatio fit inter debitorem, & creditorem, non contra Tertium, *Staiban.res.30. num.3.9. Vrceol.consult.61.num.18. consult.87.n. 18. Ioan.Maria Nouar. decis.159. num.2. Gratian.disc.772.num.5. disc.948. num.2.3. Noguer. alleg.11. num.128.* Quamuis ille Tertius consentiat, *D. Mansius consult.409.n.17.*

Quod possit opponi à debitore debitoris, con-

conuento à creditore creditoris, *Magon. decis. Flor.94.nu.8. Rota p.9.rec. dec.247. num.33. Sabell.§.debitor, n.66.*

2 Sic compensatio est debiti cum debito mutua solutio, & reciproca commutatio, nam sicut soluitur pecunia, debitum, & tunc perimitur obligatio, & fit distractus, ità soluitur alio debito, & obligatio, alia obligatione tantumdem valente, seu eiusdem æstimationis. *l.si debitor.C.qui potior.in pign. l.inter ff. de administr. tut. Bul.cons.217.lib.1.S b.Medic.de compensat.p.1.num.2.Cartar.dec.73.Gratian.disc.728. num.6. seqq.* & ibi *Luca.Crass.de except.except.16.Surd.dec 191. Fostins resol.135. nu.1. Neg. de except. c.15.§.2.nu.11.12. Mans.consult.242.n.1. D.Rosa consult.45.num.5.6. Arguell decis.91. num.37. Gob.consult.130.num.10. Saminiat.contr.29. nu.4.contr.33.nu.14.& 85.contr.32.*

Ideo dicitur æqualitatis, vel æqualis ponderis retributio, nempè debiti, & crediti, inter se, retributio, *l.1.ff.de compensat.*

Sic qui compensationem patitur, exegisse dicitur. *Saminiat.contr.29. num.5. Cels.dec.98. n.7. Duran.dec.379.num.9.* Et è contra qui compensat soluisse dicitur. *Samin.contr.29.num.6. & contr.33.num.86* post *Merlin.& Fabr.*

Et per compensationem legitime factam transferuntur dominium rei. *D.Guttier.de compensat.tom.3.q.5.*

3 Est duplex, naturalis, & ciuilis, naturalis pro eo, quod debet naturaliter. *l.etiam ff.de compens.* Ciuilis quæ ciuiliter, vel vtroque iure competit. *Tolos.lib.2.c.22.nu.2.*

4 Et opposita compensatione per debitorem, si repræsentet aliud simile creditum contra dictum creditorem, extinguitur suum debitum. *Socc.cons.95.num.5.lib.4.Socc.iun.cons.74.num.1. lib.3.Menoch.cons.121.num.43. Ludouis.dec.366. num.3 Rota dec.137.num.15.p.5.rec.*

5 Ea ratione, quia compensatio habet vim solutionis, *l.si debitor, ff.qui potior.in pign. l.amplius, ff.rem rat.hab.l.si peculium, §.vlt. ff.de stat. lib. Rota dec.74.num.29.p.5.rec. & dec.354.n.5. p.5.& 512.num.6.p.2.rec.& dec.168.num.7.p.6. rec.Costa de port.rat.qu.61.num.6.7. Merlin. de pignor.lib.5.tit.1.quæst.6. Altograd.cons.5.lib.1. Christin.dec.38.39.40.lib.3. Mart. Medic.exam. 60.num.9.seqq.Rota p.13.rec.dec.394.n.1. Gob. d.consult.130.D.Saminiat.contr.32.num.2. contr. 33.nu.66.104.D.Guttier.de compensat.* in mille locis, *D.Caran.dec.7.nu.39.post consilia.*

6 Nec creditor cogi potest, vt compenset id, quod alteri, quam suo debitori debet, *Salgad. labyr.credit.p 3.c.6.§.vnic.n.18. Bersan.de compensat.c.1.qu.4.num.10.11. D.Guttier.d.qu.22. num.44.& qu.3.num.17.lib.5.& nu.29.num.20. qu.15.num.25.lib.5.qu.18.num.95.lib.5.& num. 146.qu.7.num.8.lib.3.Noguerol.alleg.11.nu.37. Turri de camb.disp.2.qu.11. ex num.17. Menoch. cons.781.num.3. Gratian. disc.948.num.4. Altograd.cons.59.num.31.lib.1. Staib.res.80. num.10. Afflict.contr.46. num.36. Nos ad Rouit.cons.60. num.13.tom.1. Manfrell.ad Capye.Latr. dec.124. num.8. Card.Luca de credit.disc.47.num.5. disc. 49.num.4.Pratus disc.6.nu.13.lib.3. & num.51. Bisogni alleg.4.nu.8. D.Mansius consult.465.n.2. 409.n.17.*

7 Ideó non habet locum contra eum, vel pro eo, qui repræsentat duas personas, videlicet qui esset creditor nomine proprio, & debitor nomine hæreditario, *Card. Luca de credit. disc. 63.nu.3.seqq.disc.47.nu.7.disc.50. n.3. Bersan.de de compensat.c.3.q.1.* Et in similibus plures personas repræsentantibus. Et in Tutore, Procuratore, Administratore. *Card.Luca de cred.disc. 47.num.6.8.9. Thes.lib.4.qu.1.num.7. Golin. de procurat.lib.5.c.3.num.20.Vrceol. consult.61.nu. 21.* Idem *Card.de cred.disc.40.num.6. Nos ad Rouit.cons.60.num.14.lib.1.Bersan.de compensat. c.1.qu.4.num.10.12. D.Guttier.qu.6.lib.2.qu.13. lib.4.Amat.res.17.Giurb.ad consuet. Messan.c.9. gl.9. à num.10. Salgad.labyr.c.6.§.vnic.num.14. seqq. & num.26.* Idem *Giurba obs.106. Bertazol.de clauss.instr.cl.41.gl.8.n.5. D.Mansius consult.409.n.10.11. Tusc.l.t. C.conclus.487. Christin.dec.38. vol.3.Tepat.var.sent.tit.160. Caualer.dec.38.num.4.5.D.Guttier.de compensat.lib.2 qu.6.nu.66.seqq.Sabell. §.compensat.o.nu.1. Bersan.de compensat.tit.3 qu.8.9.14.15.Luca de pluralit.hom.legal.c.6.num.10.& c.8.& cap.7.n.4.5. D.Guttier.de compensat.lib.1.qu.6. num.66.seqq. & lib.4.qu.11.num.16.30.& q.13. nu.43.q.20. num.39.lib.4.& lib.1.qu.2.num.27.33. D.Palma alleg.114.num.32.lib.2.Roccus de decoct.mercat. not.93.nu.269.Valenz.cons.157.num.78. Fontanell.dec.465.num.21. Salgad.labyr.p 2.c.7.n.31. c.22.n.97.seqq.*

Idem est, si socius sit debitor proprio nomine, & velit sociali nomine compensare cum suo creditore. *Cuman.cons.172. Caualcr.dec.38. num.8. Add.ad Ludouis.dec.376. nu.7. Rota* post *Salgad.Laby.dec.132.num.23.24.* post *Merlin. de pign.dec.47.num.11. Anald.de commerc. disc. 74.num.5.Card. Luca de cred.disc.47.nu.8.9. Nos ad Rouit.d.cons.60.num.15.Bersan.sup. Amat.res. 17.num.9.Cartar.dec.62.nu.10. Sabell.§.compensatio.num.1. D.Guttier.qu.30.lib.1. Rodoer.cons. 45.num.61.Gratian.disc.948. num.3. D.Mansius consult.27.num.9.10.lib.11.& consult.409.num. 19.consult.465. Giurb: obs.106. nu.26.* Vbi neo de eo, quod alijs est debitum, nec per correum. *Surd.dec.70. num.36.37.* nisi correi sint socij. *Bertaz.de clauss.instr.cl.41.gl.8.nu.5.*

Idem, vt non fiat compensatio pro debito vnitus negotiationis, cum alio. *Card.Luca de credit.disc.47 num.8.*

Idem in debito proprio, & credito fideicommissi, vel maioratus, ab eodem possessi. *Card.Luca d.disc.47.num.6.explicat.nu.9.*

Secus esset quando Titius esset creditor Caij in mille proprio nomine, debitor eiusdem Caij hæreditario nomine, in eadem quantitate, nam si peteret illa mille à Caio, rectè ipse opponit compensationem illius quantitatis, quam consequi debet ab ipso Titio, tanquam

hære-

hærede alicuius. *Fab. in C. lib. 4. tit. 23. defin. 9. Rotea disp. 146. num. 7. vol. 2. Bersan. c. 3. q. 7. D. Guttier. q. 2. lib. 2. Salgad. labyr. p. 1. c. 9. à num. 6. Ansald. de commerc. disc. 55. Stasban. res. 80. n. 10. 11. Vrceul. consult. 61. num. 21. 59. Card. Luca de cred. disc. 63. num. 6. seqq. Nos ad Ronit. cons. 60. num. 14. P. Affl. contr. 28. num. 52. Roder. cons. 45. num. 60. Amat. res. 17. Gratian. disc. 948. Roccus de decoct. mercat. num. 270. Mansius consult. 465.*

Sed quod hæredi non possit opponi compensatio de credito proprio, cum debito hæreditario, & è contra. *Card. Luca de credit. disc. 63. num. 3. seqq. & disc. 47. num. 7. disc. 50. n. 3.* Vbi quod non detur post mortem debitoris.

Quæ possent intelligi in hærede cum beneficio inuentarij, secus sine inuentario. *Rocca disp. 146. tom. 2.*

Sed creditor hæres debitoris compensat creditum suum, & illud extinguit, & confundit. *Mansius consult. 96. num. 13. Gratian. disc. 134. nu. 9. 10. Thes. dec. 58. Surd. cons. 112. nu. 2. 3.* Diximus *q. 44.*

Verum mariti debitum proprium compensatur cum tertijs debitis ex capitali dotali, nam illæ sunt propriæ ipsius mariti. *l. dotis fructus. & l. sum quis sticum. ff. de iure dotium. l. pro omnibus C. eodem tit. P. Molin. de contract. disp. 431. num. 2. Costa de port. rat. q. 155. num. 15. Surd. dec. 211. nu. 17. & Tract. de alim. tit. 7. q. 6. ex num. 8. & 9. 17. Affl. dec. 87. nu. 6. Merlin. de pign. lib. 2. q. 18. num. 45. Bussius de dote. p. 2. c. 20. §. 2. num. 1. Fontanell. de pactis cl. 6. gl. 2. p. 1. num. 1. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 124. num. 10. 11.*

8 Sic non datur quando Tertius habet partem in debito, seu credito, *D. Palma d. alleg. 114. n. 23. 24.*

9 Compensatio quo ad effectum non differt à vera solutione, *Bersan. de compens. tit. c. 1. qu. 2. & 3. q. 10. n. 37. qu. 19. n. 5. D. Guttier. de compens. lib. 5. q. 10. n. 35. q. 8. n. 6. lib. 1. q. 10. n. 39. lib. 1. q. 4. num. 24. lib. 2. qu. 8. nu. 15. lib. 2. qu. 8. nu. 13. lib. 3. qu. 6. num. 26. lib. 5. Zacchia de salar. qu. 104. nu. 16. Alderis. de symbol. contract. tit. 4. c. 10. nu. 65. Cartar. dec. 73. Graff. except. 16. Merlin. de pign. lib. 5. qu. 6. num. 2. 3. D. Tranchedin. consult. 39. nu. 19. Rota coram Vbald. dec. 233 num. 7. Angelis de impens. & meliorat. art. 12. num. 2. 3. Gobius consult. 130. n. 20. Ricc. collect. 3036. Giurba ad consuet. Messan. c. 9. gl. 9. n. 3. D. Scoppa ad Merlin. contr. 24. n. 13. lib. 2. D. Rosa consul. 45. n. 5. 6. Mansi consult. 242.*

Et est solutio ficta, & imaginaria, *Scacc. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 43. Cancer. p. 2. c. 3. num. 6. Rub. dec. Rot. Rom. tom. 1. dec. 334. num. 14. Surd. dec. 117. num. 5. Mansius consult. 393. nu. 33. Bersan c. 2. qu. 36. num. 1. 2. D. Guttier. de compensat. qu. 5. num. 37. lib. 1. qu. 4. nu. 28. qu. 8. num. 26. lib. 1. & num. 53. qu. 18. num. 51. lib. 5. qu. 56. nu. 119. lib. 5. qu. 31. nu. 3. lib. 1. qu. 15. num. 37. lib. 2. q. 16. num. 18. lib. 4. Zacchia sup. num. 18. Salgad. labyr. p. 2. c. 17. Rosis p. 2. obs. 74. num. 2. Card. Luca de credit. disc. 48. num. 6. Donat. de renunciat. cap. 32. num. 149. 151. 152. Barbos. in repertor. §. compensatio. D. Scoppa ad Grat. dec. 117. nu. 21. Giurba sup. consuet. Messan. c. 2. gl. 16. nu. 9. Intrigl. de censib. qu. 22. n. 4.*

10 Licet quod sit vera solutio dicant *Zacch. de de salar. qu. 105. num. 18. Nig. de except. c. 17. §. 3. Maur. de solut. c. 2. §. 5. n. 7. Tusc. lit. C. consul. 488. num. 32. Amat. res. 50. num. 7. Serafin. dec. 302. nu. 7. R. Capyc. Latr. dec. 25 num. 30. Cartar. dec. 77. num. 27.* Idem *Bersan. c. 3. qu. 20. nu. 15. Guttier. qu. 4. num. 21. lib. 1. qu. 31. num. 44. lib. 1. qu. 4. nu. 6. lib. 2. & num. seqq. qu. 16. num. 21. lib. 2. Alderis. sup. D. Tranchedin. consult. 31. nu. 44. D. Biniell. consult. 49. num. 1. Rodoer. cons. 45. nu. 51.* vbi impugnat *Salgad.* contrarium tenentem ex *l. si debitor. 4. ff. qui potior. in pign. l. dedisse, 76. ff. de verb. signif. Rosis p. 2. obs. 74. num. 1. D. Mansius consult. 637. num. 7. Donad. de renunciat. cap. 4. nu. 76. Barbos. in repertor. verb. compensatio, in princ. Beniell. cons. 49. num. 1. Conciol. alleg. 23. num. 48. Mansius consult. 637. nu. 2. D. Constantin. ad stat. Vrbis fol. 221. nu. 49. & fol. 399. num. 363. 364. & num. 2. fol. 402. nu. 346. Rosis obs. 74. nu. 1. p. 2. Cyriac. contr. 54. nu. 22.* Idem *D. Mansius consult. 50. nu. 71. seq.*

11 Parit effectum pecuniæ numeratæ, *D. Constantin. sup. nu. 347. fol. 402.*

12 Habet vim solutionis factæ, non faciendæ, *Conciol. alleg. 23. num. 41. 45. 46. 47. 48. D. Monald. dec. 233. num. 7.* Et compensatio opponitur per viam retentionis, *D. Mansius consul. 409. nu. 21. post Burat. dec. 277. nu. 4. Cyriac. cont. 224 n. 9. contr. 441. n. 18.*

Sic hypoteca extinguitur cõpensatione opposita à debitore de alio credito, *Soccin. cons. 65. num. 5. lib. 4. Soccin. iun. cons. 74. num. 1. lib. 3. Menoch. cons. 121. num. 43. Ludouis. dec. 366. n. 3. Rota dec. 137. nu. 15. p. 5. rec. Merlin. de pign. lib. 5. qu. 6. nu. 1. Gratian. disc. 728. n. 6. seqq.*

13 Sic recusans compensationem dicitur recusare solutionem. *D. Constantin. ad statut. Vrbis. 167. nu. 349. fol. 402. post Surd. dec. 91. n. 11.*

14 Sic solutio facienda per modum conditionis dicitur fieri per compensationem. *D. Constantin. sup. nu. 350. ex Cyriac. contr. 34. n. 34.*

15 Quod sit ficta solutio. *Tusc. lit. C. concl. 488. Christin. dec. 177. vol. 1.* Vbi quod procurator, qui recipiendo veram solutionem liberat soluentem à Domino, non tamen illum liberat compensando pro debito proprio, *Sabell. §. procurator. nu. 20. in fine. Scopp. ad Merlin. contr. 24. nu. 13. lib. 2. Bersan. de compensat. q. 1. nu. 18. & q. 2. nu. 8. seqq. Thes. lib. 4. q. 1. n. 2. Gratian. disc. 105. num. 10. disc. 356. num. 14. Cancer. var. p. 2. c. 3. nu. 61. Ludouis. dec. 342. nu. 5. Medic. de compensat. p. 2. q. 1. nu. 2. Scacc. de commerc. §. 2. gl. 5. nu. 43. Intrigl. de censib. lib. 1. q. 22. n. 12. Rub. dec. Rot. Rom. tom. 1. dec. 334. nu. 14.* vbi dicit veram, & fictam. *Prat. disc. 6. nu. 37. lib. 3. Valenz. cons. 156. nu. 78. D. Mansius consult. 16. nu. 10. lib. 11.*

Deputatus ad contrahendum censetur deputatus ad recipiendam solutionem, *Dec. cons. 19. nu. 6.*

19.nu.6. *Grat.disc.*20.*num.*40.41. *Surd.dec.*229. *num.*8. *Medic.exam.*42. *num.*7. Sic censetur ad compensandum, quando compensatio intrat ipso iure, *D.Saminiat. contr.*32. *num.*23. *seqq.* & *contr.*29.*n.*5.

Sic deputatus ad redimendum censum, potest annuos census vitalitios decursos compensare cum credito, suo principali competenti pro fructibus decursis super censu perpetuo, ad *text.l.postquam,*21. *ff. de compensat.* intelligendo de compensatione non inter partes conuenta, sed de deducta ipso iure. *Tyndar. de compensat.art.*7.*num.*6. *Medic.de compensat. p.*2. *qu.*13.*n.*3.4. *Fab.in C.lib.*4.*tit.*23.*defin.*17.*n.*1.2. Vbi quod qui potestatem habet recipiendæ solutionis, possit etiam compensare.

16 Sic quod cõpensatio sit imaginaria, seu præsumpta solutio. *Ansald.de commerc.disc.*55.*n.*47.

17 Sed habet vim solutionis, *Gratian.disc.*728. *num.*9. *Bonden.collect.*43.*num.*15. *Chartar.dec.*77. *num.*27. *Gait.de credit.c.*4.*q.*7. *num.*357. *Bersan. sup.q.*20.*c.*2.*num.*2. Et factæ, & non faciendæ, *Canciol.alleg.*23.*nu.*41. *Rota dec.*18.*nu.*10. post *Maradei in prax.Instrumentar.* Cels.*dec.*98. *nu.*6. *dec.*317.*nu.*5. *Manfrell.ad Capyc. Latr.dec.*124. *nu.*3.17. *Capyc.Latr.dec.*82.*nu.*27.28. *P. Affl.controu.*28.*nu.*56.*contr.*42.*nu.*13.*seqq. Gratian.disc.*948.*num.*1. *Doctissimus Surd. de alim.tit.*8.*priuil.*53. *Rota* post *Merlin.de pign. dec.*41.*num.*16. *dec.*94.*nu.*21.*dec.*153.*nu.*7. *Giurba obs.*106.*nu.*9. *seqq. Castill.de alim.c.*67.*num.*1. *Mansius sup.consult.*50.*nu.*30.

Et quamuis sit ficta solutio, est vera debiti satisfactio, *Rosis obs.*74.*nu.*2. *Rota dec.*80.*nu.*14. post *Merlin.de pignor* Vbi quod liberat debitorem, ac solutio, *Giurba d.obs.*106. *num.*11. *Mansius sup.consult.*50.*n.*31.

Sic compensans suum debitum dicitur exigere. *Cels.dec.*98.*n.*4.9.

18 Et sic compensatio debitum extinguit, sicut solutio, Cels.*dec.*98.*nu.*9.*dec.*317. *nu.*9. *Affl.dec.*120. *Burat.dec.*277.*num.*1. *Massola patrocin.*71. *nu.*29. *D.Mansius consult.*13.*nu.*9.*lib.*11.

19 Verum soluens quod debet, omissa compẽsatione, præsumitur quod non sit creditor eius, cui soluit. *Ansald. de commerc.disc.*45.*num.*25. *Saminiat.contr.*3.*num.*78. *Pacian.de probat.lib.*1. *c.*25.*num.*25. *Andreol.contr.*57.*num.*13. *Bertaz. cons.*118.*num.*17. *Rocca disp.*115.*num.*9. *Cyriac. contr.*280.*num.*5. post alios *D.Guttier.de compensat.lib.*3.*qu.*9.*num.*30.

Et renunciasse censetur quis dum poterat compensare, & expectauit contra se mandatum executiuum, *D.Saminiat.contr.*33. *num.*67. *Ottobon.dec.*118.*in fin. Rota dec.*332.*nu.*24.*p.*10. *rec. Addit.ad Burat.dec.*717.*n.*7.

Verum ficta est solutio, & non potest plus operari quam vera, *Card.Luca de cred.disc.*48. *num.*6.

20 Quæ conclusio probatur ex *tex. l.si constat. C.de compensat.* vbi quod si ab vtraq; parte aliquid debeatur, illud *pro* soluto haberi debeat facta compensatione, nam arguitur ab ista dictione *pro*, quæ impropietatem denotat, *Tusc. lit.C.concl.*488.*nu.*7. *Medic.exam.*60. *nu.*15. *Bersan.q.*2.*nu.*9. & *c.*2.*q.*8.*num.*13. Sic conditio soluendi dicitur impleta per compensationem, *R.Capyc.Latr.dec.*25.*nu.*31. *Mansius consult.*50. *nu.*32.*lib.*12. Sed *infrà* h *c n.*25.

21 Probatur 2. Quod si statutum mandet debere fieri in aliquo casu veram solutionem; non est locus compensationi, *Tusc.sup.nu.*17. *Schenard.cons.*62. *nu.*158. vt in terminis *nostra prag.* 8.*de instrum.liquid. Prat.disc.*6.*num.*49. *Vesill.ad Affl.dec.*381.*num.*4. *Intrigl.de censib.q.*22.*nu.*11. 12. *Prat.disc.*6.*n.*48.*lib.*3.

Idem si promisit quis soluere, absq; aliqua exceptione Iuris, vel facti, *Zacchia de salario qu.*204.*nu.*15. *Cyriac.contr.*120.*nu.*15. *Reusn.cons*4. *nu.*24. & 29. *vol.*2. *Pedroc.cons.*28.*n.*16 *seqq.*

Secus si statutum admittat tantum exceptionem solutionis, *Canciol.alleg.*23.*nu.*44. *Cornaz. dec.Luc.*94.*nu.*10. *Mansius consult.*50.*num.*33.*lib.*11. Dicemus *n.*161.

22 3. Quia debitum iuratum non potest per cõpensationem adimpleri, quia compensatio nõ est modus adimplendæ obligationis in forma specifica, sicut requirit iuramentum. *Gallerat.de renunciat.lib.*5.*c.*4.*nu.*72. *Scacc. de commerc.§.*2. *gl.*5.*nu.*43. *Serafin.priuil.*74.*nu.*130. *Zacch.de salario q.*105.*nu.*13. *Masull.ad Capyc. dec.*167.*nu.*1. *Hodiern.ad Surd.dec.*117.*nu.*6. *Ossasch.dec* 92. *n.*33. Dicemus *infrà n.*79. vbi limitationes.

23 4. Quod promittens soluere in pecunia numerata non liberatur; si compensationem opponat. *Graff.de except. except.*16. *num.*29. *Surd. cons.*246.*nu.*2. *Schenard.cons.*62.*nu.*146. *Ricc.collect.*2885. *Rosis obs.*74.*nu.*9.*seq.p.*2. *Gratian disc.*742.*nu.*43.*seqq. Mart. Medic.exam.*60. *n.*9.*seqq. Sulgad.labyr.p.*3.*c.*6.*§.*1.*nu.*6.*seqq. Graff.ex. eor.*16. *Castill.tom.*4.*contr.*40. *Pacific.de salu.an.insp.*2.*c.*2.*nu.*312.*seqq. Giurba obs.*106. *nu.*23. maxime si adsit iuramentum. *n.*24.

24 Et idem est vbi vera solutio necessaria est. *Tepat.var.sent.tit. de compensat. col.*9. *Bersan.d. q.*2.*nu.*8.*seqq.q.*42. Card.*Luca de credit. disc.*48. *nu.*4. *Surd.cons.*246.*nu.*2. *Cartar. dec.*77.*num.*33. *Concial.alleg.*23.*nu.*45.46. *Guttier.de compensat. lib.*5.*q.*12.*nu.*4. & *lib.*1.*q.*4.*num.*34.41. *q.*31.*nu.*18.*lib.*1.*q.*16.*num.*48.*seqq.lib.*4. *Bersan.de compensat.c.*3.*qu.*40.*num.*8. *Zacchia de salar.qu.*104. *num.*14. *Sabell. §.compensatio.nu.*22. *Ciarlin controu.*36.*nu.*21. *D.Constantin. ad statut.Vrbis tom.*2.*fol.*402.*nu.*346.347.

25 Et licet in terminis *d.nostræ Pragm.*8.*de instr. liquid.* dicat *D.Guttier. de compensat. lib.*1.*q.*31. *num.*19.*seqq.tom.*1. & *tom.*2. *lib.*4.*qu.*16. quod quamuis *Pragm.* dicat non posse debitorem audiri citatum super liquidatione instrumenti, nisi facta integrali solutione, tamen est facta solutio, si sit opposita compensatio, ex *l.debitor. ff.qui potior.in pign.habeant. Giurba obs.*106. *nu.*10. & *alij* per ipsum allegati, *Scoppa ad Merlin. contr.*24.*num.*13.*in fine,lib.*2. *D.Petra in rit.*166

num.

num. 185. *vers. verum*, post *Affl. dec. 21. Cappell. Tholos. dec. 93. Graff. de except. excep. 16. num. 9. Rota Gen. dec. 16. Magon. dec. Flor. 5. Cartar. dec. 77. Capyc. Latr. cons. 82. nu. 27.*

26 Tamen contra substinet *Maradei in praxi instrum. cap. 4. nu. 293. & seqq.* Illam opinionem limitat quando compensatio opponeretur ante instrumenti liquidationem, vel per præuentionem legitime factam ante citationem super tenore instrumenti, vel per debitorem comparentem in ipso actu liquidationis, quia tunc admittuntur omnes exceptiones, quæ veniunt discutiendæ extrà Bancam, *Galter. in praxi p. 2. 3. p. princ. p. sl. verb. atq; in ijs nu. 9.* & refert decisionem S.R.C. *Giurba dec. 60. num. 9. Prat. lib. 3. disc. 6. num. 44 seqq. alij* per *Nos* citati *ad Ronit. cons. 60. nu. 20. lib. 1.*

27 Et *Nos ad Ronit. d. cons. 60. lib. 1.* distinctione concordauimus. Aut creditum compensare volentis est liquidum non admittens altiorem indaginem, & procedit opinio *D. Petra*, & aliorum, Aut non est liquidum omnino, & procedit prima opinio, Cum nostra *Prag. 8. §. 7. de instr. liquid.* non excludat compensationem crediti apparentis, sine vlla replicatione.

Alij aliter distinguunt. Vt aduersus Instrumentum præsentatum pro liquidatione non admittitur compensatio, *Vrsill. ad Affl. dec. 381. nu. 4.* Sed *R. Marin. ad Reuert. dec. 494. num. 11.* post *Capyc. dec. 163. nu 4.* distinguit, aut creditum clarum superuenit, & potest, aut tunc erat & non potest.

28 Sic compensatio non datur aduersus schedulam: *Pagarè*, cum habeatur loco depositarij, de qua re *Nos* dicemus *nu. 180. D. Constantin. ad statut. Vrbis tom. 1. fol. 194. n. 60.* Vbi nec retentio: Secus contra decoctum, *n. 112. seqq.*

29 Et licet aliqui dicant, quod non fiat compensatio cum debito instrumentario, quod de iure statutario habeat executionem paratam, maximè si adsit obligatio Cameralis, *Bersan. de compensat. c. 2. q. 12.* vbi explicat. *Amat. resol. 17. D. Guttier. de compensat. lib. 2. qu. 13. qu. 16. n. 36. lib. 4.*

30 Tamen secus est de æquitate, *Caluin. de æquit. p. 1. c. 7. nu. 7. Riccull. de iure patronat. lib. 4. cap. 34. Carrill. dec. 277. Burat. dec. 277.* & ibi *Add. nu. 7. Vrceol. consult. 61. nu. 42. lib. 2. Medic. exam. 60. n. 43. Fontanell. dec. 466. nu. 9. Addit. ad Ludouis. dec. 342. in fine, D. Guttier. q. 16. num. 21. lib. 4.*

31 Compensationis origo vetustissima est, *D. Guttier. q. 1. n. 50. lib. 1.*

32 Semper admittitur, nisi sit expresse prohibita, *Fachin. cons. 3. nu. 2. lib. 3. Menoch. cons. 121. nu. 43. Palma. consult. 79. n. 1.* Dicemus *infrà nu. 160. seqq.*

33 Effectus præcipuus compensationis est, vt lites compescat, *D. Guttier. qu. 3. nu. 45. lib. 1.* Vt sit locus compensationi est necesse, quod non sit aliud remedium, *D. Guttier. tom. 3. qu. 15. 16. D. Mansi. consult. 409. n. 20.*

34 In dubio potius præsumitur compensatio, quam donatio, *Cabed. dec. 117. p. 1.* Sic alimenta præstita sorori compensantur cum operibus per illam factis, ipso iure, *Magon. dec. Luc. 9. n. 24. seqq. Bisogn. alleg. 61. n. 22.*

35 Sic vtilius est compensare, quam creditum in iudicium deducere, compensatione prætermissa. *D. Saminiat. contr. 32. n. 28.*

36 Sic deputatus ad contrahendum, cum sit deputatus ad recipiendam solutionem, potest etiam compensare, quando compensatio intrat ipso iure, *D. Saminiat. contr. 32. num. 23. & seqq.*

37 Per statutum Ianuense *cap. 14. lib. 4.* secundum vltimam impressionem anni 1690 habentur multa bene determinata, illud D. D. Lectores videant. *Card. Luca de cred. disc. 49. n. 2. 6. 10.*

38 Allegans compensationem fatetur debitum, dicemus *infrà num. 156. Magon. dec. Flor. 44. n. 8. Surd. dec. 24. num. 6. seqq. Barbos. in l. diuortio, §. ab donatiane, num. 14. ff. solut. matrim.* Secus allegans solutionem, *Craff. de except. D. Guttier. de compensat. lib. 1. qu. 22. num. 9. 26. 28. 30. Bersan. de compensat. c. 1. qu. 20. num. 29. Mel. ad Castill. lib. 8. contr. c. 67. Milanens. dec. 2. lib. 2. Bellon. dec. Gen. 38. 91. Lanfranc. dec. 43. Magon. dec. Flor. 81. n. 1. Censal. ad Surd. dec. 14. n. 2. 3.*

39 Item alia est, quæ fit ipso iure ad impediendum cursum vsurarum, vt si debeo centum aureos cum vsuris, tu mihi quinquaginta sine vsuris, vsque ad concurrentem summam fit compensatio, *l. cum alter, & l. idem iuris, ff. de compensat. l. si constat, & l. etiam si, C. eod. Coccin. dec. 199. num. 1. p. 2. p. 4. recent. Rota dec. 67. n. 12.* post *Merlin. de pign. & dec. 124. num. 16. Surd. d. dec. 117 nu. 2. Ponte cons. 19. Munoz de iustiot. p. 2 camput. 14. num. 2. & 13. Not ad Ronit. cons. 60. num. 1. 2. lib. 1. Mansfell. ad Capyc. Latr. decis. 124. num. 13. Rota dec. 483. num. 4. p. 3. rec. Christin. dec. 232. vol. 1. dec. 39. num. 3. dec. 40. vol. 3. Card. Luca de camb. disc. 2. num. 21. disc. 31. nu. 7. de dote disc. 161. num. 39.* vbi declarat *nu. 46. de ercdu. disc. 46. num. 15. Danad. de renunciat. cap. 32. num. 172. 173. Ansald. de commerc. disc. 93. nu. 22. Censal. ad Surd. dec. 117. P. Molina de iustit. disp. 160. Grati n. decis. 91. num. 2. Rocca disp. 146. num. 21. Vrceol. consult. 61. num. 17.* Licet secus dicat sine oppositione in censu legitimè imposito, *num. 14. seqq. Staiban. obs. 80. num. 9. 10. seqq.* vbi non solum à die oppositionis, sed à die contracti debiti, ex *Surd. dec. 117. Fontanell. dec. 206. & de pactis cl. 6. gl. 2. p. 6. nu. 61. & alijs.*

A die acquisiti crediti, *Donad. d. c. 32. n. 178. Vrceol. consult. 61. num. 8. Prat. disc. 6. num. 26. lib. 3. Merlin. de pign. lib. 5. tit. 1. qu. 7. num. 6. & dec. 124. num. 19.* post eundem *Ponte cons. 19. Fontanell. dec. 91. n. 9. & dec. 209. nu. 30. Trentacinq. var. tit. de compensat. lib. 3. res. 1. n. 24.*

Etiam si vsuræ sint fauorabiles, & debitæ ex causa dotis. *Alex. cons. 73. nu. 4. 5. lib. 5. Fontanell.*

tanell.dec.111.num.30. Etiam ad euitandum cursum interesse. *Nos d.cons.60.n.7.lib.1.*

Vel concurrente æquitate, *Card.Luca d.disc.46.nu.15.de regal.disc.106.n.5.*

Sic præsumitur facta compensatio pro concurrenti quantitate debiti. *D.Saminiat.controu.32.num.31. Vrceol.consult.61.num.31.* Et illud plus potest peti, *D.Sadart.resp.18.n.27. D.Mansine consult.393.n.13.& 14.*

Sed quod non detur compensatio inter creditum fructiferum, & non fructiferum, *Card.Luca de dote disc.161.nu.39.*

Compensatio fit prius in causam fructuum, & postea sortis, *Vrceol.consult.61.nu.33. Dom.Mansine consult.393.n.33.34.35.Saufel.dec.123* & ibi *Mucci,Gratian disc.224.num.31. Sabe.l.§.solutio,nu.57. D.Banden.ad Oter. de pascuis c.48.nu.112.*

40 Quod fiat ipso iure ad impediendum cursum vsurarum. *Christin.dec.232. vol.2.decis.39.num.3. vol.3.Merli.de pign.lib.5.q.6.num.6.D.Tranchedia.consult.85.num.36. Roder. cons.45.num.7.Barbos.vot.60. Dondeus consult.75.nu.21. Vrceol.cosult.61.num.5.Valens.cons.78.nu.30. P.Affl.contr.28.num.48.Staib.res.80 Theodor.alleg.69 num.6.Nos ad Rouit.cons.60.lib.1.Ansald.de commerc.& mercat.disc.93.n.22. Censal.d.dec.Luc.11.num.59.& num 53.seqq.Rota dec.409.n.20.seqq.p.9.rec.dec.123.nu.12.dec.294.num.3.p.15.dec.306.num.3.p.17.dec.63.num.3.seqq.p.18.& dec.49.nu.1.post Zacchiam de salario D.Constantin.ad statut.Vrbis.tom.1.fol.198.nu.112.seqq. Doctiss. D.Guttier.de compensat. lib.1. q.6.num.71.seqq.*

Et ad impediendum cursum interesse. *Nos sup.num.7. Bersa.de compensat.q.6.num 20. Card.Luca de credit.disc.46.num.16. Pacian.alleg.131.idem Bers.n.c,2.q.16. D.Guttier.lib.1.qu.6.num.76.q.29.num.13.lib.1.q.6.num.24.lib.3.q.5.num.33. lib.4. qu.7. num.41. Staiban. obs.80.num.9 seqq.*

Secus ad impendiendum cursum tertiarum, nisi opponatur. *Nos d.cons.60.nu.8. D.Petra in rit.166.nu.186.*

Quod adeo verum est, quod fiat ipso iure compensatio ad effugiendum cursum vsurarum, quod facta compensatione ab ipsa lege, si debitor soluisset, repetere posset ex indebiti condictione, quantitatem solutam pro rata compensabili. *Mugnoz.de ratiocin comput.14.num.4.Barbos.in l.diuortio.§.ob donationes nu.33.in fine.ff.solut.m trim. Hodiern.ad Surd.dec.117.num.8. Crass.de except.except.16.num.49.Olea de cess.iur.tit.6.qu.11. num.31.Ansald.d.disc.93.num.23.* Dicemus *n.129.*

Et ad impediendum cursum Vsurarum competit etiam contra cedentem, & cessionarium. *D.Constantin.ad statut.Vrbie tom.1.nu.114. seqq.fol.198.* & dicemus *infra.*

41 Cessat compensatio in debito ex causa tributorum, decimarum, stipendiorum, annonę, pretii rei emptæ à fisco, vectigalium, alimentorum, mercedis, fideicommissi, & similium, *Peregr.de iure fisci lib.6.tit.7.num.14.15.Ricc.in praxi c.120.Fontanell.dec.465.466. Andreol.d.contr.215. num.18. D. Dondeus consult.43.* Et *Nos infrà, D.Constantin. ad statut.Vrbie tom.2.fol.522.num.278. Balmasad.de collectis qu.110. Solorzan.de iure Indiar. tom.2. lib.1.cap.20. à num.70.*

42 Nec procedit ex credito vnius negotiationis, & corporis apothecæ ad debitum alterius negotiationis, vel corporis, ne confundantur rationes, & quia debita, & credita vnius corporis differunt à creditis, & debitis alterius corporis, sed admitteretur hoc modo, videlicet, finitis negotiis, & societate per decoctionem vnius, assignata cuilibet ex sociis sua portione, & solutis debitis socialibus, in eo, quod superesset socio decocto, *Magan.dec.Luc.1.Sperell.dec.91.num.5.6.Rota p.16.rec. dec.46.386.num.5.19.Sabell.§.creditar, num.64. & §.compensatio, num.23. Card.Luca de credit. disc.40. num.6. disc.47. num.5.6.8. disc.49. num.4. Ansald. de commerc. disc.55. num 48.disc.74. n.42.* Licet vtrumque negotium ab eadem persona administretur, *disc.55.*

Quod non procedat de credito vnius negotiationis, & corporis apothecæ, ad debitum alterius negotiationis, vel corporis, ne confundantur rationes, nec in debito vnius socii cum alio, vnius patrimonii cum alio, *Salgad.labyr.p.1.c.9 à num.6.Sabell.§.compensatio,num.23.Nos ad Rouit.cons.62. num.10.lib.2. Roccus de societ.mercat.nota 86. de decotion. mercat. nota 93.num.268. R.Ponte cons.7. num 29.30. lib.1. Escob.de ratiocin.c.36.num.6. Serafin.dec.1214. Ricc.collect.2445.Fab.in C.de compensat.defin.8.17.Ladouis.dec.366. Amat.resol.17.Gratian.disc.948.Scacc.de commerc.§.1.qu.1.num.450. & §.6.gl.1.num.45.Tusc.lit.C.concl.490.nu.7. D.Guttier.de compensat.qu.30 lib.1. Palma alleg.186.n.33 lib.2.Card.Luca de cred.disc.47.nu.8.9. D.Mansius consult.409.* Diximus *sup.*

Sic non datur in credito proprio, vt credito administrationis tentæ, *Luca de pluralit.homin.legal.c.8.num.9.Salgad.labyr. p.3. c.6. §.vnic.num.15.Fontanell.de pactis claus.4.gl.9.p.2.num.61.*

Nec ab illo, qui alieno nomine defendit, vt in procuratore, *Salgad. labyr. p.2. cap.22. à num.95.*

43 Sed admittitur compensatio si credita sint ex eadem administratione, *Card. Luca de cred.disc.61.62.*

44 Et licet non detur compensatio inter Fiscum, & priuatum, nisi debitum sit eiusdem stationis, vel nisi Fiscus successerit debitori, & creditori, *l.1.C.de compensat. Magon.dec.Luc.1.num.2.14. Tusc.lit.C.concl.490. num.46. seqq. Christin.dec.235.n 6.seqq.vol.1.dec.39. vol.3.D.Martell. Marcian.exercit.11.D.Rosa consult.56.R.Marin. ad Reuert.dec.443.n.1.seqq. Afflict.dec.192.Tyndar.de compensat.art.5.num.39.40. Ga-*

nauér.

nauer.dec.28.num.13. Manf. ella ad Capyc. Latr. dec.124.num.14. Alfar.de offic.fisc.l.gl.16 priuil. 34.& gl.18.priuil.6. P.Gregor. syntagm.lib 21. & 22.num.6. Monet. de decim.c.9. num.147. P. Molin a de iustit.tract.2.disp.560.num.25. Trentacinq.var.lib 3.tit.de comp nsat.ref.1. nu.11.14. Amaya in l.2,num.18.tit. C ne de Fiscus rem, quam vend dit, Bersan.de compensat.c.2. qu.10. D.Gutt er.de compensat.lib.2. qu.9.num.3. lib.2. qu.12.& qu.1.lib.4. Rodoer.cons.45. nu.75.seqq. Sabell.§.compensatio,nu.24.R.Valens cons.79.nu. 34.Theod.alleg.69.in fin. Nos ad Ronit. cons.60. n.5.6.lib.1.C.pyc.Latr.cons.28.n.56.seqq.

45 Admittitur tamen compensatio ad impediendum cursum vsurarum, etiam si debitum, & creditum sit diuersæ stationis, l. idem. ff. de compensat.Peregr.de iure Fisci lib.6.tit.7. R.Marin.ad R.Reuert.dec.494.num.2. & dec.443. R. Ponte cons.19.num.4.lib.2.Theodor.alleg.69.nu. 5.Ganauer.dec.28.num.13.Crass.except.16.num. 49. decisum refert per R.C. idem Marin. in d. dec.443.num.3. & ad dec.493.nu.5. Nos ad Ronit.d.cons.60.num.6. Idem Marin. arrest.R.Cam. 705.Guttier.qu.5.num.51.lib.4. R.Capyc. Latr. consult.38 n.56.57.58.59. Infra nu.52.

Secus dicit Alfar.sup.nu.13.fol.109.

46 Sed in nostro Tribunali Regiæ Cameræ, cuius stationes, & officia tam diligenter, & ordinatè reguntur, vt omni remota confusione, quod ex vna statione debetur, rectè possit cum eo, quod alia statio debet, compensari, Affl.dec.192. R.Capyc.Latr.consult.38.num.5. seqq. vbi subdit posse debitorem collectarum cum Fisco compensare ex Luca de Penna in l. obsistere. in fin.C.de annon.& tribut.lib.10.

47 Verum compensatio non admittitur de credito feudatarij cum Fisco, cui debet soluere releuium. R.Marin. arresto.687. Sed quod fiat non sortis,sed ad impediẽdum cursum vsurarũ, R. Reuert.& R.Marin.dec.443. & arr R.C.721.

48 Debitor Vniuersitatis cum ea non compensat, maximè stante pacto soluendi remota compensatione. Andreol.contr.215.

49 In Regno nostro non fit compensatio contra Vniuersitatem, nè ex compensationibus impediantur solutiones fiscales, ad quas Vniuersitates tenentur, ex pragmat. D.Beltran. 18. tit. de admin str. Vniuers. Vnde secus esset, si Vniuersitas introitus sufficientes haberet, ad soluenda onera fisci,&alia. Rodoer.cons.45.n.81.

50 In debito ex causa Tributorũ nõ fit. l. in ea. C.de compens.Publicę annonę,l ob negotium ff.de

51 cõpensat.Fontanell.dec.466.n.16.Ex causa decimarum, ex causa Victuali, frumentaria, collectarum. Sabell.§.compensatio,num.22. Bersan. de compensat.c.2.q.2. num.12.ac q.9. D.Guttier. q.2.lib.2.q.14.num.58.lib.3.q.1. num.71 seqq.lib. 2. D.Constantin.ad stat.Vrb.st.t.60.num.278. fol. 522. Solorzan.de iure Indiar.tom.2.lib.1. c.10.d num.70.Balmased.de collect.q.110. Borcholt.de compensat.c.5. Trentacinq. var.tit.de compensat. r.f.1.num.11.Peregr.de iure fisci lib.6.tit.7.n.15. Tom.V.

Culac.obseruat. lib.2.c.13. Moneto de decim.cap. 9.n.137.Tholos.syntagm.lib 21.c.22.nu.2.

52 Nisi ageretur de euitando cursu vsurarum. Tyndar.de compensat.art.5.num.39. R.Marin.ad Reuert.dec.443 num.2. Manfrell.ad Capyc.Latr. dec.124.nu.22.Diximus sup.nu.45.

53 Licet aliqui dicant non fieri compensationem ad præiudicium creditoris hypotecarii creditoris. Franch. dec.55. Salgad. labyr. cred.t.par.2. c.3. num.50. seqq. & latius cap.28. à nu.25.p.2.Rocc.de decoct.mercat. not.100.num. 300.seqq. Gizz.ad Capyc.Latr. dec.25. num.2. Rota dec.473.nu.23.24.p.9. Tonnut.resol.158.in fine.p.2. Amo ca de priuil.cred.reg.3.ampl.64. Vrceol.contr.61.nu.19. Nos ad Ronit.cons.60.num. 24.lib.1.Mans.consult.200.nu.47. Plures apud Giurba obs.106.nu.4. DD. apud Sammiat.contr. 29.nu.8.12.13.Castill.contr.tom.4.c.4. num.117. seqq.Salgad.labyr.p.2.c.3.nu.31. & seqq. Vrceol. consult.61.nu.19.20.Maxime si creditores præuenissent cum sequestro,ibid. Rota Gen.dec.190. nu.10. Diana tom.6.tract.3.r sol.153 seqq.Carlenal.de iudic.tit.3.disp.27. Salgad.labyr. p.2.c.28. à nu.34.Andreol.contr.219.nu.2. Cancer.p.2.c.6. nu.38.Larath.cons.39. nu.11.12. Anna alleg.80. nu.8.Cyriac.contr 124.num.3. Noguerol.alleg.11. nu.139.Ricc.ad Franch.dec.53.Magon.dec.Luc.1. nu.25.Castill.tom.4.contr.40.nu.117. Costa de retrotract.ces.5.c.9.nu.12. R.Marin.ad Reuer.dec. 443.num.4. Andreol.contro.219.Posth.resol.in l. 221.Crespi obs.116.à nu.92.in 2.edit.& alij relati per Olea de cess.tit.6.q.11.n.27.

54 Et quod fiat parte opponente,relati per Castill.lib 4.c.40.nu.110. Vrsill.ad Affl.dec.121.nu. 1.Ladeb.cons.164.Larath.cons.39.nu.10. Gizz. ad Capyc.Latro d.decis.25.nu.5.seqq.Staib.resol. 80.nu.7.Andreol.contr.219. n.7.8. Posthius resol. 221.nu.10.Rota dec.183 nu.3.p.9. Dunozet.dec. 291.nu.4.seqq.Andreol.contr.219.nu.3.6.7.

55 Tamen in contrarium est verius,& sic quod fiat compensatio in præiudicium creditoris hypotecarii creditoris anterioris sui crediti, quod compensare intendit, Scacc.de commerc.§. 2.gl.5.à num.424.seqq.Gait de cred c.4.q.7.à nu. 356.DD.apud Roccum de decoct. Mercat.not. 100.nu.598.seqq.Gratian.disc.948.nu.1. Ansald. de commerc.& mercat.disc.93.nu 26.Olea de cess. iur.su .tit.6.q.10.nu.10. & 27. Andreol.d.contr. 219.nu.1.Carlenal.de iudic.tom.2 lib.1.tit.3.disp. 27.nu.2.7.Capyc.Latro dec.25.nu.27.seqq. Giurba obs.106.nu.8.seqq.Merlin.de pign. lib.2. q.33. in fine,P.Affl.contr.28.num.49.& c.41.seqq. Lucas de Franchis dec.52.nu 2.Card de Luca tom.2. de regal.disc.26.nu.7.d disc.116.nu.2. & tom.8.tit. de debit.disc.46.num.12.de dote disc 161.num.39. Gob.consult.130.num.10. R.Marin.ad Reuert.dec. 443.nu.5.6. Rocca disp.147.Vrceol.consult.61.nu. 26.Vbi,vt fiat ante inhibitionem, & sequestrũ, Rota dec.107.num.10.post Merlin.de pignor.

56 Maximè data bona fide debitoris, Sanminiat. d.contr.29.nu.9.& 10.& contr.33.nu.31.& contr. 29.nu.15.Card.Luca de regal.disc.26. nu.7. disc.

116.nu.2.de dote disc.161.nu.39.de cred.disc.40. nu.7.Rodoer.cons.45.num.42.seqq.Ansald.de commerc.& mercat.disc.93.n.26.

57 Et cum opponitur ipso iure, & facto, & ab instanti debitum opponentis perimit, & extinguitur, *Gratian.cap.728.num.6.* Capyc. *Latro dec. 25.nu.29.Giurba obs.106.num.15. Posthius resol. 121.nu.13.Salgad.d.c.28.n.21.22.Rota dec.370. na.2.p.17.*

58 Ideo si statim estinguitur nomen debitoris, resoluitur hypoteca creditoris anterioris, *Orthoboa.dec.55.num.13. Merlin.de pignor.dec.107. Carlenal.d.c.18.num.11. Luca ad Franch.dec.53. nu.3.Galeota contr.63.n.10.11.lib.2.*

59 Et sufficit factum tale proponere, ex quo implicitè resultet compensationis exceptio, nã non est necesse specifice opponere compensationem, *Bar.in l.1.n.6.de except.Franch.dec.527. nu.7.Capyc.Latro dec.25.num.26.* Rouit.*cons.60. n.4.lib.1.Galeot.d.contr.63.n.10.*

60 Immò vbi debitoris damnum, & præiudicium imminet, ipso iure, & absq; facto hominis, fit compensatio, *Scacc.de commerc.d.gl.5.n.436. Gait.d.q.7.nu.358.Valenz.cons.78.num.37.lib.1. Hodiern.ad* Surd.*dec.117.n.6.19.Carlenal.d.disp. 27.an.4.Nig.de except.c.13.§.13.num.11.Rota dec.409.na.27.p.9. Capyc.Latro d.dec.25.nu.22. Vrceol.d.consult.61.nn.29. D.Card.Luca tit.de deb.& cred.disc.46.num.15. Nos ad Rouit.d.cons. 60.na.3.lib.1.*

61 Nec obstat, quod creditor anterior præferatur posteriori, quia limitatur quoad nomen ipsius creditoris, qui ex alia causa esset debitor sui debitoris, sed in suo nomine præfertur ex vi compensationis, anteriori creditori, nullo adhibito hominis ministerio. *l.4.l.10.ff.de compensat.l.fin.*C.*eodem, Tindar.de compensat.p.1.art. 6.n.47.51.74.art.7.nu.27. Scacc.de camb.§.2.gl. 5.na.417.424.437.* Gait.*de credit. c.4.q.7 num. 355. Capyc.Latr.dec.25. nu.27.* Qui compensationem hanc admitti etiam voluit de fructibus cum interesse, & sorte ex *Osasch.dec.160.ad fin. Capbl.de baron.prag.1.nn.272.Escob.de ratiocin. comput.14.nn.7.Capyc.sup.n.27.29.*

Et quod admittatur compensatio dicunt etiã *Gratian.disc.948.nu.1.Thead.alleg.69. P. Affl. contr.28.nn.49.& contro.41 42.Ginrb. obs.106.* Sed his benè respondet *Salgad.sup.n.35.*

Quæ conclusio maximè procedit, vt non admittatur compensatio in præiudicium Tertij, quoties ille Tertius creditor petiit, sibi satisfieri super nomine debitoris sibi obligato, antequam opposita fuisset compensatio, *Nos sup. na.24.Vrceol.consult.61.n.20. Frances de Iatrus. q.33.n.8.9.Giurb.obs.106. n.12.* Sed P. *Affl.contr.41.nn.26.* conciliat has opiniones dicens illam *Scacc. & Carlenal.* procedere in casu, quo creditor anterior potest sibi satisfieri super nomine obligato, & affert eorum verba, scil. *Scacc. nu.436.* Et *Carlenal.nu.4.vers.sed in casu.* Et illã *Salgadi* procedere in nomine obligato decocto, prout processisse *dec.53.Franchis.*

62 Et contra patrimonium decocti, quod est multo amplius, hoc idem procedere voluerunt *Rota dec.183. & d.dec.409.p.7.P.Affl.contr.41. d.nu.26.D.Luca ad Franch.de dec.53.num.5.Vrceol.consult.10.n.2. cons.61.num.1. Salgad labyr. p.2.c.3.num.33.& seqq. Manfrell.ad Capyc.Latr. dec.124. num.18. Scacc. supra num.436. Rodoer. cons.45.ex n.6.*

Quid quid dicant *Rota Gen. dec.8. num.15.* Rocc.*de decoct.not.100. num.305.seqq.* vbi decisum refert multoties. *Racca disp.147.* nam ita semper decisum, & practicatum refert *Giurba d.obs.106.in fine,* eadem Rota apud Cenc.*decis. 160.nu.12.dec.168.an.6. Posthius resol.121.num. 31.Vrceol.d.consult.61.n.21.seqq.*

63 Non procederet hæc opinio, si creditum compensandum superueniat post detectam, vel suspectam decoctionem, nam tunc quidquid agitur nullum, & irritum est, *Card.de Luca de regal.disc.26.n.6.*

Secus, si ante. *l.4.vt supra Concin.dec.1659. num.2.seqq.DD.sup.citati.*

64 Procedit compensatio licet talis debitor, & creditor sit creditis inuolutus, nam licet illi soluere donec fiat Iudicis inhibitio, *D.Gob.consult. 89.an.7.D.Luca de dote disc.85.an.6.*

65 Et fit compensatio licet creditum sit ipsi debitori cessum, nam statim ac in sua persona peruenit fit compensatio, *l.in rem 18. ff.de compens.Amat.res.17.nn.6.Olea de cess.tit.6.q.11.nn. 33.Vrceol.consult.61.nn.40.Rota dec.386. nn.21. p.16.Gob.d.consult.130.*

Sed quod quando melioramenta non possunt restitui propter paupertatem, quæ remedia competant, *Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 33. Fusar. cons. 139. num. 13. Franch. dec. 140.* & ibi *Lucu, Rote p. 9. rec. dec. 318. & dec. 420 num. 13. seqq.* Vbi quod possessor tenetur ad solutionem valoris fundi, vel datur immissio pro indiuiso, arbitrio Iudicis.

Plures casus, quibus melioramenta non sunt reficienda, & plures alios casus, in quibus sunt reficienda, *Tusc. lit. M. concl. 179. 180. Rota p. 9. rec. dec. 318. Pucton. de locat. d. c. 34. Sabell. §. melioramenta. Angel. s Trust. de expensis, & meliorat.*

324 Melioramenta consistentia in expensis necessariis, factis, siuè à bonæ, siuè malæ fidei possessore, deducuntur, non habita ratione ad id, quod est impensum, sed quantum valent tempore restitutionis, *Bart. in l. domos 61. ff. de leg. 1 Rota dec. 306. p. 4 tom. 2. rec. Marescot. lib. 2. var. c. 114 nu. 4. seqq. Menoch. de arbitr. cas. 258. Boss. tract. de Princip. nu. 31. Thes. dec. 251. nu. a. Niger. de except. c. 8. §. 30. d nu. 12.* post mille *Angelis de meliorat. art. 27. nu. 13. Rota rec. dec. 307. num. 7. dec. 366. n. 3. p. 19. R. Ponte dec. 4. nu. 33. & dec. 12. Schrad. de feud. p. 2. 11. principal. sect. 2. qu. 50. nu. 30. conclus. 7. D. Constantin. in C. ut pœnis fiscal. cred. prefer. nu. 152. lib. 10. Molignat. de ret. ut. qu. 104. R. Marin. lib. 1. c. 134.* vbi *Rodoer. & Luca & lib. 2. c. 219. num. 28. seqq. & ad R. Reuert. dec. 482. nu. 4. seqq. Franch. & Luca dec. 38. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. qu. 81. nu. 1. D. Mesa lib. 1. res. 49. nu. 26. D. Tristany dec. 19. nu. 5. seqq. Amat. res. 14. nu. 63. Antonell. de temp. legat. lib. 1. c. 61. nu. 7. Sabell. sup. nu. 4. Royas dec. 283. nu. 19. & dec. 306. nu. 14. Albrit. in adnot. ad dec. 23. Card. Pamphil. nu. 12. Rota p. 18. tom. 1. dec. 228. num. 8. Nos sup. n. 251. 252.* Et *inf. nu. 331. Rota rec. p. 7. dec. 48. num. 14. 15. dec. 83. nu. 28. & p. 9. tom. 1. dec. 188. nu. 24. 25. & dec. 248. num. 23. eud. p. 9. tom. 2. dec. 320. nu. 17. & p. 16 dec. 12. nu. 16. & dec. 145. nu. 19. & p. 17. dec. 18. nu. 23. 24. & dec. 25. num. 26. dec. 224. num. 20. dec. 250. nu. 8. dec. 271. num. 14. dec. 300. nu. 11. Coccin. dec. 826. nu. 4. 5.*

Maxime in habente titulum reuocabilem, *D. Tristany sup. nu. 6. seqq.*

Quomodo procedat, & fiat apprætium meliorationem Vide *Nos qu. Tusc. lit. M. concl. 583. Mascard. conclus. 1040. Laderch. cons. 144. Merlin. dec. 546. 695. Fulgin. de iure emphyt. tit. de meliorat. q. 6. & 7. Rota p. 14. rec. dec. 219.*

Et vt bene meliorationes probentur, debet probari anterior status ante meliorationes. *Serafin. dec. 898. 952. dec. 145 3. nu. 5. Burat. dec. 834 num. 11. Antonell. de tempor. legal. lib. 1. c. 61. num. 13. Rota p. 5. rec. 399. nu. 47. & p. 9. dec. 188. num. 25. seqq. & dec. 318. par. 11. dec. 363. & p. 12. dec. 203. & p. 13. dec. 109. nu. 19. & dec. 288. nu. 18. seqq. & p. 14. dec. 22. Bich. d. c. 129. num 21. seqq. Rote post Vitteol. de transact. dec. 29. num. 12. 13. Angelis d. meliorat. art. 22. n. 14. seqq.*

325 Vbi agitur de expensis necessariis factis in ædificio ruente, sunt omnino reficiendæ, nulla seruata ratione meliorati, & impensi, nec etiam probato statu antiquo, *Rota dec. 537. nu. 8. seqq.*

326 Melioramenta facta per emptorem in bonis fideicommisso subiectis possunt retineri, vel condici, si illis non detractis fuerit restitutum fideicommissum, nec compensantur cum fructibus, intelligendo de factis non causa fructuum recolligendorum, sed ad perpetuam rei vtilitatem duraturum vltrà tempus restitutionis, & de necessariis, vel saltem vtilibus, sed etiã voluptaria, si augeant valorem rei. *Alex. cons. 100. nu. 4. dub. lib. 2. Luca ad Franch. 109. num. 2. Sabell. sup. nu. 6.*

327 Secus si scienter emat bona subiecta fideicommisso, nam tunc potest retinere tantum necessaria, & non ad damna, & interesse, *D. Marad. in praxi c. 17. nu. 20. Celsus dec. 387. 381. nu. 9. 10. Rota dec. rec. 318. nu. 22. 23. p. 9. rec. tom. 1. Riec. collect. 3982. Angelis art. 7. nu. 50. D. Tristany dec. 29. nu. 26. seqq.* Vbi de scientia vera. *n. 31.* licet fideicommissum conditionale, *num. 28. 29. 30.*

In Regno Castellæ Successor maioratus non tenetur soluere meliorationes factas à suo Prędecessore, *Molin. de pr mogen. c. 26. lib. 1. ex l. 49. Tauri.* Sed *Gutt'er. lib. 2. pract. quæst. 82.* probat, quod *lex* illa locum habeat in expensis tantũ factis in Castris, oppidis, muris, & domibus fortificatis, non in alijs rebus, Immo in illis expẽsam magnam, & ad perpetuam vtilitatem Successoris tendentem, etiam esse soluendam per successorem maioratus ex fructibus eiusdem, vsq; ad quantitatem valoris ipsorum, *Flor. de Mena ad Gammu dec. 311. Add. ad Molin. d. q. 26. num. 15.*

Et ad *contrarios* respondetur non esse in consideratione progressum in infinitum, ex quo dum res peruenit ad vnam lineam, quousq; durat illa linea de patre in filium non petitur restitutio, sed solum finita linea, prout dicit *Barbos. in l. ast. mutis, §. fin. num. 114. ff. solut. matr.*

Pe-

Pereira dec. 121.*nu.*2.*Censf l.ad Peregr.de fid.art.* 50.*verf.&tu dixtinguas.*Nec *tex.in l.domos,ff.de leg.*1. loquitur in domo exusta omnino, & ab igne solo æquata,sed in domo igne exusta,scil. vt reparatione,& refectione indigeret, vt contra *Prat.lib.*1.*disc.*7.tenentem in expensis factis in re fideicommissaria de primogenito in primogenitum,non esse soluendas illas,fuit decisum, vt in dicta *discept.* explosis *Molin.& Censal.vt sup.*

Quo vero, quo ad tempus, quod sit attendendum pro æstimando valore meliorationũ in restitutione fideicommissi, an tempus,quo fuerunt facta, vel restitutionis fideicommissi, & num procedat *tex.l.in fundo, ff. de rei vendicat.* vbi præteritum tempus inspicitur quando melioratio excedit illud,quod est impensum in meliorando. Et *R.Marin.lib.*2.*r.*133.*nu.*9. probat *text.* procedere in conuento rei vendicatione, quando expensæ non fuerunt factæ à Domino, sed simplici possessore, qui propter dominium,quod non habuit, non potest aliud recuperare,nisi quod expendit, secus in hærede grauato,in quo attendi debere id, quod est melioratum,per *tex.in d.l.domos, Flor.de Mena ad Gamm.dec.*137. *Molina sup.lib.*1. *c.*26.*nu.*13. Et in conuento hypotecaria, à quo res non auocatur iure dominii,per *tex.l.paulus,§.domus ff.de pignor.*refert decisum *Anna sing.*182. quãuis contra teneat *obs.*88. in Vassallo meliorante feudum,admisit *R.Pant dec.*2. & 52. Ita vt incrementum, vel decrementum superueniens ex tempore,cedat lucro, vel damno hæredis, & restitutionis tempus sit attendendum. *Barns de success.lib.*8.*tit.*14. *de subst. fid.icom.num.*14. *Ciroc.disc.*57.*nu.*27.*Amat.res.*14.*n.*63. *Barbos. in d.l.æstimatis, §.fin. num.* 92. Vbi impugnat *Franch.dec.*109.

Verum hic casus non fuit decisus in *d. dec. Franchis*, vt ipse refert *nu.*5. Dum meliorationes erant factæ in prædio Vrbano, quo casu passim, in temporis progressu æstimatur argumentum minus eo, quo quod impensum est. Sed aliud est in Rusticis, in quibus semper tẽpus operatur contrarium, & cum melioramẽta consistunt in plantatione Arborum, æstimantur detracto melioramento successiuo ab ipso solo,itá,vt attendatur quod minus impensum est de tempore plantationis. *Mangil. de euict.q.*153.*num.*22.*Thomat.dec.*59. *Massa.de confiscat.q.*34. Vbi probat idem in possidente iure dominii, & itá indistinctè soluendum esse,quod minus impensum est per hæredem,tenent *Garz.de expens.c.*24.*Add.ad Molin. d.c.*26. *num.*13.*Boer.*44.*nu.*12.*Velasc.q.*26.*nu.*13.*Tusc. lit.M.concl.*176.*Franch.dec.*109.*num.*1.2. Et licet *nu.*2. arguat quod debeat solui æstimatio meliorationum,etiam si excedat impensum ex *Thes.dec.*252.*num.*4. *Censal.sup. verf. Sed contra hanc*,pro hærede grauato, vt restitutionis tempus attendendum sit.*Thes.dec.*252. *Amat.d.res.* 14.*nu.*63.*Barry de success.lib.*8. *tit.*14. *de subst.* *nu.*14.*Ciroc.disc.*57.*nu.*26.Ideo *Barbos sup.num.* 92.refellit *Franch.d.dec.*109. Sed eum illo sunt *Peregr.d.art.*50. *num.*74. *Tusc.lit.M. concl.*176. vt semper sit soluendum, quod minimum est.

328 Melioramenta, vt dicantur respicere perpetuam rei vtilitatem,& possint detrahi,requiritur, vt sint duratura vltra decennium, vel saltem decennalem vtilitatem adferant, *gl.in l.*3.*ff.de impens.in re dot.Ludouic.dec.*24.*num.*10. de qua re *hic infrà n.*377.

Sed verius est sufficere, quod ad præsentis, vel currentis anni fructus non pertineant, vel illorum annorum, quibus possessor fructuum vtilitatem percipit, & ideò sat est quod vltra possessionis tempus vtilitatem protendant, vt pro rata deducantur.*l.*3.*ff.de impens.in res.dotal. factis,Peregr.de fideicom.art.*50.*n.*5. *Bo gnin.dec.* 39.*nu.*27.*p.*2.*Fulgin.de iure emphit.tit. de meliorat.q.*7.*nu.*3.4. vbi distinguit inter melioramenta,quæ non recipiunt augumentum à solo, vt ædificia, & illorum, quę incrementum recipiunt à fũdo,in quo sunt facta, vt plantationes, quæ non cedunt in totum facienti, sed pro medietate illi.*Sabell.sup.nu.*8.

329 Melioramenta necessaria, vel vtilia debentur etiam si sit perempta res,inqua fuerunt facta, vel etiam si ipsa melioramenta absque facientis culpa interierint, vt si ædificia fuerint exusta, vel arbores exsiccatæ, maximè in iudicio vniuersali, secus particulari, post *Fabric. Pontirol.in.resp.pro Mancellis nu* 478. *seqq.Sabell.sup.nu.*9.

330 Melioramenta necessaria, vel vtilia facta à patre in bonis aduentitiis filii, non compensantur cum fructibus, sed sunt conferenda cum aliis fratribus, vel imputanda in partem illius, qui huiusmodi bona meliorata habuit, cum eius propria non efficiantur, nisi essent modicæ quantitatis, vel magna, quæ vendicari non possent, sed voluptaria si tolli possint sine læsione,permittitur, nec collationi, vel imputationi est locus, *Merlin. de legit.lib.*2.*tit.*2.*qu.*28.*Michalor.de fratrib.p.*1. *c.*5. *num.*12.*seqq.Mangil.de imput.qu.*39.& 136.*nu.* 31.*seqq.Maresc.ot.var.c.*109. *t*10. *Sabell.sup.nu.* 10.*Angelis sup.art.*12.*n.*8.& 36.

Expensæ factæ pro filio extra patrimonium patris non compensantur ei in legitimam, *D. Guttier.de compens.q.*7.*n.*47.*lib.*5.

Expensæ pro doctoratu non compensantur filio in legitimam, *D.Gutier.qu.*7.*n.*51. *lib.*5.

Nec pro obtineodo pro filio, vno ex tribus ordinibus militaribus Hispanis, *D.Guttier. sup. num.*52.*Merlin.de legit.qu.*22.*lib.*2.*tit.*2.*num.*1. *Michalor.de fratrib.c.*31.*a.*8 *p.*1.& *c.*27.

Nec pro libris, *D.Guttier sup.num.*53.& *seqq.* vbi distinguit.

331 Melioramenta facta à malæ fidei possessore, si sint necessaria deducuntur, & soluuntur, *Rota part* 16. *rec.dec.*237. Sicut etiam si respiciant interesse Reip. Vt munitio Castri, *Pacion de locat.c.*34.§.3.*n.*41.*Magon.dec. Luc.*33. *n.*21. *seqq.*

Sed

Sed melioramenta vtilia non retinentur, nec reficiuntur per illorum æstimationem, sed tantum possunt abradi, & separari, sine tamen læsione prioris status rei, nisi Dominus vellet soluere totum illud, quod possessor habiturus esset, illis ablatis, *Mago.d.dec.33.nu.47.seqq.Menoch.de arbitr.cas.258. num.69. seqq.* Vbi quod si de nouo facta sint, videntur donata, & non possunt repeti, neque abradi, si faciens sit talis, qui potuerit donare, & versemur in iudicio particulari, si verò consistant in ampliandis ædificiis, vel aliis rebus antiquis, possunt abradi sine detrimento, *Pacion. sup.§.3.num.63.seqq. Garz.de expe.f.c.5.13.18. Sabell.sup.nu.11.12.Angelis art.12. num.18.27. Nos sup.n.324.*

332 Melioramenta an compensentur cum fructibus, si præcesserit sententia absolutor.a quo ad fructus, si postea in executione opponatur de melioramentis, eo quia possit replicari de compensatione cum fructibus, *Mart. Med c. dec.97.* Vbi *Addit.* vbi dicit compensari non obstante sententia absolutoria, *Franch.dec.127. & 705.* Vbi quod fructus percepti ex melioramentis non compensantur, sed sunt proprii, de qua re *Rota p.14.rec. dec.217.n.4.seqq. dec.219.num.9.405.& p.18.dec.564.* Vbi quod fructus melioramentorum spectant ad meliorantem, etiam si sit malæ fidei possessor. *Sabell.sup.*

333 Si meliorans sit in bona fide facit fructus suos, nec tenetur illos compensare cum meliorarnentis. *Rota p.12.rec.dec.32.*

334 Melioramenta facta in re aliena sunt reficienda, non verò illorum fructus, quando dicta melioramenta non cadunt sub dominio facientis, sed domini rei melioratæ; de cuius mandato fuerunt facta, quia tunc meliorans reputatur simplex creditor expensarum, pro quibus non debentur fructus, nisi ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, cum debitis requisitis, *Sabell. §.expensa, nu.12. & §.fructus, n.39.*

335 Faciens meliorationes in re aliena acquirat dominium illarum, vel creditum pro illis, *Pacion.de locat.c.34. §.3 n.76.seqq.*

336 Melioramenta facta in plantationibus, stercorationibus, & similibus, non veniunt reficienda cum non sint perpetua, & continua in re duratura, sed magis deseruiant pro vlteriori, & commodiori fructuum perceptione, & sint solita fieri per bonos patres familias in rebus suis, & ideò non sunt considerauda, *Rota p.2.diuers.dec.312.nu.6.Vrceol.consult.49.nu.38.Rota p.11.rec.dec.227.nu.20.* Vbi quod longissimo tempore, sicut ædificia senescunt, & ideò, vel vtilia redduntur, vel minus æstimantur, & *p.12. dec.333.* Vbi etiam in specie de Vitibus, & *p.13.dec.149. num.21. 22. & p.18.dec.545.num.9.& 10.* Vbi quod non reficiuntur, vel reficiuntur tantum expensæ factæ in plantatione, & *dec.564.* Vbi quando sint necessaria. *Sabell.sup.nu.17. Angelis art.2.n.6.art.22.n.7.54.55.seqq.art.4. nu.34. 35.& art.7.*

337 Plantatio Vitum facta loco aliarum demortuarum pro conseruatione, & vberiori fructu non veniunt inter melioramenta, sed bene quando agitur de excassatione vineæ inculiæ, ac desertæ, vel de noua plantatione, & tunc sunt cuilibet possessori reficienda, & ac pro illis datur retentio, *Rota p.13. rec. dec. 149.nu.13.seqq.& p.18.dec.237.& 564.Nouar. in prag.51.de offic proc.Cæsar. nu.6.* ex *Ludouic. dec.24.58.*

Sed si fiat plantatio Vitum, & arborum nimis densarum, expensæ non reficiuntur, *Angelis art.21.n.51.Durau.dec.338.nu.7.8.Nos in-fi à n.344.*

Et quando debet appretiari, pretium illarũ est, quod minus est, *L.Tristany dec.19. nu.10. seqq.D.Quesada, y Pilo contr.21.nu.8.seqq. D. Crespi obs.117.n.168.seqq.*

338 Compensatio dum locum non habet, actio competit melioranti aduersus dominum soli meliorati, præsertim si facta sint melioramenta bona fide, pro quibus datur etiam prioritas contra alios creditores ipsius soli. *Tonnut.de prauent.p.1. c.31.num.52.& seqq. Angelis d.art. 12.n.37.*

339 Emens à patre, bona fide, compensat melioramenta cum fructibus perceptis post mortem patris, *Amat. ref.14. num.71.seqq. Angelis sup.n.36.*

340 Constito de nullitate, seu iniustitia subhastationis, & deliberationis, fructus compensantur cum meliorationibus, seu cum forte,

341 *Angelis art.17.num.17. Posth.de sub hast. insp. 55.num 73.77.& 123.* & non competit reten-

342 tio, nec manutentio, ob vitiosam possessionem, *Rota penes Posth. dec.319.nu.7. dec.323. n.1.26.*

343 In plantando fit compensatio vtilitatis cum damno respectu frumenti, & aliarum segetum non reddentium eandem annuam quantitatem, *Fontanell. de pactis nuptial.tom.2. cl.11.gl.vnic.nu.10.seqq.Coccin.dec.2087. nu.4. Angelis art.21.n.58.Nos sup.n.336.337.*

344 Emptor creditor expensarum factarum in re perempta nõ compensat fructus cum illis, & meliorationibus, *Gusm.de euict.qu.20.nu.50. 51.52.Ricc.dec.176.nu.24.seqq.p.2. Angelis art. 12.n.10. Gallus de fructibus art.13 nu.76.*

345 Emens bona fide fundum dotalem compensat fructus cum expensis, & meliorationibus, quando? *Peregr.de fideicom. art.50.p.3. nu. 64. Mangil.de euict.qu.163.num.8 seqq. Garz.de expens.c.13.n.57.56.Amat.ref.14. n.69.70. Angelis d.art.12.n.6.7.& 10.*

346 Possessor bonæ fidei ratione solius possessionis, compensat fructus cum melioramentis, *Gratian.d.le.193.num.3.Mangil.de euict. qu. 153.num.3.6.Peregr.d.art.50.num.64. R.co.cit. dec.176,nu.23.Cerro dec.646.nu.23.tom.2. Angelis*

gelis sup. n. 12. 13.

347 Fructus lite pendente percepti compensantur cum melioramentis in re factis, *Cels. dec. 233. num. 14. Bich dec. 670. num. 19. Merlin. dec. 118. nu. 15.* post mille alios *decis. Rota, Angelis sup. n. 16.* Diximus *sup. n. 255.*

348 Et quando non datur compensatio, an detur inutilibus melioramentis, abrasio, *ibid.* ex *Rota p. 11. rec. dec. 307. nu. 21. Marin. lib. 1. cap. 134. Nos sup. n. 256.*

349 Compensatio dum cum fructibus perceptis inducitur, non intelligitur de eisdem fructibus prouenientibus ex ipsismet meliorationibus, & industrioso labore impendentis, meliorantis, & laborantis, *Peregr. de fid. art. 50. n. 67. Cyriac. contr. 80. nu. 8. 9. Amat. d. ref. 14. n. 74. Franch. dec. 705.* vbi *Luca*, *Leotard. de vsur. qu. 13. nu. 32. seqq. Cerr. dec. 554. n. 8. tom. 2. Rota rec. p 2. dec. 359. nu. 4. & p. 4. tom. 1. dec. 64 nu. 2. & rec. p. 5. tom. 1. dec. 188. num. 5. dec. 399. nu. 46. & p. 7. dec. 130. nu. 18. & dec. 223. nu. 12. 13. & p. 16 dec. 305. n. 9. 10. Angelis art. 12. n. 31. & art. 12.*

350 Sed talis compensatio inducitur ex alijs fructibus perceptis. *Ricc. act. 126. p. 1. n. 11. & dec. 263. nu. 3. p. 2. Merlin. dec. 363. n. 5. Rota rec. p. 14. dec. 219. nu. 9. & dec. 405. n. 10 cum seqq. & p. 15. dec. 198. nu 14. & dec. 232. nu. 16. & dec. 250. nu. 4. & dec. 374. n. 9. Angelis d. art. 12. n. 20. seq.*

351 Emens cum pacto de retrouendendo infra certum tempus non compensat fructus cum melioramentis factis ad perpetuam vtili-

352 tatem. *Gratian. disc. 139. n. 6. seqq.* Idem de eo, qui tenetur retrouendere ex dispositione legis. *Peregr. d. art. 50. n. 64. Mantica de tacit. lib 4. ti. 32. nu. 118. Angelis art. 12. nu. 27. D. Maradei in praxi Instr. c. 17. nu. 17 28. Reg. Rouit. & Nos dec. 24. Gratian. disc. 139. nu. 6. seqq. Idem Angelis art. 10. nu. 27. seqq.* Vide *sup. n. 279.*

353 Ille, qui ab Ecclesia, vel minore rem habuit ex titulo valido, resolubili tamen per in integrum restitutionem, fructus non compensat cum meliorationibus, *Peregr. de fideicommis. art. 50. n. 64. vers. & In eo, qui.*

354 Idem in emente ab Ecclesia cum assensu Apostolico, & postmodum Rector, qui alienauit, vel eius Successor reuocauit alienationem, prætextu enormis læsionis, quam postea agnoscat ipsemet emptor, & sic mala fides superueniat, quia tamen per assensum Apostolicum præcedentem, bona fides resultabit, sumptus, & meliorationes recuperat, & interim retinet, *Ricc. in praxi ref. 63. Angelis de meliorat. art. 12. num. 35.* Sed deducit melioramenta vtilia, *Rota dec. 188. num. 29. seqq. & dec. 318. n. 22. seqq. p. 9. rec. tom. 1. Merlin. dec. 663. nu. 33. Cels. dec. 387.*

355 Secus possessor, qui nullum habet titulum, vel titulum inualidum, vt puta emptor à minore, vel Ecclesia, sine debitis solemnitatibus, nam tunc fructus compensat. *Agelis art. 12. nu. 13.* Secus si expensæ sint necessariæ. *Nos infrà n. 324.*

356 Inter melioramenta non veniunt ea, quæ conseruationis causa fiunt ad refectionem rei, ad quam tenetur is, qui habet vtile dominium, idem est si ponat Arbores, & Vites in locum demortuarum, *Paul. Rub. a. den. ad decis. 12. n. 37. 3. rec. p 3.*

357 Reparationes domus sunt illæ, per quas absque alteratione &c. pristina forma, vel domus facies cum ipsis conseruatur. Meliorationes sunt illæ, per quas Domus efficiatur melior, puta si in domo fiat vna camera, vel furnus, aut cellarium, nam ista sunt pars domus, & causa domus fiunt, *Angelis de expens. & meliorat. art. 6 n. 9. seqq.*

358 Sic expensæ necessariæ vt dotem minuant, est necessarium, quod illæ respiciant in rem vxoris, vel perpetuam vxoris in fundum dotalem vtilitatem concernant. *l. 3. seqq. cum concord. ff. de fund. dotal. Thomat dec. 59. nu. 14. tom. 1. Rota dec. 318. nu. 37. rec. p. 9. tom. 1. & dec. 293. nu. 9. tom. 2. Angelis sup. art. 3. nu. 32. & art. 5.*

359 Et expensæ necessariæ compensantur cum fructibus, dum est solummodo ad annum, secus est si ad decennium, si matrimonium durauit per dictum decennium, secus si non durauit, quia tunc impensa deducenda erit pro ea rata temporis, qua matrimonium non durauit, *d. l. 3.* vbi *gl. & Bart. in §. Nos, ac ibid. Adden. Angelis sup. n. 33.*

360 Sic expensæ vtiles non repetuntur, si non respiciunt perpetuam rei, & æternam vtilitatem, *Merlin. de legit. lib. 2. t. 1. qu. 28 nu. 15. 19. Luca ad Franch. dec. 109.* contra *Pratum d. c. 7. lib. 1. Angelis n 34. Nos infrà n. 371.*

361 Maritus reficit res dotales suis sumptibus, vt sic suis etiam sumptibus conseruat, *Angelis sup. nu. 39 & art. 20. nu. 1. seq.*

362 Verum expensæ magnæ non compensantur cum fructibus, secus modicæ, *Gratian. disc. 236. num. 15. Thomat. dec. 59. tom. 1.* Et in hoc statur arbitrio Iudicis, an expensa dicatur magna, vel modica. *Angelis sup. nu. 40. 43. D. Maradei in praxi instr. c. 17 n 19.*

363 Expensæ possunt esse voluptariæ, & assumere naturam vtilium, si fructus expensæ in Domo, seù Palatio, aut Fundo ipsius domus, aut Palatii, siue fundi, valorem, vel introitum augent, siue responsiones, & fructus annuos accrescunt. Secus est si non accrescunt, quia tunc vtiles non reputantur impensæ, & vxor, seu alius dominus non est grauandus, præcipuè quando diligens pater familias non fecisset tale opus, *Mangil. de imput. qu. 136. num. 42. seqq. Peregr. de fideicom. art. 50. n. 54. Angelis sup. art. 4. n. 69.*

364 Et *Cyriac. contr. 261. num. 33. lib. 2.* dicit, quod si ædificium, seù palatium sit valdè delitiosum pro Magnatibus, idem de eo iudicandum est, ac de re indistinctè fructifera, vt possit Magnatibus locari pro nobili, & delitiosa sua habitatione Et *num. 33. & 34.* vlterius

rius subdit, quod impensæ picturarum, viridariorum, spaleriarum ex myrto, cum melangolis, Cedris, Rosis, ac Rosamarino, & similibus, vtiles reputantur respectu personarum Magnarũ, & veniunt huiusmodi melioramenta reficienda. *Serafin.dec.986. num.1.* & ibi *Apostilla. Rota p.11.dec.317.nu.19.20.Bich.dec.564.nu.15.18.p.2.*

365 Et licet non omnes expensæ, & meliorationes deducantur, deducuntur tamen illæ, quæ fiunt cum industria, & impensa, & sunt necessariæ, vel vtiles, & vtilitatem perpetuam respiciunt. *Ludonic.dec.24.34.n.9.dec.58.Cyriac.contr.195.nu.4.5.*

366 Secus est si sint melioramenta naturalia, & respicientia præsentem vtilitatem tantum. *Cyriac.d.contr.195.num.5.Marescot.lib.2.resol.c.110 Ludouic.d.dec.58. Rota p.12.dec.333.nu.9. Angelis d.art.4.nu.68.seqq.*

367 Maritus faciens expensas pro exigendo nomine debitoris, sibi in dotem dato, recuperat expensas, si illud non est datum æstimatum, secus si æstimatum, *Escob.de ration.cap.25.nu.58. Peregr.de fideicom.art.50. num.14.15.Garz.de expens.cap.13. Amat.resf.3. num.11. D. Gutier.de compensat. lib.5.q.7.num.58. & lib.4.q.6.num.38. 39.* Vbi sine distinctione dicit solum repetere expensas magnas. *Angelis art.5.nu.9.* Diximus *sup.nu.243.*

368 Expensæ illæ exiguntur actione negotiorum, si sine mandato Vxoris, actione mandati, si cum consensu vxoris. *Cyriac.contr.42.nu.6.16 Angelis sup. nu.11.* Et compensantur cum fructibus nominis, qui cũ nulli sunt, per actionem negotiorum gestorum ab vxore repetentur. *Medic.de compensat. q.10.nu.18.p.1.D.Gutier.lib.5.q.7.n.59.*

369 Et tales expensæ repetuntur etiamà malæ fidei possessore. *Merlin.de legit.lib.1.tit.2.q.28.nu.8.seqq.Angelis sup.n.12.*

370 Et expensæ illæ non compensantur cum fructibus. *Cyriac.sup.n.17.Anglis sup.n.11.*

371 Re dotali non data in æstimatione, meliorata, si pereat, maritus petit pretium talium meliorationum, si non culpa mariti pereant. *l.& in totum.4.ff.de impens.in reb.dotalib fact.Peregr.de fideicomm.art.50.nu.76.*

372 Quæ conclusio non procedit in impensis vtilibus. *Peregr.sup.nu.37. 76.seqq.Sperell.decis.131.nu.56.p.2.*

373 Nec vlla actio competit marito quo ad melioramenta naturalia, quæ fiunt sine vllo facto hominis, sed solum naturæ beneficio. *Peregr.d.art.50. num.76. Garz.de expens.c.22.in princ.& nu.18.Gusm.de euict.q.20.num.22.Ludouic.p.1.dec.24.nu.3.4.Angelis art.21.n.9.*

374 Meliorationes probatæ per conuentum, debet probare quod is, qui eas fecit, & repetere intendit tantum ex fructibus lucratus est, quanti valent ipsæ meliorationes, & expensæ in eis erogatæ, adhoc, vt fiat per actorem compensatio cum fructibus, *l.emptor.65.& 49.ff.de rei vendicat. Couar.lib.1. var.c.8.num.4.Capyc.dec.93.nu.12.Leo.dec.98.& 53. lib.2. R. Reuert.* vbi *R.Marin.dec.559.* & *idem lib.1.ref.155.* vbi *Rodoer.in addit.Franch.dec.527.nu.15. Staiban.ref.30.à num.51.D.Maradei in praxi Instrumentar.c.17.n.20.*

375 Meliorationibus petitis censetur opposita compensatio cum fructibus, quæ habet locum, etiam si sententia dixerit: *solutis meliorationibus, Franch.d.dec.527.nd.12. Gallup.in praxi S:C.p.3 c.3.nu.34.D.Maradei sup.nu.12.*

376 Compensatio fructuum cum meliorationibus habet locum in iudicio reivendicationis, vel alio, de cuius natura veniunt fructus, & nõ iure hypotecario, *D.Marcian.disp.58 num.19. R.Sanfel.dec.119.num.2.10. R.Marin.ad Reuert.dec.559.nu.3.4.D.Maradei sup.num.13.14.* Vbi quod in iudicio hypotecario non est locus cõpensationi, quia fructus non veniunt, nisi à die litis contestatæ, *R.Marcian.disp.54.* vbi *nu 69.70.* decisum refert, nam non datur assistentia super fructibus, nisi pendentibus, aut fuerit factum sequestrum, vbi à *nu.45.* refellit *D. Merlin.contr.26.lib.1.* in contrarium.

377 Meliorationes adhuc peti possint, requiritur, quod sint factæ ad perpetuam rei vtilitatẽ, non voluptariæ, sed vtiles, iuxta *tex.l.domum, C.de rei vendicat. D.*Maradei *sup.nu.16.sup.Nos nu.328.& 360.276.*

378 Meliorationes factæ per possidentem vigore dominij resolubilis deduci possunt, & nõ tenetur compensare cum fructibus, quos iure dominii percepit. Et æstimatio inspecto tempore restitutionis fieri debet, nec vi prudentũ, sed iuxta dispositionẽ *tex. l.domos, ff.de leg.1. Boer.dec.44.Seraf.dec 899.Cornazan.dec.101.Laurēt.dec.158.Magon.dec.Luc.33.Franch.& Luca dec.109.D.Marad.sup.n.26.* Diximus *sup.n.245.266*

379 Fructus compensantur cum melioramentis, rescisso contractu remedio, *l.2.C.de resc.vendit.P.Barbos.in l.diuortio 8. §.fin.p.1. nu.45.ff.solut.matrim.Gallus de fructib.disp.13. num.24. D.Maradei sup.nu.17.* Diximus *sup.n.314.*

380 Pater dans dotem filiæ vltrà idoneitatem suarum facultatum, censetur ab eodem compensata cum dote materna, restituenda à marito ipso, *D.Mausius consult.644.n.2.* post *Gabriel.cons.156.num.21.seqq.lib.1. Mantica de tacit.lib.12.tit.19.n.15.Menoch.cons.270.nu.20.*

381 Si pater dotando vnam filiam declarauerit compensare cum dote materna, sic etiam censetur voluisse in dotibus, aliis filiabus constitutis, quamuis id non expresserit. *Idem Mausius sup.nu.7.ex Gomez in l.50.Tauri nu.19.Mantica sup.num.25. Menoch.de præsump.lib.3.præs.15.nu.76.Barbos.p.4.l.1.n.152.160. ff.solut.matrim. Pascal.de vir.patr.potest. p.2.c.6.num.17.seqq.P. Bossius de dote c.4.nu.51.52.*

382 Compensatio dotis datæ filiæ à patre cum debito dotis maternæ, iuxtà *statutum Lucense 27.lib.2.* locum habet, si de tempore dotationis mater viuebat, *Altograd.contr.30.nu.1.lib.1.*

ex Rota Lucens. apud Lepid. dec. 153. col. 12. Menoc. dec. Lucens. 66. nu. 13. & seqq. & nu. 19.

Sic dispositio *tex. l. fin. C. de dotis promiss.* prohibentis compensationem dotis datæ à patre cum propriis bonis filiæ dicitur exorbitans, *Altagrad. d. contr. 30. nu. 9. ex Corn. cons. 16. nu. 4. lib. 3. Gabriel. cons. 156. nu. 25. lib. 1. Menoch. lib. 3. præs. 15. n. 8.*

Compensatio dotis datæ à patre, cum bonis propriis filiæ est contra ius commune, & sic debet stricte intelligi, *Altograd. d. contr. 30. n. 18.*

383 Filius etiam absq. mandato patris potest compensare proprium debitum, cum debito patris, præstita cautione de rato, *Tyndar. de compens. art. 7. nu. 8. Coppell. de compens. c. 13. nu. 27. Medic. p. 2. qu. 5. nu. 3. D. Guttier. lib. 2. q. 6. nu. 30. D. Saminiat. contr. 32. nu. 35. Pascol. de virib. patr. potest. q. 4. c. 10. nu. 25.*

384 Pretii debiti per emptorem, an censeatur facta compensatio ipso iure, si ante emptionem acquisierat credita contra creditorem? *Card. Luca de empt. disc. 21. nu. 10. in fine* remiss. *l. si ex venditione, C. de compensat.* vbi *Bruenm.* Medic. *de compensat. q. 29. nu. 1. p. 1. D. Guttier. lib. 4. qu. 7. nu. 21. & 24* Vbi etiam si emptor passus fuerit aliquā euictionem, & soluerit, *& q. 13. n. 33. lib. 4.* sed ipse *D. Guttier. d. q. 7. nu. 23.* Limitat in Fisco creditore ex causa venditionis.

Quæ non possint compensari, *Ricc. collect. 305. 1357. 2285. D. Guttier. in integro Tract. de compensationibus*, Vbi hæc per *Nos* posita in hac quæstione, & alia habes. Ad eum *DD.* Lectores recurrant ad materiam compensationis.

SVMMARIVM.

Eiusdem QVÆST. XLV. Quoad materiam Retentionis aduersus creditum.

Quid sit Retentia, & in quo differat à compensatione. n. 385. 386. 388. 396. & nu. 413. & nu. 414. & nu. 398.

Retentio non extinguit debitum. n. 387.

Effectus retentionis. num. 389. Vbi quod affert maximum commodum.

Retentio competit cuicumq. creditori, ad quem res debitoris sine vitio peruenit. nu. 390. & num. 416. & seqq.

Non datur retentio, nisi possessuri, vbe detentori. num. 391. Nec possidenti iure familiaritatis. ibid.

Non pro alieno debito. nu. 392. 393.

Retentio fit iisdem modis, quibus acquisitio. n. 394.

Retentio facilius datur quam actio. n. 395.

Vbicumq. est exclusa compensatio directa, ibi intrat indirecta, & sic retentio; etiam contrà sententiā execut. onem. n. 347. & nu. 378.

Compensatione denegata, non est retentio. n. 398.

Omnis qui compensat retinet, non secus omnis qui retinet compensat. n. 399.

Petitione exclusa, non est exclusa retentio. n. 400.

Datur facilius retentio, quam acquisitio. n. 401.

Compensatio sapit naturam actionis, an retentio? num. 402. 403.

In ambere rei melior est, quam actionis. n. 404.

Coi retentio competit, possessione amissa, qua actione succurratur. n. 405.

Retentio non est actio, nec exceptio. n. 406.

Retentio non transit, vbi q. sessione transeat? n. 407.

Retentio competit pro creditis, quamuis de quantitate dubitetur. nu. 408. De credito illiquido nu. 475. & seqq.

Licet de pecunia ad factum non detur compensatio, datur retentio. n. 409.

Retentia potest opponi in petitorio, & possessorio. num. 410.

Retentio admittitur in legatis, pro mensura legati. nu. 411. Vbi explicatio.

Retentio an contra debitum iuratum. n. 412.

In quo differant retentio & compensatio. num. 413. 414. & sup. n. 385. seqq. 396.

Competit retentio creditori hypothecario, quamuis statutum prohibeat exceptiones in executione sententiæ. n. 415.

Competit quamuis cum vitio res ad creditorem peruenerit. nu. 416. 417. 418. Etiam ex iure superueniente sine vitio. n. & seq. n. 390.

Retentio competit in bonis administratoris. n. 419.

Competit retentio fisci, etiam pro credito sine affectu, vbi alia ad hanc materiam feudi. nu. 420. & à nu. 421. ad nu. 425.

Possessor Rei condemnatus ad illam relaxandum, potest retinere pro melioramentis. nu. 415. Vbi de qualibet possessore restabilis, vb., & quando nu. n. 426. & à nu. 427. ad nu. 460. Vbi de bona fidei, & mala fidei possessoribus.

Competit retentio emptori si pretium rei empta peruenit creditoribus anterioribus venditaris. num. 461.

Vbi quod competit etiam possessori bonorum, ex causa pat arum, seu anteriorum creditorum.

Competit retentio emptori, si pretium rei emptæ peruenit creditoribus anterioribus venditoris. num. 461.

Retentia vnius rei pro alia an competat nu. 462. 463. 528. Quando habeat locum si creditor habeat plura pignora. n. 464.

Retentia permittitur pro mercede, salario Scriptori libri, Notario, Nauta, Vectuali, Sutori, Fabro, & similibus Artificibus, Mariscalco, Depositario, cui debetur merces, Hospiti, famulo, Aduocato, Procuratori. n. 465.

Retentio datur ex causa valida, licèt ex causa inualida res ad aliquem peruenerit. n. 466.

An competat retentio, etiam non habenti hypothecam. nu. 467. & à nu. 468. ad n. 480. Vbi à nu. 475. & seqq. de credito illiquida.

Datur retentio possessori pro alio credito anteriori. num. 481.

Datur retentio, quo ad retardandam renocationem attentatorum. nu. 482.

Admittitur in Saluiano retentio, & quando. n. 483.

Retentio potest allegari, etiam in executione sententiæ. num. 484. Diximus etiam sup. Vbi de melioramentis. nu. 426. & n. 415.

Competit in Instrumento publico, habente executiuā pa-

385 IN defectum compensationis datur Retentio, quæ dicitur compensatio indirecta, *Cyn. ad l. vlt. n. 12. C. de compensat.* Definitur: Iuris antiqui reseruatio nihil de nouo tribuens. *Molignat. de retent. q. 1.* Dicitur reseruatio, quia non auget ius retinentis, nisi in quantum competit. *Tusc. lit. T, concl. 306. num. 14. D. Guttier. de compensat. lib. 4. q. 4. nu. 27. & l. b. 1. q. 2. on. 36. & q. 8. nu. 95. lib. 5. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 137. nu. 9. D. Munsius consult. 409. num. 21. Card. Luca de iudic. disc. 41. nu. 9. de credit. disc. 60. n. 8.*

Retentio, licet non sit compensatio in effectu, cum sint diuersæ nomine, & effectu, nam compensatio extinguit debitum, Retentio non, cum illa detur ad cautelam, donec fit satisfactus de eius credito. *D. Guttier. de compensat. lib. 1. q 9. 50. 53. 64. 70. & qu. 28. on. 39. lib. 1. D. Scoppa ad Fabr. in C. explorat. 13. n. 2. D. Munsius consult 98. n. 5. 6.*

Tamen, licet non sit directa compensatio, Est tamen indirecta. *Medic. de compensat. q. 16. nu. fin. Berlim. de compensat. c. 1. q. 12. n. 1.*

Et à pari procedunt. *Manfrelli ad Capyc. Latr. dec. 137. n. 6.*

Cum compensatione est similis, & magis fauorabilis retentio, nam hæc datur propter hypotecam, etiam in casibus, in quibus non fit compensatio. *Gratian. disc. 356. nu. 27. seqq. & disc. 728. nu. 29. & seqq. Rota p. 2. diuers. decis. 115. nu. 1. D. Guttier. de compensat. lib. 1. q. 9. num. 70. & q. 4. num. 31. lib. 4. Eadem Rota dec. 34. post*

Ole am

Oleam de Cessiur. l.per retentionem. C.de vsuris. l.2. vbi *Bal.C.de fideicom. Medic.de de compensat. p.2.q.28.nu.5. Nig.de re iudic.24.§.1.num.8. Granet.caus.148.nu.2. Felic.alleg 26.nu.11.p.3. Manfrell.ad Capyc.Latr.d.dec.137.num.9. D.Guttier. de compensat.lib.4.qu.4.num.31. Dom.Palma consult.6.num.6.*

Et est quadam species compensationis. *Rota d.dec.* 34.post *Oleam*.

Et facilius admittitur retentio, quam compensatio. *Medic.de compensat.q.28.nu.5.p.2. Molignat.de retent.c.6.fol.5.P.Affl.contr.39. nu.35. Maur.de retent.n.68.D.Guttier.sup.*

Cui cumpetit retentio compeut manutentio, *Vrceol.consult.10.nu.9.*

387 Et quamuis retentio non extinguat debitum, tamen impedit executionem, *D.Guttier. de compensat.lib.1.q.9.nu.66. & qu.28. num.39. Card.Luca de credit.disc.163.nu.8.* In pignus, nó insolutum. *Rota dec.710.p.18.*

388 Retentio est Iuris veteris reseruatio, nihil de nouo tribuens. *D.Guttier. de compensat. qu.4. num.27.lib.4. Molign.de retent.t.1.fol.1. Put.dec.430.nu.1.lib.2. Alex.cons.83.num.4.lib.2. P. Affl. contr.8.nu.1.*

389 Effectus retentionis est: debitum, quod quis retinens habet fauore sui debitoris, vel aliam quamcumque ipsius rem, pro securitate sui crediti, donec solutum retinentis in possessionem solummodo conseruare, nam per eam, sicut per solutionem debitum, & actio non dissoluitur. *Federic.Scot.lib.4. resp.39. num.18.vol.2.* Sed agitur, vt soluatur; Interea vero à debitore creditore, tamquam pignus retinetur, *Onat.de contract.tom.1.disp.8.num.140. Gallus de fructib. disp.9.art.3.nu.40. & disp.24.art.3.nu.16. Card. Luca de cred.disc.163.*

Sic compeut creditori, & non alijs. *D.Cels. dec.382.num.5.* Etiam hæredi, ac singulari successori. *D.Cels.dec.240.n.2.Gram.dec.92.nu.20.*

Retentio est: assequutam possessionem, & apud se existentem tueri, ac conseruare. *Meno b.de retin.possess.prælud.nu.3. P.Affl.contr.8. n.1. Rota.dec.499 p.18.Cyriac.contr.428. Marescot.lib.2.cap.119.*

Sic retentio aliud, aliud de nouo acquirere. *Dec.cons.300.nu.9 & 10. Barz.dec.108.num.37. 38. Mastr.ll.dec.268.n.64. Curt.iun.conf.168.nu. 37. P.Affl.sup.nu.25.*

Et qui de nouo acquirere non potest, potest retinere *Castill.contr.lib.8.c.67.nu.17.*

Retentio affert maximum commodum. *Gratian.disc.37.nu.31.*

Retentio competit tam pro sorte, quam pro fructibus. *Vrceol.consult.10.nu.30.* Et competit pro censibus decursis eiusdem crediti. *Rota dec.10.n.19.20.*post *Gobium tract.var.*

Retentio competit contra debitorem, quousque sibi soluat. *Rota dec.499.p.18. Farinac.in in repertor.iudicial.q.37.* Sic non transfert dominium, sed solum creditor pignori incumbit. *Cutell.dec.20.& in allegat.ibid.Giurb.ad consuet. Mess.c.10.gl.8.nu.16.17. Amat.resol.39.nu.57.58. D.Gastion.disc.26.nu.9.*

Secus si non sit talis. *D.Monald.dec.919.nu. 1. P.Affl.contr.27.nu.50.* Quamuis ille creditor esset in pari gradu. *ibid.* Non in bonis alterius, *D.Cels.dec.221.nu 12.*

Verum non datur creditori super re alienata, ex resta pretij non soluti, nisi specialiter fuerit per alienatem reseruata. *Aflolin.res.93.n.58.*

390 Sic retentio competit cuicumq; creditori, ad quem res debitoris sine vitio peruenit, *Gallus de fructib.disp.9.art.3. nu.40.disp.8. art.3.nu. 16.* etiam sine hypoteca. *Castald.consult.87. Mellus alleg.9.nu.19.alleg.23.* vbi non, in præiudicium Tertij, *tom.3.& alleg.65.n.23.seqq.tom.3.*

Emptor bonorum sui debitoris potest retinere pretium, quousq, alius creditor anterior insurgat. *D.Barra contr.80.num.37.84. & seqq.* Et si res illa euincatur recuperat primæua iura *num.40.90.*

Si procedatur ad venditionem rei debitoris, si creditor faciat oblationem pro emptione, debet recipi illius oblatio, quamuis dicat velle retinere suum creditum. *Barra sup.n.64.*

Sed potest cogi ad soluendam pecuniam retentam, *Barra nu.36.* Nam Iudex concedendo retentionem videtur concedere Citra præiudicium Iurium partium. *Barra sup.nu.24.*

Sed retentio non conceditur emptori ex Cessione acquisita ex causa transactionis, nisi pro rata pecuniæ solutę, non pro pluri, *Vrceol. consult 51. nu.27.29. l.b.2.* Secus si creditor postea agere. *nu.22.26.*

Retentio competit vigore crediti anterioris. *Merlin.de pignor.lib.4.q.22. nu.33.seqq. Palma alleg.69.n.12.l b.1. D.Cerro dec.34.n.7.*

Et illi, qui successit in locum anterioris creditoris. *Posth.dec.Bonon.82.nu.64.* Sic non datur posteriori in hypoteca, *ibid.n.74.*

Datur emptori, si pretium rei emptæ peruenit ad manus creditoris anterioris venditoris. *D.Cerro dec.148.nu.19.* Declarat *n.20.seqq. Manfrella ad Capyc.Latr.dec.137.num.19. Staibano.res.5.nu.29.30. Christin.dec.161.vol 4.*

Datur creditori quando possessio ad illum peruenit ex causa crediti, pro qua retinere prætendit, secus si ex diuersa. *D.Cerro dec.912.n.15.*

391 Ideo non datur retentio, nisi possessori. *Capyc.dec.137.nu.1.Mansius consult.386. nu.4. Pacion.c.40.nu.7.Card.Luca de benefic. disc.2.n.14. R.Capyc.Latr. dec.137.*& ibi *Manfrella. Rolan. cons.5.in fin.lib.2. P.Affl.contr.8.nu.1.20.Cutell. de donat.tract.1.disc.3.p.6.nu.66.* Sed quo remedio succurratur. *Olea de cess.tit.4. qu.1.num.11.* Nun detentori, *P.Affl.contr.9.nu.15.* Sed contra *infrà hic.nu.*

Quod retentio, solum possidenti detur. *Rota dec.10.num.117.*post *Catan.concil.P.Affl.contr.8.n.20.D.Cerro dec.70.n.34.35.D.Palma dec. Luc.316.num.8.*

Sic non datur mulieri quando possessio non erat vocans tempore mortis viri. *P.Affl.contr.9.*

Sic

Sic non conceditur detentori. *P. Affl. d. contr. 9. num. 25.*

Sed possessionem adeptus non videtur qui iure proprio retinere non potest. *Passerin. probl. legal. 7. §. 4. num. 41.*

Possidens iure familiaritatis non retinet. *P. Affl. contr. 8. nu. 6. 10. & contr. 9. nu. 34. seqq. Mastrill. dec. 184. Gratian disc. 450. nu. 15. seqq. Menoch. de arbitr. cas. 160. nu. 14. de retin. poss. remed. 3. nu. 46.*

Quòd mulier post mortem viri possit retinere bona illius ex causa eius crediti dotalis, si habeat hypotecam cum constituto, & precario, & continuare possessionem, quam habebat iure familiaritatis. *R. Marin. lib. 2. c. 142. Fab. in C. desin. 4. C. solut. m trim. Gizzarell. dec. 14. Berlich. p. 2. conclus. 32.* etiam bona feudalia viri, sic decisum per Collat. Consilium refert *P. Affl. contr. 8. nu. 22. & 23.* Et quando ipsa possedit post mortem viri, non est necesse quod declaret animum suum velle causam possessionis mutare, *ibid. num. 23.* licet alii DD. per ipsum allegati ibidem *vers. Etenim*, aliter dicant, nempe esse necessariam declarationem. Sed *ibid.* refert *alios* non esse necessariam declarationem, *vers. quod verò. Gizzarell. dec. 44. 45. Gratian. disc. 700. nu. 59. 60. Amat. resol. 39. num. 64. Burat. cons. 8. 9. lib. 1.*

Quamuis creditum dotale sit illiquidum. *Capyc. Latr. decis. 137. nu. 45. D. Mansius consult. 98. lib. 11.* licet contra dicat in illiquido *Cerro dec. 94. nu. 23.*

Retentio pro credito dotali, licet aliqui dicat non transire ad hæredes extraneos mulieres. DD. apud *Cerro dec. 70. n. 19.*

Tamen in contrarium est veritas, vt transeat. Idem *Cerro d. decis. 70. num. 30. & dec. 930. num. 10.*

Item ad singulares successores. *Cerro d. dec. 70. num. 32. Cerro d. dec. 930. n. 10.*

Retentio bonorum pro dote obligatorum ex speciali priuilegio numquam derogatur mulieri pro eius credito dotali, nisi ostendatur ad eius manus tot bona peruenisse, ex quibus bene valuit satisfieri. *Cerro dec. 932. nu. 13. 18.*

Verum non competit vxori pro credito dotali turbido, & illiquido. *Cerro dec. 94. nu. 23.*

Retentio possessionis titulo dotis non competit hæredi, qui illa accepit titulo hæreditario. *Cerro dec. 912. nu. 14.*

Datur retentio etiam quando possessio est nulla, & spoliatiua, vbi quis habuit cessionem iurium à venditore cum reseruatione dominii, donec integrum pretium solueretur. *Menald. dec. 351. num. 8.*

Non datur nulliter possidenti, nisi creditum sit clarum, canonizatum, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam. *D. Palma decis. Luc. 384. nu. 2.*

Sic sententia dans retentionē hæredi creditoris in bonis fideicommissi est nulla, nisi appareat ipsum esse talem. *D. Menald. dec. 319. n. 1.*

Non datur quando nullitas possessionis prouenit ex defectu citationis. *D. Palma dec. 384. num. 3.*

Verum vbi quis habet nudam possessionem, seu detentationem, vt habet tutor, & administrator, si moriatur, hæres potest retinere bona illa administrata, cum censeatur mutare causam possidendi, absque alia declaratione *Posth. de subhast. insp. 53. nu. 36. 37. Cauaier. dec. 171. n. 4. & dec. 284. nu. 2. Ludouis. dec. 546. nu. 1. D. Pignat. ad statut. Ferrar. tom. 2. fol. 231. vers. minus.*

Sed retentio non competit possidenti, quando agenti non competit prælatio. *D. Palma alleg. 281. nu. 44. lib. 3.*

392 Nec pro alieno debito datur. *D. Rosa consult. 42. nu. 5. lib. 1. Pacion. alleg. 145. nu. 14. Gratian. disc. 129. nu. 39.* Nec in bonis non debitoris *Pacion. alleg. 137. num. 12. Rota post Zacch. de obligat. Camer. dec. 130. num. 7.* Sic creditori competit. *Cels. dec. 382. n. 5. Sabell. §. retentio n. 6.*

393 Cum illa non nascatur, nisi ex pignore, aut alia re debitoris à creditore possessa. *Molignat. de retent. q. 2. Gratian. disc. 356. nu. 30. R. Reuert. dec. 459.* vbi *R. Marin. n. 4.*

Sic non competit illi, qui declarauit ei nullum ius competere. *Cels. dec. 382. nu. 4.*

394 Retentio fit iisdem modis, quibus acquisitio, *Solorz. tom. 2. de iure Indiar. lib. 2. cap. 2. num. 64.*

395 Retentio facilius datur quam actio, *Rodoer. cons. 26. nu. 18. Castill. lib. 3. c. 15. num. 9. lib. 4. cap. 42. nu. 113. seqq. lib. 6. c. 164. nu. 6. R. Capyc. Latr. dec. 137. num. 2. Maur. de retent. num. 66. Cranet. cons. 148. nu. 2. Brun. cons. 33. num. 3. P. Affl. contr. 29. num. 31. R. Marin. lib. 2. cap. 13. num. 2. Gallus de fructib. disp. 22. art. 2. num. 24. Altograd. contr. 63. num. 147. contr. 86. num. 26. contr. 87. num. 29. Guttier. de compensat. q. 4. nu. 40. lib. 3. & q. 9. num. 61. lib. 1. Mansius consult. 659. nu. 7. Parion. de locat. c. 34. §. 3. nu. 48. cap. 42. num. 1. Manfrell ad Capyc. Latr. dec. 137. nu. 5. Andreol. contr. 11. num. 15. Idem D. R. Latro cons. 95. n. 14. cons. 25. num. 11. 25.*

Quod detur retentio facilius quam actio. *Gallus de fructib. disp. 22. art. 2. nu. 24. Lagun. de fructib. p. 1. c. 12. num. 77. Antun. de donat. reg. lib. 1. prælud. 2. §. 1. num. 43. in fine Surd. de alim. tit. 8. Priuil. 28. num. 3. & priu. 76. num. 12. dec. 277. nu. 13. Card. Tusc. lit. R. concl. 306. Costa de remed. subsid. remed. 12. num. 7. Gratian. disc. 408. num. 70. disc. 470. num. 12. disc. 129. num. 34. 269. num. 17. Giurb. ad consuet. Messan. c. 10. gl. 7. nu. 6. 7. p. 1. & dec. 60. num. 5. Mangil. de imput. q. 43. nu. 8. Castill. contr. lib. 5. p. 2. c. 164. num. 6. Crass. except. 16. nu. 17. Cald. de renouat. empyt. q. 7. num. 28. & de potest. elig. c. 10. num. 27. Vaz. axiom. iur. lit. R. num. 122. Bondon. de p. iscuis c. 47. nu. 238. D. Guttier. q. 17. num. 49. lib. 3. q. 9. nu. 21. lib. 5. D. Cerro decis. 586. num. 10. D. Palma alleg. 329. num. 3. tom. 4. Olea tit. 4. q. 7. n. 39.*

Et facilius datur retentio, quam petitio. *Gratian. disc. 470. n. 12. 408. n. 7. 516. n. 11.* Et

Et magis priuilegiata, quam actio. *Gratian. disc. 728. n. 31.*

Sic est magis priuilegiata, quam actio, Ideò præfertur in pari. *Giurba dec. 22. num. 3. 4. & 5. P. Affl. contr. 27. nu. 51. fol. 246. col. 2.*

Et cui competit retentio, competit actio, *Vrceol. consult. 7. num. 39.* & cui competit actio, datur retentio. *D. Cerro dec. 586. n. 11.*

Retentio dicitur effectus naturalis obligationis. *D. Gutier. de compensat. q. 3. nu. 43. lib. 3.*

Et vt detur sufficit naturalis obligatio. *D. Iouius de solemnit. in contract. minor. gl. 6. §. 1. n. 95.*

Datur retentio, adhoc, vt solutio fiat. *D. Guttier. lib. 1. q. 9. n. 52.*

396 Compensatio fit ipso Iure, sed retentio numquam, sed fit per exceptionem partis, *Larrea dec. 87. nu. 4.* Sed *Mansius consult. 98. num. 4.* dicit retentionem non esse exceptionem. *P. Afflict. contr. 3. nu. 47.* Quod retentio ipso iure fiebat, compensatio officio Iudicis. *D. Guttier. qu. 28. nu. 71. lib. 1.*

397 Vbicumq; exclusa est compensatio directa, ibi intrat indirecta, qualis est retentio, etiam contra sententiæ executionem, *Menoch. cons. 110. num. 13.* & ibi *Cavagnol num. 56. R. Galcot. contr. 41. nu. 22. l. b. 1. Noligm. d. retent. c. 5. fol. 5. Card. Luca de credit. disc. 60. nu 8. disc. 63. num. 8. Cyriac. contron. 428. Merref ot. lib. 2. v r. cap. 119. Medic. de compensat. q. 28. nu. 5. p. 2. Gratian. disc. 356. num. 27. disc. 748. nu 29 seqq. Rota post Oleã de cess. dec. 34. Gutier. de compensat. lib. 4 q. 4. nu. 30. & lib. 5. q. 17. n m. 42.* Maxime in creditore hypotecario, *Barz. dec. 108. nu. 43. Mantica dec. 326. 334. Gram. dec. 58. num. 2. D. Mansius consult. 98 num. 1. lib. 11. D. Palma consult. 6. num. 6. 7. Rota dec. 86. nu. 10. p. 6. & dec. 40. nu. 18. p. 2. tom. 2. Posth. vsol. 64. n. m. 25. Gratian. at. c. 356. nu. 30. Merlin. d. pignor. lib. 1. q. 25. num. 8. Cy i c. contr. 180. num. 27. Rota diuers. p. 1. dec. 115. num. 1. D. Cerro dec. 586. nu. 12. Infrà Nos n. 538.*

398 Et compensatione denegata, non est Retentio, *Maurus de retent. num. 69. Gram. dec. 58. nu. 1. Capyc. dec. 119. Crauet. cons. 148. nu. 1. Corn. cons. 61. num. 27. vol. 2. Decian. cons. 98. num. 28. lib. 3. Barbos. in l. diuortio, § ob donationes nu. 4. ff. solut. matrim. P. Affl. contr. 39. nu. 35. Guttier. qu. 17. nu. 42. lib. 5. Vrceol. consult. 61. num. 43. lib. 2.* licet contra *num. 24. Gratian. disc. 428. n. 31.*

399 Omnis qui compensat retinet, non secus omnis, qui retinet compensat. *Annot. ad Fab. in C. lib. 4. tit. 23. def. 14. nu. 3. D. Scoppa ad Fabr. lib. 1. tit. 9. explanat. 13. nu. 2.*

400 Sic petitione exclusa, non est exclusa retentio. *Maur. de retention. num. 67. D. Scoppa ad Fabr. in C. lib. 2. tit. 9. expl. 13. num. 1. Gall. de fructib. disp. 22. art. 2. num. 74. Maufrell. ad Capyc. Latr. dec. 137. nu. 5. D. Aguila de Roxas de incompatibil. p. 3. c. 5. nu. 18. Giurba dec. 6. nu. 7. de succes. f. nd. §. 2. gl. 6. num. 71. & gl. 4. nu. 6. Surd. dec. 277. num. 13. Tusc. lit. R. concl. 306. lit. E. concl. 374. nu. 28. Gratian. c. 408. nu. 70. 470. num. 12. Giurb. super Consuet. Mess. c. 10. gl. 7. num. 6. 7. & dec. 60. num. 5. Mangil. de imput. q. 43. num. 8. Castill. lib. 5. c. 164. nu. 6. Cald. de emph. q. 7. num. 28. & de pot. elig. c. 10. num. 17. Vaz. axiom. iur. lit. R. num. 122. Zacchia de salar. q. 96. nu. 19. Salg. de retent. p. 1. c. 10. à nu. 47.*

401 Nam facilius datur retentio, quam acquisitio, *Castill. lib. 4. contr. c. 42. à num. 113. & tom. 6. c. 164. & de Tertijs c. 36. de alim. c. 67. & tom. 3. c. 15. nu. 8. seqq. & tom. 6. c. 64. num. 6. Antun. de donat. 1. præl. 2. §. 1. num. 43. Solorz. Polit. lib. 1. c. 11. Vela dissert. 39. num. 54.* Et fauorabilior retentio, & exceptio, quam acquisitio, & actio. *Cyriac. contr. 452. Maur. de retent. nu. 66. Crauet. cons. 6. nu. 8. Castill. contr. lib. 3. c. 15 nu. 9. seqq. lib. 4. c. 42. num. 113. seqq.* Sic fauorabilior est retentio, & exceptio, acquisitione, & actione, *Cyriac. contr. 452. Iouius de solemnit. gl. 6. §. 1. nu. 95. Pation. de locat. c. 34. §. 3. nu. 48. c. 42. num. 1. Catan. cons. 23. nu. 25. Munfrella ad Capyc. Latr dec. 137 nu. 5. Gratian. disc. 428. nu. 30.* Et si est prohibita acquisitio non est prohibita acquisiti retentio, *Salg. de reg. bull. p. 1. c. 10. ad n. 47.*

402 Compensatio sapit naturam actionis. *Bersan. c. 1. q. 3. n. 6. Infrà n. 406.*

403 In Retentione secus est, nam illa fundat se simpliciter in re possessa, absque vlla actionis participatione, *Bersan. c. 1. qu. 12. nu. 10.*

404 Incumbere rei semper melius est, quam actioni, & plus cautionis est in rem, quam in personam, *Vrsell. concl. 37. nu. 27. lib. 1. Maufrell. ad Capyc. Latr. dec. 137. nu. 2. 3. Tusc. lit. R. concl. 306. Castill. contr. lib. 5. p. 2. c. 164. nu. 6. Gratian. disc. 408. nu. 70. disc. 470. num. 12. Giurb. sup. Consuet. Mess. c. 10. gl. 7. nu. 6. 7. p. 1. Mangil. de imput. q. 43. nu. 8. Surd. de alim. tit. 8 priuil. 28. 75. nu. 12. & dec. 277. nu. 13.*

507 Sed non competit mulieri retentio quando possessio non erat vacans tempore mortis viri. *Bald. in l. penul. C. de non num. pecun. Dec. cons. 232. nu. 2. Rolan. cons. 77. nu. 35. lib. 1. Magon. dec. Luc. 64. n. 12. 13. Ios. Ludouic. dec. 109. Perus. nu. 3. Cartar. dec. 73. nu. 12. Amat. res. 39. n. 66. P. Affl. contr. 9. n. 9.*

508 Mulier, vt assequatur retentionem bonorum maritalium, quæ familiaritatis iure tenebat, an requiratur expressus voluntatis actus velle mutare causā possessionis, an sufficiat tacitus, quod requiratur actus expressæ declarationis, *Dec. cons. 232. num. 2. Magon. dec. Luc. 64. num. 14. Ludouic. dec. 109. a num. 4. Cartar. dec. 73. num. 3. seqq. Amat. res. 39. num. 64.* Quod expressus actus declarationis non sit necessarius, sed præsumatur, si insistat in possessione bonorum viri post eius mortem, *Gizzarell. dec. 44. alias 45.* vbi decisum refert, & per *Rotam Rom. Bursat. cons. 8. nu. 15. lib. 1. & cons. 9. num. 8.* alias decisiones refert *Gratian. disc. 700. nu. 59. 60. DD. apud Amat. d. res. 39. n. 63.*

Alii distinguunt, nam si mulier sola post mortem viri continuauit insistere in retentione, seu possessione bonorum illius, & deinde superueniat hæres, qui nouiter possessionem adipisci prætendat, tunc non refert an ipsa mulier declarauerit antea, vel nè animum possidendi pro dotibus, nam sufficit tunc animum declarare velle retinere pro creditis dotalibus. Immò si de facto ab hæredibus viri deiiciatur, reintegratur. Secus si fecisset actus possessionis nomine hæredum viri, latè *P. Affl. d. contr. 8. nu. 23.* Vbi hæc, & alii ponit, & *res. 9. nu. 10.*

509 Retentio mulieri in bonis viri, in tribus casibus tantum admittitur. Primò ex Iudicis

permissione, videlicet decreto mediante, & visis instrumentis dotalibus, 2. ex conuentione facta viuente viro. 3. quando vacua ipsa bonorum possessio ipsi mulieri peruenerit sine vitio, *Bald.in l.fin.in princ.C.de non num.pecun. Rota Luccens.dec.64.n.9.seqq.Vin. dec.317. Bisogn.alleg. 69.n.4.Pacific.de Saluian.insp.3.cap.4. n.18.seqq.*

Sed nó competit retentio vxori in bonis viri subiectis fideicommisso, si constituens fideicommissum non tenebatur dotare, *Merlin. de pignor.qu.16.à nu.35.lib.3.Rota.dec.241. à n.4. p.9. D.Palma alleg.217.nu.11.12.Petr. de fideicom.qu.8.nu.387.393.Fusar.de substi. qu.531.à nu.104.*

510 Retentio competit pro pecunia expensa pro vltima infirmitate,inuentario pro funeralibus scholaris, nam potest retinere illius libros. *Medic.de compens. p.2.qu.16. Maurus de retent. nu.40.Gizz.ad Capyc.L.itr.dec.47.num.25. Vrceol.consult.20.n.26.28.*declarat *n.31.Conciol.de hæred.art.1.nu. 372.seqq.*Diximus *n.493 seqq.*

511 Retentio admittitur in deposito. *Alex.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.solut.matrim. D.Gutier.lib.1.q.9.nu.67.Castill. lib.8.contr.67. nu.14. seqq.*Gratian.*disc.728.nu.29.* Retinere in materia depositi significat conseruare pecunias habitas à deponente,& accipitur etiam pro *tenere,seu detinere.Gratian.disc.963.nu.11.*

Propter impensas in eo factas *Idem Guttier. lib.5.q.1.nu.37.* Gratian.*sup.* Vbi quid in deposito confessionato.

Et incommodato.*Rota* post *Merlin.de pignor. dec.1.nu 15.Bers n de compe.sat.c.2.q.23.nu.13. & 14. Mantica de tacit.lib.9.tit.2.n.10. Brunem. in l.sub prætextu.C.de commodat.*

512 Retentio competit Creditori bonorum debitoris per ipsum possessorum, & præfertur alii creditoribus tempore prioribus. *Maurus de retent.nu.24.25.*

Cótra,& verius est vt *P. Affl.contr.9.n.50.* Vt non cóperat retentio contra creditoré anteriorem,immo neq;posteriorem,sed proceditur ad illius rei venditionem. *Franch.dec.456. in fine. Fab.in* C.*defin.1.& 27.* C.*de distract. pign. Gratian.disc.941.nu.8.P.Affl.sup. nu.51. & nu.54.* decisum refert per Reg Cameram anno 1649.

513 Sic emptor, de cuius pecunia fuerunt dimissi priores creditores, possidendo rem emptam,absq;pacto, & cessione,poterit se tueri aduersus posteriores, & habebit retentionem rei. *Corn.cons.245.num.13.lib.2.Negusant.de pignor. p.5.membr.3. Mantica de tacit.lib.11.tit.29.nu. 5.seqq.*vbi decisum refert per Rotam Rom.decisum refert *Franch.dec.134. Fab.in C.lib.8.tit. 9.defin.4.Staiban.res.5.nu.29.30. Vrceol.consult. 51.nu.1.lib.2.* etiam absq; cessione à creditoribus anterioribus habita,*Idē consult.59.n.1.seqq.*

Verum non competit emptori cum potestate soluendi anterioribus, nisi post solutioné. *Vrceol.d.consult.51.n.24.*licet contra *n.25.*

Sed non conceditur emptori ex cessione acquisita per viam transactionis à creditore anteriori,nisi pro rata pecuniæ cedenti soluta, non autem pro eo pluri,quod cedenti non soluit,quando posterior creditor agit *Saluiano*,vel hypotecaria contra bona debitoris ab emptore acquisita,*Vrceol.d.consul.51. nu.23.27.* Secus si creditor posterior ageret per viam Iuris offerendi, quia teneretur offerre, etiam illud *plus* non solutum,quod tamen in cessione continetur.*ibid.nu.22.vbi nu.26.*differentia.

Competit etiam pro Iuribus reseruatis, stante protestatione de non sibi præiudicando quo ad Iura competentia contra cedentem.*Gratian. disc.356.nu.36.38.*

514 Ex nudo pacto de Iure Ciuili non datur actio,sed datur retentio. *l.legem.C.de pact.l.1.§. id quoque.ff.ad l.falcid. Maur. de retent.n.55.56.*

515 Retentio conceditur fructuum, Domino loco pignoris, quando intrá fundum illi sunt. *Gratian. disc.25.num.14.* Idem in Domino rei censuatæ.*nu.15.*

516 Retentio competit Colono pro impensis fundo factis. *Manfrell.ad Capyc.Latr.dec.137. num.18.Osasch.dec.81.nu.8.9. Pacific.de Saluian. insp.3.c.4.nu.662. D.Pig.nt.ad statut.Ferrar. fol. 197.nu.16.Hodiern.ad Surd.dec.194.n.3.4. Molign.de rat.q.112.Seuerin.ad Sanfel.dec.371.Ganauer.dec.54.à num.17. Pacion.de locat.c.34.§.3. nu.60.seqq.*Sic conductori, quamuis expellatur ob pensionem non solutam, retinet pro expēsis.*l.colonus.ff.locat.Rips obs.116.*Et conductori Ecclesiæ vltra triennium. *Ludouic.decis.Perus.34.*

Sic competit retentio fructuum locatori pro mercede.*Pacion.de locat.c.42.n.5.*

Competit retentio quando venditor agit remedio,*l.2.C.de resc.vendit.Gamma dec.312.*

517 Inuecta,& illata in re conducta possunt retineri,etiam pro alio credito, quam pro mercede, *Pacion.de locat.c.42.n.28.*

518 E contra, conductor ex credito superueniente potest retinere rem conductam. *Menoch.de recuper.poss.remed.11.nu.42.43. Caroc.de locat.p.6.remed.14.nu.21.Lepid.dec.7. vers.non obstat.Pacion.de locato cap.42.*

519 Retentio competit Fisco, Ecclesiæ, & minori venditori,cum pacto reseruationis dominii. *Manfrella ad Capy..Latr.dec.142.num.17. Franch.dec.456. in fine. Fab.in C.tit. de distract. pign.defin.1.& 27.Gratian.disc.946.nu.9.*

520 Retentio competit pro re maiori pretio valenti,quam creditum.*Pation.de locat. cap.42. num.34.& seqq.Vrceol.consult.4.nu.33.* sed proceditur ad venditionem. *Gratian.disc.749.nu.6.* contra *P. Affl.contr.9.n.51.*

521 Retentio competit hæredi immisso in minus sollemni testamento, donec à prætendentibus molestetur. *D.Gobius consult.1.num.51. Gratian.disc.734.nu.13.d sc.706.nu.11.12.* Vbi de immisso in possessioné nulliter, si creditum est clarum,& possessio sit spoliatiua.

522 Contra tenent,tam quo ad hæredem,quam

lega-

legatarios. *Andreol. contr. 296. nu. 20. Ciarlin. contr. 33. nu. 134. & seqq. Gobius d. consult. 1. num. 52. & 175.*

Competit hæredi soluenti debita hæreditaria, contrà cohæredem *Vrceol. dec. Flor. 8. nu. 15.* maximè se coæquando cum alio cohærede *num. 16. Mangil. de euict. qu. 47. num. 18. Ottabon. dec. 242. nu. 9. Bich. dec. 380. nu. 8. Surd. dec. 46. nu. 9. seqq. Rota dec. 295. in princ. p. 2. & dec. 491. nu. 1. p. 14. Manzaned. dec. 388. nu. 12.* Vbi quamuis res non sit hypotecata.

523 Reuocata emptione vigore *Constitutionis: Constitutionis Diuæ Memoriæ*, Venditor recuperat feudum cum fructibus, emptor pretium cum interesse, & ei competit retentio donec ei pretium soluatur. *Bart. de Capua in d. constit. vers. sed si possessio.* Idem refert *Petrus Pital.* alias *de Monteforte nu. 9. R. Ponte cons. 54. nu. 4. vol. 2. Lanar. cons. 80. nu. 50. Maur. alleg. 54. nu. 7. D. Marcian. disp. 100. lib. 2. n. 21. seqq.*

Quæ conclusio procedit respectu venditoris tantum, & eius hæredum, non autem respectu Domini, vel creditorum, contra quos opponi non potest. *D. Marcian. sup. nu. 23. & seqq. ex Mornil. in d. constit. nu. 20.* Et *D. Marcian.* reprobat contrarios, signanter *Annam alleg. 136. num. 10. & Lanar. cons. 25.* Inter *consilia de Ponte*, quia ibi peruenerat feudum cum vitio, & mala fide. Idem dicit *Schrader. de feud. p. 8. c. 2. à num. 6. Surd. dec. 46.* loquitur in casu, quo res minoris alienata fuit absq; solemnitatibus, & sic perueniſſe cum vitio.

524 Et retentio datur non solum pro debito contracto occasione illius feudi, sed etiam pro alio debito, pro quo feudum obligatum non erat. *Schrad. de feud. p. 8. c. 2. n. 6. vers. hoc tamen. Rosental. de feud. cap. 6. concl. 20. nu. 13. D. Marcian. d. disp. 100. nu. 27. Vrceol. de transact. qu. 50. num. 34.*

525 Retentio datur filio rerum paternarum, quas possidet, vsque quo ei assignetur legitima. *Gratian. disc. 198. nu. 18. seqq. Marotta disecpt. 3. nu. 8. R. Capyc. Latr. dec. 10.* vbi *Manfrell. num 16. 20. 21. D. Cerro dec. 784.* Vbi contra fideicom-
526 missarium. Secus pro supplemento legitimæ. *dec. 646. num. 11. Gratian. sup.* & pro falcidia, & trebellianica. *Vrceol. consult. 20. n. 42.*

Sed pro fructibus legitimæ debitæ ex bonis fideicommissi non competit contra fideicommissarium, sed datur actio contra eum, qui fructus fideicommissi percepit. *D. Cerro d. dec. 784. num. 6.*

527 Retentio non datur creditori posteriori contra anteriorem, & potiorem. *Duran. dec. 412. nu. 1. Rota p. 9. rec. dec. 40. nu. 45. 46. par. 10. dec. 65. num. 4. p. 16. dec. 411. num. 8. D. Cerro dec. 947. nu. 5.*

528 Non datur retentio pro creditis diuersis ab eo, pro quo emanauit adiudicatio. *Caualer. dec. 539. num. 4. dec. 543. nu. 3. Rota p. 13. rec. dec. 26. nu. 10. dec. 89. nu. 11. p. 14. dec. 394. nu. 12.* Vbi quod solum datur retentio, quando bona peruenerunt ad creditorem ex eodem titulo, pro quo illa vult retinere, *D. Cerro dec. 912. nu. 15. dec. 576. nu. 11. dec. 595. num. 13. dec. 606. nu. 17. 18. dec. 871. num. 8. D. Palma dec. Luc. 316. nu. 9. 10. Amat. res. 44. Hartm. lib. 2. tit. 27. obs. 6. Barbas. in l. diuortio. §. interdum, ff. solut. matrim.*

529 Retentio præsupponit debitum, & creditum hinc inde prouenient, ex personis ipsorũmet debitoris, & creditoris, non autem alterius, & ideo non procedit contra eum, qui repræsentat duas personas, vt quia sit creditor nomine proprio, & debitor nomine hæreditario, vel creditor ex propria persona, & debitor nomine societatis, & e contra. *Gratian. disc. 948. nu. 1. seqq. Caualer. dec. 38. nu. 4. seqq. Altograd. cons. 59. num. 30. seqq. lib. 1. & nu. 35.* Vbi quod non admittitur in legitima de debito filii, licet liquido, de quo *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 20. nu. 10. Sabell. nu. 6. Pacian. de locat. c. 42. n. 2.*

Sed competit in re empta nomine alterius ignorantis. *Gratian. disc. 207.* vbi *Luca.*

530 Qualiter possessor finita causa possidendi pro fructibus vnius census, pro quo obtinuit immissionem, habeat retentionem pro fructibus alterius census. *Rota p. 18. rec. tom. 1. dec. 38.*

531 Retentio pecuniæ debitæ proprio creditori, & debitori, etiam aduersus eius Cessionariũ, vel Creditorem procedit, quamuis compensatio locum habere non posset. *P. Affl. contr. 27. nu. 50. contr. 41. nu. 2. ex Gratian. disc. 356. nu. 26. seqq.* contra *Cutell. de donat. tom. 1. tract. 1. disc. 2. p. 10. nu. 79.*

532 Sed retentio denegatur ex causa habili, si ex inhabili fuerit petita. *Castill. dec. 139. Anna alleg. 63. nu. 51. P. Affl. contr. 8. nu. 5.*

533 Retentio competit contra creditorem, in pari gradu existentem. *Giurba dec. 22. nu. 3. 4. 5. P. Affl. contr. 27. n. 50. 51.* Secus contra alium creditorem anteriorem. *P. Affl. contr. 9. n. 30.*

534 Retentio non datur aduersus legatum vitę militiæ, vel alimentorum. *R. Galeot. contr. 60. n. 15. lib. 2. D. Rosa consult. 37. n. 13. lib. 1.*

535 Retentio pro modicis non competit. *Ludouic. dec. Perus. 24. nu. 11. Thes. lib. 4. q. 96. nu. 8. Malignat. de retent. q. 403. Valasc. de Iure emphyt. p. 1. q. 25. & dec. 111. num. 21. Marescat. lib. 2. cap. 109. n. 18. c. 110. nu. 38.* Non competit hominis liberi. *Gratian. disc. 139. n. 21.* Vbi limitatio.

536 Retentio non datur pro credito annuo soluto, & accollato in emptione bonorum debitoris, cum censeatur solutum ex fructibus illorum. *Ludouis. dec. 68. num. 4. Rota par. 8. dec. 116. num. 1. & dec. 327. nu. 10. p. 13. rec. & dec. 10.* post *E. Gob. um tract. var. Vrceol. consul. 51. n. 24. 25.*

537 Retentio non datur pro Capitali census, nam illud est demortuum *Rota dec. 117. nu. 12. p. 4. tom. 2. & dec. 12. nu. 20. p. 17. rec.* Vide infrà num 543.

538 Retentio pro credito consequendo competit quotiescumq; ob aliquam causam, compensatio locum non habet. *Gratian disc. 273. nu. 25. disc. 366. num. 28. D. Guttier. q. 4. nu. 30. lib. 4. D. Cer-*

*D.Cerro dec.586.nu.12.*Diaimus *sup.n.397.*

539 Idem admittitur ea causa anterioris possessionis, aduersus executionem, & pactum executiuum, vigore contractus censualis. *Amat.res.31.num.2.seqq. D. Mar.det in praxi instr. cap.4.num.297.*

540 Retentio competit emptori ea sola cessione obtempta à creditore anteriore; quamuis non soluisset pretium. *Vrceol.de transact.q.83.num.24.*

541 Competit emptori cum pacto de retrouendendo pro credito, etiam ex alia causa sibi obuento. *Card.Luca de reg.disc.26.num.*8.*Gratian.disc.117.nu.21.seqq.*

542 Creditor potest retinere quod debet debitori sui debitoris. *Cyriac.contr.428.*

543 Competit retentio pendente euictione super re possessa non pro tota re, sed tantum pro illa quantitate, qua est pendens euictio. *Gratian.disc.787.n.9.*

544 Non datur retentio pro censibus voluntariè extinctis. *Vrceol.consult.4.num.37.D.Cerro dec.148.nu.31.*

Quod intellige si extinguantur voluntariè per ipsum venditorem de pecunia emptoris, prius illi liberè soluta, citra pactum, & conuentionem vllam, & nulla existente necessitate extinguendi, secus si adsit pactum inter emptorem, & venditorem, quod de pecunia soluta extinguatur census super re vendita impositi, ad effectum illam retinendi. *Idem Vrceol.num.38.39.*& Vide *consult.49.num.30.seqq.* Vide *sup.nu.533.*

De compensatione hæc, & alia habent DD Lectores apud *D.Guttier.in amplissimo, erudito, & vtili tractatu de compensationibus,* apud *Tyndar.de compensat. Medic.de compensat. Bors n. de compensat. Doctissimus Dom.Sabell. §.compensatio. Castejon. eodem §.* Coppell. *de compensat.Mæstert.de compensat.Caed.Tusc.lit.C.conclus.compensatio. Zomoron.de compensat. Beroa.Borth lien.Diego, Freners, seù Freyes, Henricum Haynium, Koppelium, Georgium, David, Locamerum, Mæstertium,* Chroderum; latè etiam tractant *Bonden.collect.27.tom.2. Capue.tom.1. p.3. c.7. Coppelius, Fariaae.in repertor.Iudic.cap.36.P.Gregor.Syntagm.lib.21.c.22.Tepat.tit.169.Tusc.lit.D.§.Dedactio.* Ramon.*cons.36.Scoccia de cambijs.* Et alii per *Nos* citati.

545 Compensatio contractus nihil differt à nullitate contractus, nam nullitas contractus aliud non est, quam non existentia illius *l.1.ff.de hared.vel act.vendit. ff. quod cuiusque Vniuers.l.1.§.si quidem,& ff. qui satisd. cog.l.quoties.*

Ita compensatio contractus est illa, per quam contractus debiti, quod Caius debet Seio in mille, si Caius ille acquiret similem summá mille contra Seium, iam extinguitur debitum illud Seii, *D.Card.Luca de credit.disc.163.nu.8. Nos sup.n.118. D.Guttier.de compensat.lib.1.q.9.n.65.Saminiat.contr.29.n.4.33.n.14.*cũ sit solutio *contr.29.n.10.*104. Et diximus in principio huius *quæstionis n.1.& seqq.*

Et sic contractus ille ducatorum mille, quem pro se habebat Seius, non est amplius in mundo, ideò conueniunt Nullitas contractus, & compensatio contractus.

Non est sic simpliciter in Retentione. Nam si Caius est debitor Seij in mille, & in posse Seij perueniant bona Caij debitoris, valoris ducatorum mille, non est extinctus statim contractus debiti Caij, *D.Card.Luca de disc.163.nu.8. D.Guttier.de compensat.qu.28.num.39.lib.1.qu.9.num.66.* Sed stat in suspenso, quousque creditor reddatur satisfactus de eius credito. *Rota rec.p.17.dec.300.nu.6.D.Guttier.de compens.q.9.num.66.lib.1.Cutell.dec.20.& in alleg.ibi imp essa,Giurba ad consuet.Mess.cap.10.gl.8.num.16.17.Amat.resol 39.nu 57.58.D Caston. disc.16.nu.9.* Nam si Caius soluit illa mille Seio, per solutionem extinguitur, & annullatur ille contractus duc.mille, non per illam retentionem, sed per illam solutionem. Verum si numquam soluit, ille Seius retinet dicta bona in perpetuum, & similiter extinguitur contractus duc. mille, & illa retentio habet vim dationis illorum bonorum insolutum, & pro soluto, vt dicemus *infra in hac qu.* Et sic idem est ac si non esset ille contractus, & sic simile est Nullitati contractus, de qua est Noster Tractatus.

Aliud esset si creditor succedat debitori, an retentio bonorum debitoris habeat vim solutionis, disputat *Gratian.disc.214 num.28.* De qua re *Nos sup.q.45.*Et quamuis non compensset vtitur retentione. *Idem disc.236.nu.31.*

546 De compensatione DD. retulimus *sup.nu.*544. De retentione ediderunt Tractatum *Albutius, Farinac.in repertor lud c.qu.37. Gotfred.Geaff.Michael Koning. Maurus, Mertens, Bernardus Schultz. Tusc.lit.R.Valent Vuthuts,Molignatus, Bartholm. Leonardus Schuaeaden dorffer.* Alij non peruiam Tractatus, sed be e *Card.Luca in eius operibus. Sabell. § Retentio,* Castejon.*eod.§.Volfag.Henricus Drenue. Fontan in sua Analomalogia. Corpzon. & Mullerus,Salgad.in Labyr. Maurus de retentione. Filin in Margarito. concl.verb.retentio.Thor.in comp.dec.verb.retentio. Cyriac. contr.*180. *Giurba ad consult.Messan. cap.10.gl.7.Castald.consult.87. Bunden.collect.37. Melius alleg.9.23.& 65.tom.3. Palmo in allegationibus. Fontana in Bibliotheca verb.retentio.fol.549. & par.3.fol.550. Tusc.conclus.verb. retentio. Maurus de retentione. Gotfred. Graff. Altusius. Salgad. Labyr. Drenee. Konig.Nertenz.Schultz. Ricc.collect.191. 1917. Hermosill.in l.9.gl.3.4. tit.2.p.5.Barb sanreper tor. verb. Retentio. Calain.in Lexic verb.retentio. Nos* in nostris operibus legalibus, & *Alij* passim.

******

SVMMARIVM.

QVÆST. XLVI.

Quid sit Remissio debiti in Contractu, vel quasi contractu, Et in quo differat à Nullitate Contractus.

QVÆST. XLVI.

1 REmissio gratuita, & perpetua crediti, maximè considerabilis, nullo modo est præsumenda, cum sapiat donationem. *l. si mulier,* & ibi *Alex. & Ias.* & alij *. ff. de condic. ob causam. Tiraq. in l. vnquam, verb. donatione largitus num. 176. C. de reuoc. donat. Affl. dec. 282. nu. 2. Osasch. dec. 95. nu. 35. & dec. 132. num. 13. 14. Surd. dec. 229. num. 31. Magon. dec. Flor. 143. nu. 16. Rota coram Coccin. dec. 1922. nu. 34.* & coram *Penting. dec. 174.* & coram *Vbag. dec. 17. num. 20. seqq. & dec. 15. num. 11. post Turre de pactis fut. success. & dec. 302. num. 5. p. 16. rec Torre de pactis fut. success. lib. 1. c. 6. num. 73. seqq. D. Palma alleg. 285. num. 10. seqq. Mascard. de probat. conclus. 1262.*

2 Et ad exclusionem donationis quælibet interprætatio sumi debet, ità vt potius error sit præsumendus. *Corn. cons. 164. in fine lib. 3. Surd. cons. 290. num. 53. seqq. Burat. dec. 232. num. 3. & ibid. Adden. lit. A.*

3 Sic remissionem crediti, vel requiri expressam, vel tacitam, dicunt *Boer. cons. 68. nu. 86. lib. 1. Surd. cons. 150. nu. 136. Peregr. de fideicom. art. 54. nu. 21. Fontanell. dec. 154. nu. 8. seqq.*

4 Vel ex actuum incompatibilitate, quæ aliter conciliari non possit, atq; remissio desumitur, aliquid operari potest citra eius perpetuitatem, semper ad illius exclusionem sumi debet interpræratio, *Castill. contr. lib. 2. c. 23. nu. 10. seqq. Morla in empor. iur. ciuil. tit. 11. de fid. instr. qu. 8. num. 1. seqq. Add. ad Burat. dec. 82. nu. 17. Rota coram eod. dec. 36. nu. 11.* & coram *Canaler. dec. 657. nu. 3.* Nam nemo præsumitur iactare suū, prout facit, qui suum creditum gratiosè remittit, & eius satisfactionem negligit. *l. Modestinus. ff. de donat. Beron. cons. 68. num. 84. lib. 1. cons. 95. nu. 9. lib. 3. Decian. cons. 78. nu. 25. lib. 5. Monach. dec. 15. nu. 1. seqq.* Gamma *dec. 118. nu. 1. Rota coram Pamphil. dec. 536. nu. 2. & dec. 582. num. 7. D. Palma sup. n. 13. 14.*

5 Quæ præsumptio fortior euadit inspecta qualitate personarum, & quantitate summæ, putà si agatur de prætensa remissione facta

per

per mercatorem, qui multo minus præsumi debet, quod voluerit iactare suum, cum lucris inhiare soleant mercatores, & ob id negotiationem exerceant, vt ratiocinatur *D. Mansius consult. 343. nu. 79. Mutu dec. 42. nu. 30.* Maximè de summa, valde considerabili, & quæ ingens existimari potest, quia inspecta magis inuerisimilis est remissio. *Ruin. cons. 23. num. 38. lib. 5. Becc. cons. 72. nu. 71. Crauet. cons. 86. nu. 3. Decian. cons. 15. nu 5. lib. 3. Cyriac. contr. 334. nu. 2. Mansius consult. 275. n. 36. D. Palma sup. n. 15. 16.*

6 Remissio non inducitur per petitionem extraiudicialem, sicut per iudicialem. *Gratian. disc. 515. nu. 60.* Et non obstat remittenti, & potest reuocari ante acceptationem. *n. 95.*

7 Remissio caducitatis in emphyteusi, non inducitur per petitionem Canonis, nisi cum effectu quis fuerit consecutus, quod petit. *Gratian. disc. 515. num. 11. & seqq. Altograd. cons. 24. num. 76. seqq. lib. 1. Fulgin. de iure emphyt. tit de solut.* Canon. *nu. 11. seqq. Tusc. lit. E. concl. 211. & 192. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. Canon. ampl. 1. & seqq.*

Et debet solui sine contradictione, & dilatione, & statim sine termino. *Gratian. d. disc. 515. n. 22.* vbi *Luca*.

8 Tacita non implementi proueniens exceptione, seu repetitione habet effectum solum respectu inobseruantiæ, iam commissæ, secus illius, quæ non dum euenit. *Gratian. d. disc. 515. num. 61.*

Verum caducitatis remissio nihil operatur, si nullus pro absente acceperit. *Gratian. sup. num. 61.*

9 Si in Transactione facta per patrem, cum alio, si pater in illa sibi reseruauit solum iura filiorum masculorum, videtur ius suum sibi competens remisisse. *Merlin. dec. 586. num 4.* Maximè si illa reseruauit tantum in casu extinctionis lineæ dicti Alij; Sic à contrario sensu deducitur, quod in casu non existentis lineæ, & sic per natiuitatem alterius, ius non reseruauit, sed renunciauit. *Rota coram Celso dec. 373. nu. 8. & in rec. dec. 150. nu. 20. p. 16. D. Palma alleg. 130. num. 16. 17.*

10 Remissio facta in transactione generaliter, restringenda est ad limites causæ eiusdem trãsactionis, & sic ad prætentiones solum in dictis litibus, & controuersijs deductis. *Natta cons. 546. num. 10. 11. Paris cons. 20. num. 77. Surd. cons. 321. nu. 48 49. Rota dec. 108. num. 1. p. 3. rec. Altograd. cons. 6. nu. 70. lib. 1. ex tex. l. si ex maiore. C. de transact.*

11 Quæ conclusio procedit, etiam in casu, quo Ego habeam debitorem Titium in decem ex causa mutui, & ex alia causa in viginti, feci pactum debitori de non petendo ista decem, & generaliter de omni, & toto eo, quod petere possem, vsq; ad præsentem diem, quæritur vtrũ ista generalis remissio extendatur non solum ad decem, sed etiam ad viginti, *Angel. in l. obligatione ff. de pignor. Natta cons. 546. nu. 11. 12.* latè *D. Altograd. contr. 85. num. 33. & seqq.*

12 Sic remissio iurium non includitur in qualibet libera, & generali administratione, tum ab homine, tum a iure concessa, nisi expresse dicatur. *Benell. cons. 33. nu. 48. Altograd. contro. 82. num. 33.*

13 Scientia pro inducenda remissione fideicõmissi debet esse certa, & specifica. *D. Palma dec. Luc. 379. nu. 6.*

14 Remissio pignoris per Procuratorem, quãuis generalem, & omnium bonorum, fieri non potest. *Benell. cons. 33. num. 22. Altograd. sup. Marotta disc. 36. nu. 21. & seqq.* Vbi quod remissio est donatio. *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 3. qu. 110. num. 89. & 90.* Vbi dicit posse remittere, si haberet mandatum generale cum libera, ex *Thes. q. 1. nu. 11. lib. 4.*

15 Creditor restituens suo debitori apocham, seu Instrumentum crediti, censetur remissum debitum, & debitorem liberasse. *l. 2. §. 1. ff. de pactis. l. 3. ff. de liber. legat. l. creditricem. C. de rem. pign. c. Ecclesia. il 2. in fine. Vt lite pend. l seruum filij. §. eum, qui. ff. de leg. 1. Mendoz. de pactis lib. 2. cap. 2. 3. Doctissimus Dom. Pereyade instr. edit. tit. 1. resolut. 3. §. 5. num. 28. 29. Doctissimus Amaya obs. 14. num. 9. lib. 2. Morla in empor. tit. 11. qu. 8. Castill. lib. 2. contr. 23. Salgad. labyr. par. 1. c. 29. ex num. 9. Gait. de cred. c. 4. q. 11. q. 12. nu. 2169. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 3. q. 109. nu. 31. 34. D. Capon. de pactis qu. 10. Thor. vot. 80. à num. 12. Aretin. de fideiuss. §. 65. Treutac inq. var. lib. 3. tit. de solut. res. 18. Farinac. de falsit. q. 153. p. 4. à nu. 88. Osuald. ad Donell. lib. 22. comment. c 6. tit. 4.* Quia qui tradidit Instrumentum, rem tradere videtur. *l. 1. C. de donat.* & hic nihil aliud est rei traditio, quam ipsa liberatio. *l. si mulier. ff. de condict. ob causam. l. si spons. lib §. 1. ff. de iure dot. l. sub prætextu. C. de transact.* late *Menoch. de præs. lib. 3. præs 140. nu. 2. seqq. Thor. vot. d. 80. à num. 12. Pereja de instr. edit. tit. 1. res. 3. §. 5. nu. 28. 29. Nos ad Rouit. cons. 7. num. 1. 2. lib. 3.*

Maximè concurrente lapsu temporis, coniũctione sanguinis, sæpe calculatis rationibus. *Tusc. lit. L. concl. 332. Mascard. concl 982. Sabell. §. solutio. n. 5. seqq.*

16 Amplia 1. Quamuis Instrumentum tradatur non ipsi debitori, sed illi, in cuius generali potestate stat debitor, puta Ecclesia est debitrix, creditor restituit instrumentum Summo Pontifici, nam tunc etiam censetur remissum debitum. *Menoch. d. præs. 140. nu. 5. Nos sup. n 3.*

17 Amplia 2. Quamuis tradatur instrumentum, cuius originale est penes Notarium. *Menoch. Ibid. n. 10.*

18 Amplia 3. Etiam si de eodem credito extarent plura instrumenta, nam tradendo vnum censentur remissum debitum. *Menoch. n. 8.*

19 Amplia 4. Vt procedat etiam è contra, nam si debitor, cui fuit traditum instrumentum illud retro tradat creditori, censetur debitor se posuisse in pristinam obligationem. *Menoch. sup. num. 13.*

20 Am-

20 Ampliatur 5. Vt censeatur remissum, etiam pignus, ac hypoteca *d. l. creditricem. C. de remiss. pignor.*

21 Tota difficultas est, an si sint duo debitores, si instrumentum tradatur Vni, an censeantur ambo liberati, vel vnus, & simul illi donata actio contra alium: Quod censeatur donatum, etiam creditum alterius. *Castill. contro. 23. lib. 2. D. Capon. de pactis. qu. 12.* Quod censeatur non donatum, sed cessum illi, cui traditur instrumētum, ad hoc vt agat contra correum pro sua portione, & creditori restituat. *Rocens de litter. camb. nota 85. lib. 1. & cons. 7. nu. 6.* Sed *Menoch. d. præs. 140. nu. 6.* distinguit, aut ille, cui traditur instrumentum non est aptus ad litigandum, puta mulier, puer, &c. vel creditor diues, & debitor pauper, & tunc procedit opinio *Castilli*, censeri donatum creditum alterius. Aut ille est persona apta ad iudicia, & procedit opinio contraria, hanc distinctionem sequuntur *Mendoza de pactis lib. 2. c. 2. nu. 5. Coler. de process. execut. c. 2. p. 2. nu. 76. Gratian. disc. 90. d. nu. 76. Duaren. in l. 2. ff. de pactis. Osuald. d. lib. 22. c. 6. lit. A. Olea de cess. tit. 1. q. 3. nu. 31. seqq. Nos sup. n. 8. 9.*

22 Ampliatur 6. Si testator legauerit apodixam, vel scripturam, vel librum rationis, nam videtur legere debita, & credita in eis contenta. *Mantica de coniect. lib. 9. tit. 1. num. 9. Osuald. ad Donell. lib. 8. c. 19. lit. E. Faber. lib. 17. coniect. c. 10. Morla in empor. tit. 11. q. 8. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 9. q. 109. nu. 34. D. Capon. d. qu. 10. n. 5. Nos sup. num. 10.*

23 Limitatur tamen prima conclusio, si traditio non est facta à principali creditore, sed a procuratore non habente speciale mandatum, *Menoch. d. præs. 140. n. 14. seqq. Merlin. d. q. 109. nu. 35 Nos sup. nu. 11.*

24 2. Si alia præsumptio quam remissionis posset haberi, puta emptor litigaret cum alio super venditione, venditor traderet illi instrumentum, in quo adest promissio pretij, vt se defenderet cum illo, hoc casu non præsumitur remissio debiti. *Menoch. sup. n. 19.* Vbi ponit alia exempla.

25 3 Si fuit traditum instrumentum non continens ius in re, sed ius ad rem, ex quo ius ei non erat adhuc quæsitum. *Menoch. n. 20.*

26 4. Si non probetur traditum Instrumentum à creditore, vel suo nomine ab alio traditum, quia tunc præsumitur aliunde habuisse sine cōsensu ipsius creditoris, præsertim si debitor est persona domestica. *Menoch. nu. 21. Crauet. cons. 500. Merlin. d. qu. 109. n. 36.*

27 5. Quando Instrumentum modico tempore fuit apud debitorem, contra quem agere cepit Creditor. *Crauet. d. cons. 500. n. 16. Menoch. sup. nu. 23.*

28 6. Vbi creditor habebat pignus, & illud restituit debitori, nam tunc non præsumitur remissum dictum debitum, per *tex. clarum in l. 3. ff. de pactis. Menoch. sup. nu. 24. seqq. Castill. d. contr. 23. num. 3. Amaya obs. 24. lib. 2. Morla d. q. 8. de fideiuss. P. Gregor. syntagm. lib. 21. c. 6. Valentia Illustr. tom. 3. ad l. 1. ff. de leg. 1. nu. 23. Mantica de coniect. lib. 9. tit. 8. num. 5. Connan. lib. 5. comment. c. 4. nu. 2. D. Capon. d. q. 10. nu. 15. Olea de cess. iur. tit. 1. qu. 3. nu. 30.*

29 Sic etiam si fuerit à creditore legatum debitori pignus, nam neq; debitum censetur remissum, nec creditum extinctum, nec actio extincta. *l. 1. §. Iulianus. ff. de liber. legat.* nisi de voluntate in contrarium appareat. *Cyriac. contr. 479. num. 1. Merlin. de pign. lib. 5. tit. 1. q. 17.* rationem differentiæ inter legatam scripturam crediti, & legatum pignus ponit *Menoch. sup. num. 25. seqq.* contra *Fabr. lib. 17. c. 10. coniect.* tenentem contrarium benè respondet *Amaya lib. 2. obs. 14. Salgad. labyr. p. 1. c. 29.*

30 Censetur remissum ius ipsum pignoris, nēpe hypotecam, & obligationem super illo pignore, sed super aliis bonis debitores, post *alios D. Petra in rit. M. C. V. 166. n. 146.*

31 Sic etiam censetur remissa hypoteca, si creditor restituat rem obligatam, per ipsum executam, vt dicit *Neguſ. de pign. p. 6. membr. 3. nu. 20. per text. l. 1 ff. de liber. legat. Mantica de tacit. tit. 31. nu. 36. P. Molfes. in summa de contract. c. 18. tit. de pign. & hyp. num. 86.* Conferunt tradita per *Franch. dec. 708. Morla in empor. p. 1. tit. 11. qu. 8. Molina disp. 337. num. 6. Cait. de credit. c. 4. q. 11. & 12. nu. 2370. Nos sup. nu. 16. seqq. Sabell. §. creditor. nu. 43.*

32 Difficultas non leuis est, si Instrumentum crediti non tradidit creditor debitori, sed reperitur illud cancellatum, an censeatur debitum remissum? Potest casus iste multipliciter accidere. Primus casus est, si instrumentum cancellatum reperiatur penes creditorem, & tunc debitor præsumitur liberatus. *gl. & DD. in l. 2. §. 1. ff. de pactis Menoch. præs. 141. nu. 4. ex l. si chirografum. ff. de probat. l. Fullo. §. vlt. ff. de furt. Gratian. disc. 593. nu. 17. Aretin. de solut. c. 2. §. 3. num. 4.*

Sed receditur ab hac opinione, si adsint in contrarium coniecturæ, quarum aliquas affert *Menoch. sup. nu. 6. Aretin. l. c. 2. §. 3.*

33 2. Quando instrumentum reperitur Cancellatum apud debitorem, & tunc sub distinguendum est, aut debitor est domesticus, & familiaris creditoris, aut aliter suspectus, aut non, primo casu non præsumitur satisfactum, sed illud furto creditori sub tractum, nisi debitor esset bonæ opinionis, & famæ. *Menoch. d. præs. 141. num. 10. seqq. Menoch. decis. 60. num. 7. num. 8.*

34 2. Casu præsumitur satisfactum, vt decisum refert *Franch. dec. 391. Vin. dec. 45. nu. 6. Cattar. dec. 122. nu. 1. Marta voto 104. nu. 11. 12. Vrsill. ad Afflict. dec. 299. in fine. Fusc. sing. 365. Aretin. de solut. c. 2. §. 3. nu. 21. Thor. vot. 80. nu. 11. p. 1. Ripa obs. 181. Rocens delict. camb. nota 85.* Sed neque 2. casu præsumi satisfactum, nisi concurrentibus alijs coniecturis, decisum refert *Xart. decis. 90.* vel creditor potest probare non fuisse solu-

tum,

tum. *D.Capon.d.q.10.n.14.*

35 Vel nisi probetur per debitorem fuisse sibi traditum cancellatum per creditorem, *Menoch. d.præs.141.n.8.*

36 Maximè hodie nostris temporibus, quibus solet vltra consignationem instrumenti originalis cassati, fieri in margine instrumenti in Protocollo Notarij, quietatio, & cassatio prędicta, & in illo continente venditionem annui introitus ad formam bullæ, fieri retrouenditionem, vt probat *P. Affl. contr.49.nu.33.* Qui dicit hodie difficilè esse præsumi debitum satisfactum, per lapsum temporis; ex quo in omnibus instrumentis crediti solet apponi pactum: Quietationem, Cassationem, & retrouenditionem fieri debere per eundem Notarium, qui fecit instrumentum debiti, licet aliás per lapsum 40 annorũ debiti solutio præsumatur. *Larath.cons.65. D.Galeot.contr.14. Affl.dec.isf.13. nu.13.21.22. Medic.cons.131.nu.15. Thes.decis. 179.nu.5. Theodor.alleg.18.nu.19. Roman.cons. 169. R.Capyc.Latr.consult.68. P.Affl.contr.49. nu.31.seqq. Andreol.contr.135. Paitell.dec. Serafin.dec.1137. Caraccìol.dec.19.n.28. Nouar.q. 136.nu.4. Amat.res.53.*

Maximè si debitor sit soluendo, & creditor pauper, & sollicitus in exigendo. *Thom.in comp.dec.p.3.§.solutio, siue recuperatio. Prat. tom.3.disc.8. Carenu res.108. Posth.res.50.*

37 Et si viuente debitore nunquàm fuit petitum. *Merlin.contr.87.nu.12. Caracciol.d.dec.19. nu.29. Monach dec.Flor.2.n.13.*

38 Et ex qualitate, & indigentia Creditoris. *Bertazzol.cons.in l.118.n.13. Andreol.contr.318. nu.13.seqq & contr.57.* Diximus *Nos sup.q.*

& *aRuuit.d.cons.7.nu.23.seqq.lib.3.*

39 3 Quando instrumentum reperitur cancellatum apud Tertium, & sic non præsumitur satisfactio. *Menoch.d.præs.141.nu.18. Aretin.de solut.c.2.§.3.n.10.*

40 4 Quando instrumentum reperitur cancellatum apud Notarium, & tunc si dicatur cancellatum nomine creditoris, cum solemnitatibus à iure requisitis, præsumitur satisfactum. *Menoch.sup n.19.& seqq.*

41 Procedit quamuis esset statutum, vt solutio non possit probari, nisi per instrumentum publicum, nam per hãc cassationem benè probatur. *Menoch.sup.nu.20. Franch.dec.361.*

42 Et non solum statutum, sed etiam pactum valet iuratum, vt solutio probari non possit, nisi per publicas scripturas, vt decisum refert *Vrsill.ad Affl.dec.398. Franch.dec.361.nu.4. Sanfel.dec.185. R.Marin.ad Reuert.dec.435.* vbi decisum refert per R.C. *Merotta disc.24. Nos sup. num.24.*

43 Diximus supra, per restitutionem pignoris non præsumi creditum remissum, sed quid dicendum si creditor consensiat rem sibi obligatam, alienari. Et dicimus debitore vendente rem pignoratam, transferri dominium in emptorem, saluo tamen iure pignoris, *l.2. ff.de pign.l.si dominium.C. eod.l.si debitor.C.de distract. pign.l.reos.C.de remiss.pign.*

Si vero creditor consentiat venditioni, eius hypoteca extinguitur. *l.1 2.4.C.de remiss.pign.l. sicut.§.si venditionis, & §.si voluntate ff.quib.mod. pign. Merlin.de pignor.lib.4.tit.3.q.100.nu.3. Salgad.Labyr.p.3.c.2.num.108. Mangil.de euict.qu. 46.nu.9. Gratian.disc.326.nu.41. disc.750. Giurba cons.12.nu.19. cons.80. Marin.ad Reuert.dec.420. Koppen.dec.39.nu.29. Pacific.de Saluain.insp.3.c. 3.nu.388.& 518. Barbosa in l.1.p.5.n.95. ff.solut. matr. Cyriac.contr.157.344.nu.1. Ludouis.dec.67. nu.8. Rota p.5.rec.dec.328.nu.35.36. Staib.res.5. nu.34. Mangil.de euict.q.46.nu.9. Rota* post *Merlin.de pign.dec.7. Noguerol.alleg.22. nu.15.seqq. alleg.33.nu.8.seqq. Carleual.disp.22.nu.10. Coler. dec.270.nu.223.seqq. Barbos.l.1.p.5. ff.solut.matr. Marenda lib.22.c.45. & lib.24.C.48.nu.130. Tusc.lit.S.concl.135. Christin.dec.168.vol.4. Caualer.dec.528. Bich.dec.124. Strasin.dec.356. nu. 12. Mascard.conclus.173.*

Quod inducitur remissio hypotecæ super re obligata, ob consensum præstitum in alienatione illius rei obligatæ. *Card. Luca de cred.disc. 29.nu.4. disc.34. nu.3. disc 35.nu.6.* siue præcedat, siue subsequatur consensus *d.disc.35. nu. 8. Salgad.Labyr.3.p.c.2.d nu.105. & c.10. idem Carleual.sup.disp.23.n.44.& 56.*

Consensus resultat ex petitione, aut receptione partis pretij. *Card.Luca d.disc.35. num. 5.10.* Quid si creditor recipiat pecuniam, putans debitorem soluere de proprio, non autem tertij. Idẽ *de cred.disc.4. n.8.* Nisi creditor recipiens partem in actu receptionis fuerit protestatus eam recipere saluo iure super dicta re, respectu residui. *Staib.res.180.n.57.58.*

Inducitur remissio seper reuendita ad instantiam creditoris cum receptione pretij, etiam quod res ad debitorem redeat. *Card. Luc. de cred. disc.4.nu.3.* intellige, vt redeat ex causa diuersa, secus si resoluta, vel in effectuata fuerit venditio. *d.disc.4.nu.6.*

Verum remissa hypoteca per creditorem respectu vnius rei obligatæ, cum extenditur ad aliam rem similiter obligatam. *Gratian. & Luca disc.281.n.8. D. Rocca disp.150.nu.11.* maximè quando remissio anterioritatis, seu prælationis fuit restricta ad pretiũ rei hypotecatæ obnoxiæ, in gratiam debitoris, & in fauorem certorum creditorum. *n.14.*

Sic hypotecarius creditor anterior renuncians anterioritati super parte pretij tantum, non dicitur renunciare hypotecę, & iuri pignoris. *D. Rocca sup.nu.1.* Et remanet hypotecarius creditor, licet cedat prælationi. *n.3.*

Verum consentire non dicitur si ignoret rem esse sibi hypotecatam. *Andreol.contr.274.n. 53.& contr.306.n.8.*

Hypoteca censetur remissa ex simplici consensu in bonis diuisis. *D.Palma alleg.278.n.26.*

Et creditor super feudo cum regio assensu potest ad beneficium feudatarij debitoris hy-

pote-

potecæ renunciare, & illam absque assensu retinere. *Affl. dec. 252. R. Marin. ad Reuert. decis. 105. nu. 6. seqq.*

45 Quod procedit, quamuis creditor se subscribat in instrumento venditionis, nisi per subscriptionem sit deceptus. *R. Marin. ad Reuert. decis. 235. Gait. de credit. cap. 4. qu. 11. q. 12. num. 2167. Merlin. sup. num. 30. Andreol. contr. 349. num. 9.*

46 Et si fuerit consensus præstitus ad fauorem vnius creditoris præiudicat consentienti quo ad omnes alios creditores, contra *Surd. decis. 163. num 11.* tenet *D. Hodiern.* ibi *ex pluribus*; Qui limitat in duobus, primo in muliere, quæ licet absolutè consenserit, non se præiudicat quo ad alios; secundo si consentiens sit deceptus, idem dicit *Merlin. d. q. 109. num. 20. seqq.* Sed quod sibi præiudicet tantum quo illum, non quo ad alios. *Cyriac. contr. 344. nu. 5. Rota dec. 373. n. 79. p. 4. rec. Merlin. d. q. 109. n. 18.*

47 Nisi consensiat cum clausula: *Saluo iure sua hypotecæ*, seu *saluo eius pignore*, nam tunc cum extinguitur hypoteca, sed salua manet. *l. si deb to §. si in vēditione ff. quibus mod. pign. Merlin sup. n. 79. Cyriac. contr. 446. nu. 6.*

48 Si verò creditor consensiat cum clausula: *Saluo iure suo*, tunc censetur remissa hypoteca per talem consensum præstitum, alias ad quid deseruiret. *Lanar. consil. 64. nu. 14. 15. Marta clauf. 142. nu. 5. Noguerol. alleg. 22. nu. 20.* Ea ratione quia per talem reseruationem non censetur reseruata hypoteca super re, quæ alienatur, sed consequendi debitum à creditore. *Andreol. contr. 349. nu. 3.*

49 Si verò adsit sola scientia, & patientia creditoris, quod debitor alienet rem sibi hypotecatam, illa non sufficit ad hypotecam amittendam, cum ideò non contradicat, ex quo scit hypotecam suam semper durare penes quemuis sit res hypotecata, per *tex. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mo. is pign. Neguf. de pign. p. 6. membr. 3. nu. 23. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 3. q. 109. nu. 51. seqq. Durā. dec. 268. nu. 8. Marin. ad Reuert. decis. 39. Card. Luca de cred. disc. 29. nu. 5. 6. disc. 35. n. 6. seqq. Andreol. contr. 349. n. 5. 6.*

50 Vel etiam cum sit administrator rerum alienatum, consensit alienationi, nam neque sibi præiudicat, *R. Marin. ad Reuert. dec. 39. 235.* Vel si tamquam Notarius stipuletur instrumentum. *Surd. & Hodiern. dec. 302.* Vel si interueniat, vt testis in instrumento. *R. Marin. ibid. Gaiet. c. 4. quæsit. 11. q. 12. n. 2167.*

51 Excepitis tamen aliquibus casibus. Primo fauore libertatis, nam videns seruum sibi obligatum manumitti, & tunc perdit ius hypotecæ. *l. 1. C. de remiss. pig. 2.* fauore fisci *l. si hypotecat. C. eodem 3.* si creditor tacuerit, animo fraudulento, vt deciperet emptorem *l. si fine ff. ad vel. leian. l. Mulier. C. de distract. pign.* 4. fauore piæ causæ *Bal. in l. 1. C. de remiss. pign. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 31. num. 40. Pacific. de Saluian. c. 5. nu. 60. Euerardin loco à libert. ad pium causam n.*

215. Vbi iudex facit proclamata contra omnes creditores, vt compareant, nam si non comparet sciens pro clamata, perdit hypotecas. *l. si eo tempore. C. de remiss. pign. R. Marcian. disp. 12. nu. 2. Gait. de cred. c. 4. q. 11. q. 12. nu. 2166. Merlin. d. q. 109. nu. 60. seqq.* vbi tota materia, *R. Marin. lib. 1. res. 71. nu. 11. Card. Luca de credit. disc. 29. n. 3. 8 9. Sabell. §. creditor. nu. 8. Staiban. resf. 5. nu. 8.* Vbi sit depositato pretio.

52 Verum non sufficiunt sola proclamata, quando creditor est certus, sed requiritur specialis citatio, alias hypoteca durat. *Fontanell. de Pactis nupt. clauf. 5. gl. 8. p. 8. n. 41. seqq. Salgad. Labyr. p. 1. c. 8. n. 13 seqq. R. Marcian. d. disp. 12. n. 31. 33. Gait. sup. n. 2164. 2165. Merlin. d. qu. 109. num. 57. seqq.*

53 Et si fuerit specialiter citatus, & non comparuerit perdit tātū hypotecā super re, quæ vēditur, nō autē perdit suū creditum, contra *Angnis. consil. 10. nu. 17. seqq. lib. 3.* & alios tenet *Salgad. sup. nu. 15. seqq. Merlin sup.* Omnia ad hanc materiam de venditione facta bonorum debitoris ad instantiam creditorum anteriorum, vel posteriorum, quando hypoteca creditorum censeatur remissa, & extincta videant DD. Lectores scripta per *Nos ad Ronit. consil. 12. lib. 3.* Addimus *Oleam de Cess. Iur. tit. 6. q. 8. nu. 16. &* latius *tit. 4. q. 2. Luca ad Marin. lib. 1. c. 336. Tonnut. lib. 2. q. 32.*

54 Et quod creditor consentiens venditioni rei sibi obligatæ perdat hypotecam, est adeo verum, quod si res illa alienata iterum veniat in posse eiusdem debitoris, vt non reuiuiscat hypoteca semel extincta. *l. fin. C. de remiss. pign. Surd. & Hodiern. dec. 163. Gratian. disc. 38. num. 17. seqq. d. disc. 326. nu. 35.* vbi *Luca*, quamuis fuerunt obligata bona futura. *Merlin. de pign. lib. 4. tit. 3. q. 110. nu. 34. R. Reuert. & Marin. dec. 402. Christin. dec. 152. nu. 10. vol. 4. Rota p. 11. rec. dec. 18. & 113. Andreol. contr. 349. nu. 11.*

Quod reincidet *Neguf. sup. Fr inch. dec. 64. nu. 6. seqq. Merlin. sup. n. 36. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 31. n. 38. Baron. de citat. to. 2. sing. 74.* Videndi *Salg. de reg. prot. p. 2. c. 27. d. n. 43. p. 3. c. 10. d. n. 23.*

55 Quod est intelligendum si res peruenit in posse eiusdem debitoris ex causa dissimili, puta ex causa donationis, dotis, legati, hæreditatis, vel simili, secus in ex eadem causa, velut ex pacto de retrouendendo, ex pacto legis commissoriæ, adiectionis indiem, vel quia res fuit redhibita, nam tunc hypoteca, quæ erat extincta, reuiuiscit. *l. voluntate. ff. quib. mollis pign. vel hypot. Neguf. p. 6. 3 membr. nu. 21. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 31. nu. 62. Magon. dec. flor. 127 n. 18. Franch. dec. 64. num. 6. 8. Milanens. dec. 9. nu. 44. seqq. Rota Rom. dec. 175. n. 9. p. 1. in nouiss. R. Pont. e consf. 92. num. 4. lib. 2. Hodiern. ad Surd. dec. 163. Gaiet. de credit. c. 4. quæsit. 11. q. 12. nu. 2174 seqq. Merlin. d. q. 110. nu. 41. & seqq. R. Marin. ad Reuert. d. dec. 402. Salgad. labyr. p. 1. c. 8. Card. Luca de credit. disc. 34. n. 4. 11.* vbi declarat. & *disc. 35. n. 8. Sabell. §. creditor. n. 7. 8. Nos ad Ro-*

Ronit. dec. 7. n. 44. lib. 3. Giurba. obs. 12. nu. 19. & obs. 80. Merlin. sup. q. 44. n. 11. Card. *Luca de cred. disc. 34. n. 4. 8. Conflict. obs. 144.* Quid vbi redemptio non fiat cum pecunia Tertij, sed debitoris. *d. disc. 34. n. 10. Anarcol. contr. 349. n. 12.*

56 Colensus perimit hypotecam, siue in actu contractus fuerit præstitus, seu ante. *Merlin. de pign. d. q. 109. num. 46.* siue post. Card. *Luca de cred. disc. 35. n. 8.*

57 Consensus creditoris in venditione rei debitoris, quo ad remissionem hypotecæ non sufficit, si ille fuit accomodatus in certam, & determinatam causam, & debitor in aliam causam alienauit, post *Neguf. Merlin. d. q. 110. num. 72. & seqq.* vbi penit plura exempla, diuersarum causarum.

58 Nec sufficit quando consensus creditoris fuit limitatus, vt vendere posset debitor, sinè tamen præiudicio suæ hypotecæ *l. si debitor §. in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 31. num. 46. Barbos. in l. 1. p. 5. num. 64. ff. solut. matrim. Merlin. sup. num. 78. 79.*

59 Vel quando consensus fuit accommodatus sub certa alia forma, puta inuestiendi pretium illius rei venditæ. *Rota decis. 324. num. 3. p. 2. rec. Merlin. sup. num. 80. Rota post illum decis. 7. num. 4. 5.* Et cum clausula: *non alias, nec alio modo,* quæ inducit formam. *Caputaq. dec. 81. nu. 4. p. 3. Rota decis. 446. num. 5. p. 1. diuers. & decis. 115. nu. 6. & dec. 619. nu. 2. p. 1. in rec. & dec. 286. nu. 2. & dec. 570. n. 40. p. 2.*

60 Idem si alienatio facta à debitore de consensu creditoris, nulla redderetur. *l. si debitor 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu.* post *Dec. Neguf. Mantic. Merlin. sup. num. 81. 82. 83.* vbi *num. 84.* dicit in pupillo creditore consentiente, & *num. 85.*

61 Vel si non consensit creditor, sed eius procurator, sine speciali mandato. *Merlin. sup. n. 86. seqq.* Vbi secus si esset procurator generalis cũ libera.

62 Vel in filio fam. vel seruo. *l. sicut. §. an pacisci. ff. quib. modis pign. vel hyp.* post *Neguf. Merlin. sup. nu. 92. 93.*

63 Vel si non sit sequuta alienatio, nam consensus est datus in alienatione, secus si non fiat alienatio. *l. sicut. §. si voluntate. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu.* Mantica *de tacit. lib. 11. tit. 31. n. 51.* Merlin. *sup. nu. 94.* vbi *num. 95.* quamuis secuta sit alienatio, sed ficta, & simulata, & *n. 96.*

64 Vel si consensus creditoris sit limitatus respectu temporis, nam adsit consensus venditionis infrà annum, vel biennium, & fiat post, non remittitur hypoteca. *Neguf. p. 6. membr. 3. nu. 52. Merlin. sup. nu. 97.*

65 Vel si antequam venditio sequatur, mutet voluntatem creditor, & reuocet consensum. *Aretin. in l. qui Roma. §. cohæredes. ff. de verb. obligat.* sed contra *Mantica de tacit. lib. 11. tit. 31. nu. 57. Merlin. sup nu. 98.*

66 Sed opinio *Mantica* potest esse vera dummodo consensus non esset præstitus in actu reuocabili, ad tradita *d. Rim. iun. cons. 343. num. 38. Fusar. de substit. q. 719. n. 8.* Et dummodo absens non extitisset is, ad cuius fauorem emanauit consensus, quia ante acceptationem non est perfectè ius quæsitum. *Peregr. de fideicom. q. 8. nu. 50. & 515. Fusar. d. q. 719. n. 18.*

67 Vel in hypoteca, ac Iure conditionali super eo posita, & existente, vt in legatis, vel fideicommisso nondum purificato, & in alienante pendente conditione. *Dec. cons. 105. nu. 22. lib. 3. Pacific. de Saluian. insp. 5. c. 1. num. 71. 74.* Sed cõtra sunt *Fusar. q. 560.* Sed explicant *Fusar. ibid. nu. 8. 31. Surd. cons. 70. nu. 4. seqq. Peregr. art. 40. n. 86. seqq.*

68 Vel si creditor consentiat super corpore, vel re certa, nam non censentur remittere hypotecam in aliis. *l. 2. l. fin. C. de remiss. pign. l. si debitor. §. 1. l. sicut. §. voluntate. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu. Gratian. disc. 292. nu. 9. 21. Rota dec. 300 num. 3. p. 1. rec.* Quæ conclusio procedit, etiam si concurrat iuramentum, & generalis renunciatio. *Gratian. sup. num. 10. 11. Merlin. sup. num. 102. 103.*

69 Vel si licentia fuit concessa debitori, sed ipse desijt possidere, & tertius possessor vendidit, respectu vtriq; emptoris, & venditoris consensus locum non habet *l. sicut. 8. §. si debitor. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu.* & ibi *gl. Neguf. p. 6. membr. 3. nu. 32. in fine. Merlin. d. q. 110. n. 104.*

Creditor, an, & quando possit cogi hypotecam remittere. *Cyriac. contr. 373.*

70 Sed id, quod diximus, quod creditor consensiens venditioni rei sibi obligatæ perdat ius suum super illa re, an procedat in muliere, quoties ex consensu, sine expressa renunciatione per ipsam facta de hypoteca, quam habet super bonis pro dotis restitutione obligata, indotata remanet? DD. non conueniunt, nam aliqui tenent quod ex tali consensu sibi præiudicet, alii non, quod talis renunciatio sit species fideiussionis, & sic gaudeat *Velleiano*, sed *Nobis* semper placuit prima opinio, quod sibi præiudicet, nam talis consensus non est fideiussio post *P. Affl. contr. 5.* & alios *DD.* citat per *Nos sup. in obs. ad d. cons. 7. Ronit. nu. 46. & seqq.* Card. *Luca de credit. disc. 29. nu. 4. disc. 34. nu. 3. disc. 39. n. 6.*

71 Verum ipsi mulieri ex aliis posset consuli, si nempè ex tali renunciatione resultet enormissima læsio, nam stante læsione rescinderetur talis renunciatio. *Cancer. var. p. 3. c. 15. nu. 110. Merlin. de pignor. d. q. 18. lib. 2. tit. 1. nu. 68. 69. D. Hodiern. contr. 21. num. 23. Luca ad Francb. dec. 84. Nos sup. n. 49.*

72 Et licet, vt diximus, quod creditor consensiens alienationi rei sibi hypotecatæ, operetur remissionem hypotecæ, non tamen operatur remissionem crediti. *l. post quam. ff. de pactis. Neguf. de pign. p. 6. membr. 3. nu. 11. 14. 37. Dec. in l. creditor. 119. ff. de reg. iur. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 4. qu. 110. n. 105.*

73 Sic etiam consensiens alienationi bonorũ

de

debitoris, ad fauorem aliorum creditorum, operatur remissionem proprii Iuris competẽtis tempore præstiti consensus, sed non iuris, quod tunc temporis non competebat, & exercibile non erat, sed postea superuenit. *Rota p. 11 rec. dec. 217. n. 24. & seqq.*

74 Quod procedit, siue præcedat, siue subsequatur, per ratihabitione, *Card. Luca d. disc. 35. num. 8.*

75 Amplia vt remissio inducatur etiam pro credito postea superuento. *Idem Card. de credito. disc. 34. nu. 13.*

76 Intellige conclusionem si redemptio non fiat cum pecunia Tertii, sed debitoris. *Idem Card. de credit. disc. 34. n. 10.*

77 Quis liberatur ab obligatione soluendi pretium ratione rei, si eam dimittat volente creditore. *Salgad. labyr. p. 3. c. 2. Olea de ceff. iur. tit. 1 qu. 1. à nu. 50.*

78 Liberatio contingit ex qualibet satisfactione admissa à creditore, & si effectus solutionis ex ea non sequatur. *Salgad. labyr. p. 3. c. 2. à nu. 31.*

79 Remissio debitiri potest fieri per creditorẽ, etiam in præiudicium sui creditoris hypotecarii, supposita bona fide. *Cancer. var. lib. 3. c. 1. nu. 326. D. Tristany dec. 8. nu. 27. Capon. discept. 100. tom 2.*

80 Liberatio generalis facta cum clausulis amplissimis, suffragatur quo ad omnia in genere cogitata, licet non expressa. *l. qui iure militari. ff. de testam. milit. Duran. dec. 362. nu. 5. seqq. Vrceol. consul. 99. nu. 19. seqq. Rota p. 9. rec. dec. 247. num. 16. seqq. & dec. 357. d. p. 9. & par. 10. dec. 144. Sabell. §. quietatio. §. transactio. num. 8. Surd. dec. 217. & 176.* & ibi *Hodiern.*

81 Liberatio cum clausula: *Cuiuscumq; generis, & speciei sit, ad quamcumq; summam ascendat, ex quocumq; capite, & occasione*, extenditur ad omnia, etiam in correspectiuis, ità vt non possit allegari læsio, quamuumuis enormissima. *Alex. cons. 105. nu. 3. lib. 6. Duran. dec. 362. nu. 14. seqq.* Vbi limitat quando fuit per dolum extorta, & in fauorem illius, cui aliquid per dolum adest, & *nu. 16.* quando remittens taliter ignorabat factum, quod si sciuisset, verisimiliter nõ liberasset, & *num. 17.* Quando importet donationem ob causam finalem, quæ non sit vera, sed falsa, & erronea, *Vrceol. d. c. 99. vol. 2. Rota p. 9. rec. dec. 247. nu. 14. seqq. & dec. 357. Sabell. §. liberatio. nu. 2.*

82 Liberatio generalis, quando præcessit petitio, & prosequutio pariter generalis, comprehendit omnia, exceptis iis, quæ dolo essent occultata, & quæ Iure dominii vindicari possent, & si sit facta à patre non præiudicat quo ad res, & bona filiorum. Sed quando petitio, & prosequutio fuit specialis; restringitur liberatio, licet generalis, ad rem petitam tantum, vel iuxta causam expressam, & ad rem, de qua agebatur, vna cum illius accessoriis, appendicibus, & cõnexis, nisi ex obseruantia subsequuta per multum tempus aliter appareat, vt quia nil vlterius fuerit petitum, vel nisi fuerint aliqua reseruata, quia tunc reliqua non excepta, nec reseruata comprehenduntur. *Affl. dec. 319. nu. 5. seqq. Menoch. lib. 3. præs. 151. nu. 2. seqq. Vrceol. d. c. 99. Rota p. 9 rec. dec. 247 n. 29. seqq. & dec. 357. & p. 10. dec. 144. Sabell. sup. n. 3.*

83 Liberatio facta verbis vniuersalibus, & amplissimis, quæ salua ratione recti sermonis restringi non possunt solum ad rem petitam, & de qua erat controuersia, vt quando fuit dictũ ex quacumq, causa, vel occasione cuiuscumq; debiti, comprehendit omnia, & non restringitur ad causam expressam, cum in dubio non sit recedendum à generalitate verborum, & sic extenditur etiam ad ea, quæ in genere tantum fuerunt cogitata, quando fuit ità expressum, vnde patet cauendum esse à sermone nimis effuso, quo liberantes, & renunciantes iuribus suis incidunt in periculum sibi præiudicandi plusquam cogitauerunt. *Afflict. dec. 319. Menoch. lib. 3. præs. 151. num. 17. seqq. Marta vot. Pis. 223. nu. 10. seqq. Ger. Spin. cons. 18. n. 19. seqq. Altograd. cons. 68. nu. 68. lib. 1. Surd. dec. 217. nu. 9 seqq. Sperell. dec. 29. nu. 5. seqq. Vrceol. d. c. 99. Rota p. 9. rec. dec. 247. 357. & par. 10. dec. 144. Sabell. sup. nu. 4. & §. quietatio. nu. 1.*

84 Quod liberatio plena, & generalis restringatur semper ad speciem contractus, de quo agitur, & non vltra. *Gratian. disc. 292. n. 15. seqq.*

85 Quod liberatio generalis ex certa causa non comprehendat aliam causam, & quando secus. *Tusc. lit. L. concl. 326. Vrceol. d. consult. 99. vol. 2. Rota post eundem Vrceol. de transact. decis. 27. Rota p. 16. rec. dec. 351. Sabell. §. transactio. nu. 8.*

86 Liberatio quamuis generalis non suffragatur quando ille, in cuius fauorem facta fuit habebat explicitam scientiam eorum, quibus renunciatur, sed dolo non expressit, timens forte futurum, quod non fieret liberatio, si exprimeretur. *Crauet. cons. 192. nu. 13. seqq. Cancer. var. lib. 1. c. 15. nu. 152. seqq. Duran. dec. 362. nu. 6. & 7.* vbi alia *nu. 10.* Vt non extendatur ad dolosè commissa. Et dolus futurus non potest remitti nisi consistat tantum in omittendo. *D. Crespi obser. 98. par. 2.*

87 Liberatio generalis quamtumuis amplissima restringitur, aut ampliatur ex causis expressis in præfatione, ex quibus vti finalibus dignoscitur mens contrahentium. *Surd. dec. 217. Menoch. lib. 3 d. præs. 151. nu. 8. seqq. Duran. d. dec. 362. nu. 8. Vrceol. d. consult. 99. vol. 2. Rota par. 16. rec. dec. 351.*

88 Quod liberationis causa, vel ratione cessante, cesset, & ipsa liberatio, & sic quantumcumq; sit per ampla, & prægnantia verba concepta, si illius causa non possit ex proprietate sermonis adaptari ad aliquam speciem debiti, illam non comprehendit. *Tiraq. tract. cessante causa verb. liberationis n. 179. Vrceol. sup.*

89 Quod liberatio generalis, per verba generalia, & prægnantia ab vno alteri facta, putà omnium rerum, quas ille ipsi quacumq; ex causa de-

debuisset, à debitis etiam ignoratis debitorem regulariter tutum reddit. *Surd.conf.267. nu.13. 14.lib.2.& der.176.nu.1.& seqq. ar dec.217.nu. 9.seqq.Serafin.der.317.nu.3.p.1.Honded.conf.49 nu.9.l.b.1.Tusc.lit.L.concl.326. à n.91. Farinac. dec.Posth.p.2.dec.409.n.3.*

90 Non solum à debitis similibus ei, de quo principaliter agitur, sed etiam longè maioribus, existentibus illis verbis: quacumq; ex causa, *Natta conf.410.num.7.lib.2. Curtius iun. conf.191. num 21.lib.3 Hond d.conf 49. num.11.seq.* post mille *Castill quotid.lib 4.c.42.ex n.33.*

91 Sed non potest extendi, nec extenditur ad debitum ei spectans per hæreditatem nondum aditam, nam tale creditum quæritur aditione hæreditatis *l.cum heredes 23.ff de arquir. hared.* Immo liberatio quantumuis generalis, nihil operatur quo ad ignorata, & multò minus ad debita non dum quæsita, ex *textibus vlaris.l.tres fratres 35.& l.cum emptor.47. §.Lucius.ff.de pactis. l.cum Aquiliana 5.l qui tutor but 9.in princ. & §.1.ff.de transact.l.si de certa 31.C.eod.l.mater decedens 19.vers.caterum. ff de inoffic.testam.l.fin. §.idem ff de rondict.indeb. l.Lucius Titius 12 in fine, & l. Aurelio 20.§. Caius,* vbi *Bart.& alij.ff.de liberat.legat.l.qui Roma 122. § vlt.iun.Cagl.* vbi *Bart.num.4.l fun. & 47. Ripa num.10.12.ff.de verb.oblgat. Mascard. de probat concluj.1252. Filiu in Margarit.ver.conclus.verb.quietatio.Tiber.in comp.dec. verb.quietatio,Rota p.10. dec.143.* Vbi quando referatur etiam ad debita futura, habentia tamē causam de præsenti.

92 Et in terminis huiusmodi generalium liberationum, transactionum, & aliarum dispositionum, vltra *sup. citatos.* dicunt *Dyn. Muzel. conf.28.Guid.P pa dec.228. Capra concl.12.nu. 3.Natta conf.546.nu.14.seqq.lib.3. Tiraq.tract. cessa te causa p.1.nu.146. Gabriel.concl.f. tit.de regul.iur.concl.4.num.21.seqq. Surd.dec.217.nu. 1.seqq.& nu.15.& conf.418.d nu.7.lib.4. Escob. de rat ocin.c.4.d num.5.& 20. Guttier.de iuram. p.1.c.61.num.21. Serafin. de priuil.iuram. priuil. 74.num.139.& priuil.119.nu.1. Tusc.d.concl. 326. num.21.22.43.45. & 66. & tom.2. lit.C. concl.754 Gratian.disc.134.nu.vlt. & disc.737. nu.11.seqq.Fab.in C.lib.2.de transact. defin.6 & 12.Farinac.dec.nouiss.tom.1.dec.549.num.3.* post *alios Castill. lib.4.cap.41.num.72.73.& cap.42. ex nu.2.ad 32.& à nu.49. & l b.5. tom.6.c.116. Diodorus Tuldenus de Iurisprud. ex temp. lib.2. c.19.vers.connentiones.* optime *Doctiss. D.Vela diss.11.8.nu.6.*

93 Liberatio facta, & solidatio inter socios, quantumq;generalis non comprehendit negotium diuersum, ac separatum. *Escob.de ratiocin. a.40.nu.21.seqq. Bich.dec.177. Rota post Vrceol. de transact.dec.27.Rota p.16.rer.dec.351.*

94 Liberatio quantumuis amplissima facta Administratori, potest quandocumq; reuocari, quando administrator ostentauit bonam administrationem fingendo conscientiam timidam, & assecurando de bona, cum mala esset. *l.si quis affirmauit ff.de dolo. Crauet.conf.192. nu.14. Duran.q.dec.362. num.9. Sabell.§.Tutor. num.21.seqq.*

95 Sic liberatio obtempta non operatur quando vere ratio non fuit reddita, per exhibitionem partitarum, calculationum diligentem, & restitutionem reliquorum. *R.ta p.9.rec.dec. 436. Mascard.concl.1256.*

96 Liberatio generalis non comprehendit ea, quæ iure dominii vindicari possunt. *l. Aurelius, §. Mauia.ff.de lib.legat. Menoch.d.præsump.151. num.5.*

97 Idem in liberatione facta per viam legati. *Idem Menoch.l b.4.præs.164.num.12.seqq. Altograd.conf.68.num.58.lib.1.* Vbi amplia etiam si esset clausula: *pro omni,& toto eo,&c.Sperell. dec.20.nu.3.seqq.*

98 Liberatio à molestiis promissa verbis exuberantibus semper deberur, etiam si agatur cum fideiussoribus dictam liberationem promittentibus, vigente tamen eadem causa promissionis, nec restringitur ad aliquod tempus. *Rota p.11.rer.dec.77.*

99 Et debetur dicta liberatio à molestiis absq; vlla discussione veritatis, & qualitatis illarum, quia sic obligatus debet de illarum exceptionibus agere contra molestantes, non contra molestatos, cum sufficiat molestias de facto esse illatas, non attento, an iustæ, vel iniustæ sint, ad effectum consequendi liberationem promissam. *Rota p.18.rec.dec.572.*

100 Sed quando qui liberationem à molestiis promisit, litem in se suscepit, & illam defendit, non potest interim aliud à molestato prætendi, quia sic satisfacit promissæ liberationi, nec ideo molestatus transigere potest cum molestante, & transigendo non habet actionem ex stipulatu contra promittentem, qui fuit satisfecit obligationi, assumendo in se litem, & causam defendendo, *vt Ias.* Sed exceptione doli remouetur, cum sit factum voluntarium, & culposum, ad quod liberationem promittens, non obligatur. *Costa de fact.i.nt. & ignor. rent.1.dist.48.Valeron.de tr.nsact.tit.5 q.5. num. 38. Rota par.18. rec.dec.626. Sabell. §.liberatio. num.14.*

101 Consensus ex sola præsentia creditoris, alienationi, non dicitur ad effectum, vt dicatur remissa hypoteca, *Merlin.de pign.lib.4. tit.3. q.110.n.51.seqq.& lib.2.q.88 n.45. seqq.ex l.sicut 8.§.non videtur ff.quib.mod.pign. vel hyp.solu.* ea ratione quia sciebat ius fuum esse sibi saluū. *Menoch.lib.6.præs.99. n.21.Christin.dec.168.vol. 4.Gait.credit.c.4.q.12.nu.2162.& seqq.* Vbi latè de hac materia *Andreol.contr.349.num.5.6. Fab. in C.de fin.2. C.de rem ss.pign. R.Marin. ad Reuert.dec.39.num.3.4. Mantica de tacit.lib.11.tit. 31.nu.37. Barbos.in l.quadotis 34.nom.160.ff.solut.matr.* vbi *nu.163.* dixtinguit *Surd.dec.302.nu. 6.Rota dec.788.nu.14.p.1.diuers. Duran.dec.268. nu.8. Pacific.de Salutan.insp.3.c.5.nu.93.seqq.* vbi nu.

nu.60. limitat quando longa, & diuturna concurreret patientia. *Cyriac. contr.425. nu.77.78. Ann. Robert. rerum in .tt.p.4.cap.14.*

102 Verum consensus etiam tacitus sufficit, quando res non requirit esse debere expressum. *Merlin. sup.nu.56.* vt in proclamate facto contra omnes creditores. *n.57.58.*

103 Præsentia sola quandoque præiudicat, vt *Neguf. p.6. membr. 3. nu.22. Gait. de credit. c.4. n. 2160.* Primus est, vt diximus in creditore consentiente. *sup. num.* fauore libertatis. *l.1. C. de rem ff. pign.* vbi *gl. & Bal. Maut ca de tacit. lib.11. tit.31. nu.39. Pacific. d.c.5. num.63. Merlin. sup. num.60.*

104 2. Fauore Religionis, vel Piæ causæ. *auth. si seruus, C. de Epis. & Cler. c. si seruus. dextinct. 54. Mantica sup. num.40. Pacific. num.60. Merlin. n.61.62.* Vbi de rigore nó, sed sic de æquitate, *Euerard. in topic. de libert. ad piam causam, nu. 12.* Vel libertatis, *l.1. C. de rem ff. pign.* Vbi *gl. Mantica de tac. t. lib.11. tit.31. nu.39. Pacific. de Salutan. c.5. nu.63. Merlin. sup. n.60. & lib.2. q.88.*

105 3. Fauore Fisci. *l. si hypotecas, C. de remiss. pign. Neguf. d.p.6. m.3. nu 25. Peregr. de iure fisci, lib.6. tit.4. num.24. Surd. dec.302. nu.8. Mantica de tacit. lib.11. tit.31. nu.41. Merlin sup. num.66. 67.* Vbi *num.68.* & bene limitat in creditore ignorante alienationem.

106 3 Fauore pupillorum, *Felin. in c. nonne, nu.7. de præsumpt. Pacific. in sup.3. c.5. nu.61. Merlin. sup. n.69.*

107 4. Vbicumque creditor præsens tacuerit animo decipiendi, nam tunc sibi præiudicat in hypoteca in pœnam animi decipiendi, & doli præstiti, *l. si fine, ff. ad Velleian. l. mulier, 11. ff. de distract. pign. Neguf. p.6. memb.3. n.25. Barbos. in l. qua dotis, nu.161. sequ. ff. solut. matrim. Merlin. sup. num.70. & qu.63. lib.2. & qu.18. d. lib.4.*

108 Creditor liberans vnum ex fideiussoribus, sibi non præiudicat quo ad alios insolidum obligatos, itaut possit solidum ab illis consequi, si renunciauerit omnibus beneficiis fideiussorum, *Franch. dec.476.* vbi etiam *Luca, Sabell. §. fideiussor, nu.23. & resol.30. nu.28. Menoch. lib.4 præs.164. Sabell. §. tutor. nu.15. §. lega. tum, n.59. Sperell. dec.29. n.8. & seqq.*

109 Verum creditor non potest liberare vnum ex pluribus fideiussoribus simul obligatis, cum vnusquisque aliorum etiam contemplatione intelligatur se obligasse, ac, vt mutuum, siue communicabile inter eos esset periculum, & non aliter, *Franch. dec.55. Scrafin. dec.865. Mant. de fideiuss. sect.6. c.5. nu.26. Salgad. labyr. p.2. cap. 15. nn.18.19.* Ideò si liberauerit, sibi tantum, & non alijs fideiussoribus præiudicabit, *Sabel. §. creditor, n.37.*

110 Creditor liberans vnum ex debitoribus, siue correum, vel socium, vel insolidum obligatum, sibi non præiudicat quo ad portiones alijs tangentes, nisi sequatur satisfactio, *Gratian. disc.86. nu.33. seqq. Surd. dec.270. Affl. dec. 319. nu.13. Franch. dec.474. Idem Gratian. disc. 966. nu.11. & seqq. Tusc. lit. L. concl.300. Olea de cess. iur. tit.5. qu.2. nu.43 seqq. Sabell. nu.28. Cyriac. contr.213. nu.8.9. contr.280. num.10. seqq.* Vbi quod liberatio supponit præcedentem administrationem, Et facta cum clausula; omni meliori modo, vel mediante Aquiliana stipulatione, vni correo debendi, & non per viam transactionis liberat etiam alios, *Gratian. sup. d. s.966. nu.11. & seq.* Et facta vni tutori, qui prius erat conueniendus, liberat alios, *Sabell. §. liberatio, nu.16. Rota dec.178. num.14. seqq. p.9.* Vbi in censu, quod liberato fundo, ad fauorem illius domini, saluis iuribus contra alios obligatos, census non remanet extinctus, sed sustinetur contra alios, tanquam super fundo alieno de consensu domini.

111 Liberatio facta vni tutori vel administratori non prodest alijs. *Gratian. disc.86. nu 33. & seqq. ex l.1. vbi gl. & DD. C. de transact. Rota p. 9. rec. dec.368. n.32. seqq.* Et de omni transactione, vt prò sit tantum transigentibus, & non alijs. *Vrceol. de transf. q.73. nu.26.28. & q.100. nu. 31. & seqq.* Vbi quando prosit alijs.

112 Facta liberatio vni ex pluribus reis debendi quid dicendū, *Gratian. sup. Tusc. lit. L. conclus. 300.5. Sabell. §. transactio n.15. Affl. dec.319. n.13. Franch. dec.476. idem Grat. an. disc.966. nu.11. & seqq. Bich. dec.631. nu.15.* vbi sic, facta liberatio, seu cessio extinctiua.

113 Prodest liberatio illius, contra quem pro parte erant cedendæ actiones. *Surd. cons.270. Mouton. de tac. c.39. n.127.*

114 Quod liberatio facta ob vno ex correis credendi perimat obligationem, etiam respectu alterius. *l.2. ff. de duob. reis.* vbi *Knichegal. nu.97. Bich. dec.367. nu.9. & seqq.*

115 Liberatio legata Tutori, vel Administratori filiorum, & facta principali prodest fideiussori, *Menoch. lib.4. præs.164. Sabell. §. tutela. nu.15. §. legatum. n.59.*

116 Liberatio legata à molestijs, vt scil. legatarius debeat liberari ab omnibus molestijs, quid importet. *Rota p.9. rec. dec.148. & 247.357. & p.10. dec.144.* Vbi quando possit referri etiam ad debita futura, habentia tamen causam de præsenti.

117 Liberatio legata tutori non continet solutionem reliquatus, nisi sit dictum, nec id, quod potest vindicari ab eo, sicut à quolibet extraneo. *Sperell. dec.2. n.8. seqq. Tusc. lit. L. concl. 328. lit. T. concl.457. Angelis de confess. lib.2. q.15.*

118 Tutor liberatus à testatore de reddenda ratione tutelæ, non est omnino exemptus, sed tantum à stricta, & scrupulosa quadam redditione; nam nihilominus tenetur restituere omnia penes se existentia, & quæ dolo desijt possidere, vel consumpsit, non obstante etiam legato omnium, quæ ex huiusmodi redditione tutorem contingerit remanere debitorem, quia tale legatum non extenditur ad dolosè commissa, & dolus futurus remitti non po-

potest *Borgn.de tut.nu.207. Alex. cons.62. lib.4. Ludouis.d.c.187.num.11.12.Vin.opin.106. Montan.de tut.c.38.nu.10. & seqq.c.39. num.47. 51. seqq. D.Crespi obs.98.p.2.Merend.cōtr.lib.8.c.10. Rota p.11.rec.dec.67.num.5. Gasp.Mansius decis. Palat.q.43.*

Nisi testator dixerit, quod redditis rationibus, quidquid apparebit esse debitorem, id ei iure legati sit relictum, quia tunc esset liberatus, etiam si quid dolo commiserit. *Angelis de confess.lib.2.c.15.num.7. & seqq.* de quo dubitat *Sabell.§.tutela.num.15. Mansius sup.nu.12.*

119 Quod stante dicta liberatione non possit tutor citra dolum conueniri, nec condemnari, & standum sit partitis in suo libro scriptis, donec contrarium probetur. *Rota p.2.rec.dec.762.num.8.p.3.dec.331.n.1.seqq.& p.4.dec.409.nu.2.seqq.p.10.dec.323.nu.6.p.11.dec.165 num.17. & p.14.decis.112.num.5.seqq.Sabell. d.§.tutela num.5.*

120 Tutor si verè rationem non reddiderit, cuncta diligenter dispungendo, & restituendo, non iuuatur liberatione, vel quietatione, licet iurata sibi à minore facta, etiam cum decreto iudicis, & consensu consanguineorum. *Gratian.disc.563.nu.39.seqq.761. C. . ler. decis.225.Menoch.de arbitr.cas.209. nu.37. seqq. Montan.de tut.c.38.nu.4.seqq.& num.118.seqq.vsque ad n.189.Thomas.de tut. & curat. decad.3.tract.10.tit.34.nu.19 fol.1060.Christin.dec.191.nu.11. dec.162.& seqq.vol.3.Angelis de confess.lib.2.q.13. Merlin.dec.603.Farinac.cons.96.*

121 Creditor negligens in exigendo à debitore principali sibi præiudicat quo ad fideiussores. *Maur.de fid. iuss.p.2.sect.8. c.42. & sect.10. §.17.23.Magon.dec.Flor.30.Rouit. dec.43.* Vbi nostra *addit.Ger.Span.cons.39.nu.13. seqq. Merlin.de pignor.lib.5.qu.57.Sabell.§.fideiussor,n.42.* Dicemus *q.seq.*

122 Creditor sortis, interesse, pœnæ, & aliorum accessoriorum, recipiendo sortem, videtur remittere dicta alia, debita officio iudicis, secus iure actionis, & principaliter, *Gratian. disc.244.num.33.240.num.25.c.33.nu.13.c.130 num.33.c.143.num.17.c.455.nu.26.c.857.nu 5. & 18.Tusc.lit.I concl.305.306. Staiban.de interess.lib.1.qu.23.& lib.2.tit.3.Magon dec. Flor. 42.R.Marin.ad Reuert.dec.443.num.3.Theodor alleg.69.num.5.Dexart. dec.45.* post mille *Nos ad Rouit.cons.36.num.11.seqq.lib.1.* Vbi totam materiam *quem* videant DD. Lectores. *Sabell.§. interesse, nu.30.Gait.de credit.c.3. tit.1.nu.56.& seqq.Ludouis.dec.93.* & ibi *Addit.Rotæ p.16.rec. dec.245.& p.17.dec.127.num.13. seqq. Angelis de confess.lib.1.qu.11.num.51. Rouit. dec.9.* vbi nostra *addit.Marin.res.198.lib.1.* vbi *Rodoer.& Luco.* Secus quo ad Fiscum, *Marin.ad Ren.sup.* Et secus cum protestatione, *Dexart. dec.50. Nos sup.*

123 Creditor coactus recipere particulares solutiones censetur remisisse damna, & interesse, ob id, sibi causata, *Surd.dec.345.*& ibi *Hodierna,& dec.69.n.6.*

124 Creditor petens certam summam in iudicio, absque aliqua conditione taxatiua, non videtur fateri sibi plus non deberi, & non sibi præiudicat ad reliquum, de iure debitum petendum, *Rota in nouiss p.7.dec.45.n.22. Duran.dec.419.nu.8. Altograd.cons.24.nu.43. lib.1. Barbos.de claus.claus.1. 8.num.5. Tusc.lit.C.conclus.1061.num.5. Christin.d.c.157.nu.11. vol.2. Leoncill.dec.63.n.7. Olea de cess.iur. tit.5.q.11.in miscell.n.34.seqq.* Vbi limitat nisi petat, vel accipiat pro residuo. Et quid pro residuo accipiat à fideiussore, an possit fideiussor totum repetere à debitore, vel si sit creditor ex pluribus causis, nempè iure proprio, & cesso, an petitio, vel acceptio, pro residuo, referatur ad omnia, *ibid. Sansel.in praxi sect.34.Sabell.d. §.creditor, n.48.*

125 Creditor recipiendo fructus ex pignore, tenetur eos in sortem imputare, & sic extinguit sortem principalem, nisi compensentur cum vsuris ex mora debitis, vel cum expensis in illa factis, intelligendo quando fructus huiusmodi recipiunt fictionem in genere suo, cū sorte, & alias secus. *Gait.de credit.c.4. qu.8. nu.979.& seqq.Sabell.§ fructus,nu.8.seqq. Merlin. de pign.lib.5.tit.1.qu.45. Tusc.lit.F. concl.506. & lit.P.concl.534.Pacific.de Saluian.insp.4.c.1. Diana resol.moral.p.11.tract.7. res.36.Fagund.de instit & contract.lib.7.c.7.*

126 Non tamen fructus percepti ex pignore per creditorem extenuent sortem, quando bona fuerunt obligata pro illorum æquiualenti, ita vt non adsit spes luitionis, cum tunc habeantur pro derelictis, & pleno iure spectent ad creditorem, qui propterea facit fructus suos, tanquam ex propria re perceptos, *Gratian.disc.422.num.14.15.disc.986.num.11.Gait. de credit c.4.n.1097.Merlin.d.q.45. nu 73. seqq. Tusc.d.conclus.506.nu.12. Rota p. . rec.dec.46.n.7.& p.18.dec.228.* vbi de muliere retinente bona viri pro dote, vt ei non imputentur fructus, & *dec.508.nu.17.*

Sed huic communi sententiæ repugnat vsus communis iudiciorum, maxime vbi non constat de mente debitoris, quod habuerit rem pro derelicta, *Rota post Postb.de subhast.dec.2.3. Leotard.de vsur.qu.12.* Nisi adsint coniecturæ translationis dominii in creditorem, *Merlin. d. qu.45.nu.76.77.* Sic non imputat, si accipiet in emptionem, *Diana p.11.tract.7.res.20. Sabell. §.venditio,n.56.*

Quando fructus percepti ex pignore, dato pro dote soluenda, non computentur in sortem, latè *Guttier. in praxi qu.61.* vbi explicat *text.c.salubriter,tit.de vsuris.*

127 Filii consentientes donationi bonorum fideicommissariorum, viuente patre factæ, quo tempore nullum ius habebant super bonis donatis, non dicuntur ipsi alienasse bona fideicōmisso subiecta, sed tantum renunciasse spei succedendi in bonis donatis, eueniente casu puri-

fica-

ficationis fideicommiſſi conditionalis, quæ remiſſio non eſt alienatio. *l.ſi ſponſus. §.ſi maritus ff.de donat.inter. Rota dec.13.nu.11.ſeqq. p.6.rec. D.Card.Cerro dec.479.n.5.*

128 Sic hæres grauatus conſentiendo donationi bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, & in eo iam purificatorum dicitur vere, & realiter alienaſſe. *Bald.in l.ſi liqueat. nu.2. C.de inaffic.donat.D.Cerro d.dec.179.n.8.*

129 Sed Remiſſio facta per vocatos ad fideicommiſſum non impedit quo minus poſſint iura ſua experiri ſuper bonis in remiſſione non comprehenſis. *l.Iulianus. C.ad Senat.Conſult. Vel etian. Boer.dec.23.nu.2.Magon.dec.255.nu.4. D.Cerro d.dec.179.nu.6.*

Remiſſio hypotecæ facta ſub conditione, illa deficiente nihil operatur. *Noguerol.alleg.22.*

130 Remiſſio hypotecæ facta cum qualitate modali, etiam ſi per dolum nõ impleatur modus, Tertio non præiudicat, in quem fuit facta alienatio. *Cancer.var.lib.1.c.2.num.104.Noguerol.alleg.1.nu.42.*

Remiſſa per mulierem hypoteca occaſione dotis, quando cenſeatur quo ad omnia, etiam ſtante iuramento, ſeu generalitate verborum. *Gratian.diſc.292.nu.10.& ſeqq.* vbi *nu.17.& 18.* Quid in aliis habentibus etiam, vel plures hypotecas?

131 Remiſſio debiti præſumitur inter debitorem, & creditorem, ſi tria concurrant, nempè diuturnitas temporis à die contracti debitis, ſanguinis coniunctio, & ſæpius calculata ratio inter partes ipſas, ad *text.in l.procula, ff. de probation. Alex.conſ.46.in fin. num. 12. vol.1. Affl.dec.13.num.12.Eſcob.de ratiocin.cap.37. n. 5.Chriſt.Mart.dec.Seneuſ.exam.53.num.61. Maſcard.de probat.concl.555.num.41. Menoch. de arbitr.caſ.88.nu.17.ſeqq.Mantica de tacit.lib.13. tit.16.num.2.Capyc.dec.180.nu.13. Grammat. dec.103.nu.39. Barboſ.in l.quæ dotis, num.42 ff. ſolut.matrim.Capyc.dec.48. num.11.* poſt hos, & alios *D.Merlin.contr.62.num.7.cent.2.*& ibi *D.Scoppa R.Capyc.Latr.conſult.46.num.47. & ſeqq.* vbi *Luca, Rocca diſp.155. num.14. Idem Luca ad Marin.lib.1.c.75.Rota p.9.rec.dec.262. num.30.ſeqq.p.12.dec 197.nu.30.ſeqq. Card.Luca de cred.diſc.82.num.11. diſc.105. nu.10. ſeqq. diſc.125. num.4. diſc.129. num.5. diſc.131.132. Maur.de ſolut.c.18.num.1.& c.4.nu.32. P. Affl. contr.27.num.27.30.Cabal. conſ.48. nu.4. ſeqq. lib.2.Gratian.dec.46.diſc.565.nu.41.ſeqq. Taſc. lit.S.concl.345.num.6.ſeqq.lit.L.concl.332. Magon.dec.Flor.dec.42.num.4. ſeqq. Mart. Medic. exam.53.nu.52.ſeqq.dec.84.85. Carena r.ſ.108. Poſſ.ut.ſing.18.Hodiern.tract.13. Sabell. §.ſolutio.nu.5.& ſeqq.*

132 Quod tempus diuturnum eſt annorum decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt tenet *Menoch.de arbitr. caſ.39. Hip. Marſil.ſing.360.Theodor.alleg.78.nu.10. Fab in C.tit.de compenſ.defin.1.in alleg. nu.7. & de err. pragm.decad.1.err.2.Gypſ.dec.80. nu.21.22. D. Calcot.contr.14.num.8.lib.2. P.Affl.ſup.num.28. D.Merlin.contr.62.num.4.lib.2.* licet alii dicant ſufficere biennium, *DD. apud Merlin. d.contr. 62.num.4.& contr.87.n.8.lib.1. Menoch. de arbitr.caſ.88.n.17. Barboſ. in l.quæ dotis, num.42. ff.ſolut.matrim.*

Alii quatriennium, vt in *l. quamuis, la 2. C. de vſuris.*

Alii remitti in arbitrium boni viri, *Barboſ. in diction.vſufr.dict.90.nu.7.*

Quod eſt intelligendum in ille ſuum ius nõ ignorauerit, alias non poteſt dici, quod remiſerit, *Crauet.conſ.159.num.4. Mantica de tacit. lib.3.tit.16.nu.2.Mantica de tac.lib.3.tit.16. nu. 2.Menoch.caſ.88. nu.19.Mart. Medic. exam.53. ſeqq.P.Affl.contr.27.n 36.*

131 Et ſæpius calculata ratio verificatur in tribus, vel quatuor vicibus, *l.veluti, § fin. ff. de edend.l.ſeruos, C.ad l.Iul.de vi publ. Soccin. iun. conſ.128.num.129.lib.1.Barboſ.in l.quæ dotis, n. 4.ff.ſolut.matrim. R.Capyc.Latr.d.conſult.46.nu. 51.* vbi impugnat *Vrſill.ad Affl.dec.13.* & alios in contrarium.

133 Dicunt alii non habere locum præſumptionem, *d.text.l.procula,* quando creditum eſt vigore inſtrumenti iuramento vallati quia iuramentum excludit præſumptionem ſolutionis, *Farinac.dec.199.*

134 Niſi adſit aliud inſtrumentum calculationis, vel diuiſionis, ſimiliter cũ iuramento, *D. Merlin.contr.87.nu.13.lib.1.*

135 Nec computationem crediti inducere præſumptionem ſolutionis, vt per *Farinac.dec.826 num.5.*

Secus ſi ad ſint aliæ præſumptiones. *D.Merlin.ſup nu.eod.9.& 10.*

136 Et cum quis fateur ſe debere conſequi à Titio centum, non per hoc ſibi præiudicat quo ad alia credita. *Capyc.dec.180.nu.15.16.*

137 Et pactum de non petendo reſtringitur ſolum ad quantitatem ſolutam, & non ad alia credita *Affl.dec.285.n.8.*

139 Niſi promiſerit expreſsè nil aliud petere occaſione cuiuſcumque crediti. Diximus *ſup. hic.*

139 Dicunt ſimiliter per dictionem illam *tardiù in tex.* appoſitã, intelligi tempus annorum duorum. *Alciat.de præſumpt.reg.1.præſ.32. nu.5. Menoch.de arbitr.caſ.88.lib.2. Barboſ.ſup.n.43.*

140 Quoad calculatas rationes duas ſufficere in ſpecie illius *tex.Fulgoſ.ibid.nu.4. D.Hodiern. contr 13.nu.46.*

141 Et illa dictio *ſæpius* relinquitur arbitrio Iudicis quot actus deſideret, vt per *Rebuff.in l.ſæpè 53. ff.de verb.ſignif. Mart.ta de iuriſd.p.2.c.23. nu.17.Chriſt.Mart.exam.53.n 61.*

141 Immò nec ipſam rationum calculationem eſſe omnino neceſſariam, ad inducendam talẽ præſumptionem, ſi adſint aliæ coniecturæ, vel diuiſio, compenſatio, iterata ſolutio, & huiuſmodi, quæ vim calculationis, & computorum contineant, docet *Aimon.conſ.159.nu.4.Vrſill.* ad

ad Afflict. dec. 13. nu. 14. Gāma dec. 144. Menoch. lib. 3. praes. 135. quos refert Theodor. d. alleg. 79. nu. 15. Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 12. seqq. Fusar. de substit. q. 592. nu. 3. Escob. de rat. octa. c. 32. nu. 67. Ant. Fab. de err. progm. decad. 1. err. 2. num. 21. Nouar. qq. foren. q. 8. nu. 2. lib. 1. D. Merlin. contr. 87. lib. 1. & contr. 62. nu. 5. lib. 2. Tus. lit. L. concl. 332. nu. 4. seqq. Mart. Medic. exam. 52. nu. 53. & seqq. & dec. 85. nu. 3. seqq. Hodiern. contr. 13. n. 47. & seqq. Cyriac. contr. 28. nu. 6. contr. 412. num. 7. seqq. Escobar. de ratiocin. c. 39. nu. 10. Gramm. dec. 103. num. 39.

143 Et requisita d. l. procula non requiri pro forma, dicit Barbos. sup. nu. 44. Franc. Marc. dec. 273. nu. 3. p. 2.

144 Et sufficiunt aliae coniecturae, & signa aequipollentia, ex quibus eadem colligitur praesumptio, Theodor. d. alleg. 79. nu. 4. Maur. de solut. c. 18. nu. 3. 4. Cyriac. contr. 280. nu. 6. contr. 412. num. 7. seqq. Andreol. contr. 318. nu. 12. seqq. Dom. R. Capyc. Latro consult. 46. in fine, vbi decisum refert D. Merlin. contr. 87. ex num. 8. p. 1. D. Card. Luca de credit. disc. 132. num. 3. Gobius consult. 68. nu. 29. seqq.

145 Alii dicunt Diuisionem bonorum factum inter fratres plus operari, quam calculationem, Dec. cons. 267. col. 3. Gramat. dec. 103. nu. 39. in fine. Meno. h. d. c. f. 88. nu. 29. Maur. de solut. on. c. p. 18. nu. 3. Escob. de ratio. in c. 37. n. 7. Christ. Mart. dec. 85. nu. 3. D. Merlin. lib. 1. contr. 87. num. 11. & lib. 2. contr. 25. nu. 32. Gratian. dec. 46. num. 13. & 14. P. Affl. contr. 27. num. 30. Qui id intelligit, si talis actus esset, in quo Vniuersaliter hinc inde debita, & credita deducerentur, ad text. in l. si quis ex argentarijs. §. rationem, ff. de edendo. D. Merlin. l. contr. 62. n. 7.

146 Et diuisio, & calculatio rationum facit praesumere solutionem. D. Merlin. contr. 87. lib. 1. Theor. in comp. tom. 3. p. 1. verb. deb. tum solutum, Rocca disp. 155. nu. 14. lib. 2. Hodiern. contr. 13. nu. 49. D. Petra in rit. 175. nu. 7. D. Trist. ny dec. 36. num. 2. lib. 2. Censal. ad Peregr. de fide com. art. 52. vers. sed contrarium. Prat. discept. 30. n. 84. lib. 1.

147 Sic etiam vehemens est coniectura solutionis, si creditor in vita debitoris non petiit, sed petiit ab haeredibus, nam tunc praesumitur fraudulenter petere, tanquam non informatis de solutione, siue remissione, Alciat. sup. nu. 30. Barbos. in d. l. quae dotis, num. 43. Theodor. d. alleg. 79. nu. 9. D. Merlin. contr. 87. num. 12. lib. 1. Rocca disp. 155. nu. 4. tom. 2. Andreol. contr. 318. num. 14. Prat. discept. 8. num. 10. tom. 3. Rosis s. lect. obs. p. 2. c. 59. num. 27. D. Scoppo ad D. Merlin. d. contr. 87. num. 5.

148 Et esse vrgentissimam, & fortissimam praesumptionem, dicit Esc. ob. sup. nu. 10. Christ. Mart. d. dec. 85. num. 8.

149 Eo maxime, si cum dicta coniectura concurrat alius actus ordinatus ad solutionem praesumendam, Pacian. cons. 113. d. n. 12. Amat. cons. 45. nu. 25. cons. 53. num. 1. Menoch. cons. 457. 1257. num. 16. de praesumpt. lib. 2. praes. 91. num. 7. & lib. 3. praes. 35. nu. 21. Prot. tom. 3. disc. 8. num. 45. Valenz. cons. 183. num. 4. D. Galeot. contr. 14. num. 11. Theodor. alleg. 78. num. 19. Cyriac. contr. 516. num. 14. Nouar. l. b. 1. q. 136. nu. 4. D. Scoppo ad D. Merlin. d. 87. num. 6. lib. 1. vbi alia adducit. num. 7.

150 Dicunt alii dispositionem d. text. l. procula procedere etiam inter extraneos, & sic non esse necesse adesse consanguinitatem, post Imol. & Castr. sequit. Ist. De. h. r. dec. Beg. differt. 1 12. nu. 1. l. b. 2. Catena res. 168.

Sed contra, & bene dicit Barbos. in d. l. quae dotis, nu. 42. ff. solut. matrim. Montica de tacit. lib. 13. tit. 16. nu. 2. Gratian. c. 760. nu. 10. 11. D. Merlin. contr. 62. nu. 3. lib. 2. vbi D. Scappa.

151 Et dispositionem d. text. l. procula, procedere etiam quo ad renunciationem, & remissionem fide commissi, dicunt Peregrin. de fideicom. art. 52. nu. 12. Fusard. su. sust. q. 595. in princ. De materia Nos a. Ronit. cons. 83. n. 34. lib. 2.

152 Nec erit calculatio, aut praesumptio solutionis, si quis quod debet suo creditori soluerit, nam non propterea insurgit probatio, quod creditor e contra ei sat sfecerit, quod ipse debebat, Bard. l. si cum dos, ff. rerum amot. & ibi etiā Ang. l. Bal. Castr. & Salyc. in l. si quidam. C. de tro. Jass. nam inquit Castr. possunt simul stare, quod tu sis debitor meus ex vna causa, & ego tuus, ex altera, & quod volueris vel non potueris exceptione compensationis vti. P. Affl. H. d. contr. 27. num. 34. Gratia. c. p. 356. num. 42. seq. Maur. de solut. cap. 40. Pac. fic. de Salutan. inspect. 5. c. 1. nu. 95. Rota p. 18. rec. ec. 401. num. 18. 19. dec. 266. nu. 14. p. 11. rec. dec. 276. nu. 16.

153 Tamen secus est concurrentibus praesumptionibus, & verisimilitudinibus arbitrio iudicis extimandis, vel quando debitum, & creditum oritur ex vna, & eadem causa. Pacific. d. insp. 5. Bertazol. cons. ciuil. 118. num. 17. Hondedi cons. 39. nu. 46.

154 Quo ad sanguinis coniunctionem dicitur esse debere in secundo gradu. Socc. inu. cons. 128. nu. 128. lib. 1. Mantico de tacit. l. b. 3. tit. 16. n. m. 2. & vix receptum est, vt procedat in filiis fratrum, qui sunt consanguinei, & intrant in locum patris. Dec. cons. 73. n. 4. P. Affl. sup. n. 35.

155 Et quod sufficiant duo ex enarratis requisitis tribus, Menoch. de arbitr. cas. 88. nu. 19. Vrsill. ad Affl. d. dec. 13. nu. 14. Sabell. §. solutio, n. 8.

156 Quod sufficiat coniunctio sanguinis, & diuturnitas temporis. Vrsill. ad Affl. dec. 13. nu. 14. Menoch. lib. 3. praes. 135. Theodor. alleg. 79. nu. 18. Barbos. in l. quae dotis num. 44. ff. solut. matrim. Franch. Marc. dec. 273. num. 3. par. 2. D. Merlin. d. contrau. 87. num. 9. Calcan. cons. 23. nu. 9. Menoch. de arbitr. cas. 88. num. 17. Mascard. conclus. 554. num. 41. Ias. cons. 193. lib. 2. Maur. de solut. cap. 18. num. 2. Diximus de hac Remissione plura, sup. qu. 43.

SVM-

SVMMARIVM.
QVÆSTIONIS XLVII.

An extinguatur hypoteca per consensum præstitum per creditorem in venditione rei sibi hypotecatæ num. 1.

Quando competat hypoteca? n. 2. 3.

Quid sit hypoteca? n. 4. 5. 6. 7.

Quando censeatur extinctum pignus? n. 8. 186.

Collapso ædificio, vel re, super qua erat hypoteca, quando hypoteca censeatur extincta? nu. 9. *& à nu.* 10. *ad nu.* 17.

Quando extinguatur hypoteca habita super re, per diuisionem factam? n. 18. 19.

An extinguatur fundo euicto. n. 20. 21.

Hypoteca imposita super fructibus rei, non obligat rem n. 22.

Census extinguitur si vsufructuarius consentiat alienationi rei censualis. n. 23.

Per cessionem nominis debitoris est extincta eiusdem. num. 24.

Hypoteca extinguitur si possessor soluat, vel rem restituat. num. 25.

Nulla existente renunciatione crediti principalis, an nulla renunciatio hypotecæ. n. 26.

Fideiussor acquirens à creditore actionem, an extinguat hypotecam in re debitoris, quæ principali competebat. n. 27. 61. *de resolutione fideiussionis. num.* 90. *& à n.* 91. *ad n.* 118.

Vendita hæreditate, actiones, & obligationes hæredis, an, & quando extinguantur. n. 28. *& à n.* 29. *ad n.* 38.

Extincta actione personali, an hypotecaria. n. 39. *& à n.* 40. *ad n.* 50.

Extinguitur hypoteca creditoris, si ille fiat donatarius, & dominus rerum debitoris. nu. 51. 52. *& à nu.* 53. *ad n.* 60.

Ex facto Principis quando extinguatur hypoteca num. 62.

Extinguitur hypoteca, quando impossibile redditur implementum. n. 63.

Quando extinguatur, cassatione instrumenti crediti. num. 64.

Extinguitur ex restitutione rei pignoratæ. n. 65. 66.

Extinguitur cessante causa obligationis. n. 67.

An ex transactione. n. 68. 69.

Extinguitur finito tempore adiecto obligationi. nu. 70.

Extinguitur, extincto iure hypotecantis, vt in fideicommisso grauato, emphyteuta, & similibus. num. 71. 74.

Vendita hæreditate, an actiones hæredis extinguantur. nu. 73.

Extinguitur hypoteca ex omni contractu resolubili. num. 74. 75.

Extinguitur, si ex falsa causa, vel errore sit constituta. n. 76. *sicut, & datio rei. n.* 77. 78. 79. 80. 81.

Hypoteca contracta per debitorem super nominibus debitorum, resoluitur illis solutis. n. 82.

Extinguitur super rebus mobilibus, per alienationem illorum. n. 83. 84.

An extinguatur hypoteca, si translata ad alium fundum. n. 85.

An extinguatur per mutationem formæ rei obligatæ num. 86.

Prohibitio à debitore creditoribus in testamento de non alienando pignora, quid? n. 87.

Sententia lata contra debitorem in fauorem tertij, an noceat hypotecæ creditorum. n. 88.

Hypoteca qualiter tollatur prorogatione. n. 89.

An extinguatur hypoteca per pactum de non petendo. n. 119. 110. 121. 122. 123.

An extinguatur hypoteca per alienationem rei. num. 124. 125.

An extinguatur hypoteca per confiscationem bonorum. num. 126.

Electio facienda, an, & quando extiguatur. n. 127. *& à n.* 128. *ad n.* 163.

Resoluto dominio debitoris in suis rebus, an, & quando resoluatur hypoteca super illis. nu. 164. 165.

Si Titius emat rem pro persona nominanda, an, & quando super illa re, habeant creditores hypotecam. n. 166. *& à n.* 167. *ad n.* 175.

Extinguitur hypoteca super re concessa ad tẽpus, tempore illo finito. nu. 176.

Accollatio debiti, an extinguat hypotecam n. 177.

Creditor habens pignus fructiferum, an recipiendo fructus extinguat creditum. n. 178.

Ex negligentia in non exigendo à debitore, an, & quando extinquatur creditum. n. 179.

An extinguatur hypateca iuramento decisorio. num. 180.

Venditore rei stabilis intentante remedium l. 2. *C. de resc. vendit. an, & quando extinguatur hypoteca super illa re. n.* 181. *vbi quid quando soluitur ex pecunijs debitis dobitori à Tertio.*

Creditor restituens debitori suo apocham, seu instrumentum, an censeatur remisisse creditum. n. 182.

Quando extinguatur hypoteca, quando in vim pacti contractus resoluitur. n. 183. 184. 185.

Pignus an extinguatur. n. 186. *& n.* 8.

Reuocata donatione ex causa ingratitudinis, an, & quando extinguatur hypoteca super bonis donatis. nu. 187. *Quid si per natiuitatem filiorum. num.* 188.

Quid si contractus reuocetur ex pacto antecedenti. n. 189. *& de retrouendendo. n.* 190. *& resoluto dominio. n.* 191.

Hypoteca contracta super censu, illo redempto, quid? n. 192. 193.

Hypoteca contracta super re emphyteutica, illa resoluta, quid? n. 194. *&* 195. *idem in feudo. n.* 197. *Quid si adsit Regius assensus. n.* 198. 199. *& à n.* 200. *ad n.* 213.

Et in omni alia re reuocabili, & ad tempus limitatam. n. 214. 215.

Quid si reuocetur donatio ex defectu insinuationis. n. 216. 217.

Quid quando intentatur redhibitoria. n. 218.

Extinguitur hypoteca, si creditor emat rem hypotecatam. nu. 219.

Hypoteca super feudo, illo vendito, an super pecunia. nu. 220.

Extinguitur ob illicitam stipulationem. n. 221.

Quando extinguatur mixtione. n. 222.

Extinguitur vendita re debitoris si per proclama, ad instantiam creditoris.n.223.

An extinguatur creditum super maioratu, si ipse possessor succedat in illo.n.224.

Quando extinguatur hypoteca locationis.n.225.

An resoluatur hypoteca resoluto contractu, ex defectu mensuræ. n.226.

An extinguatur vsusfructus, & quando.n.227. & à nu.229.ad n.242.

Emptor rei hypotecatæ cum onere soluendi censusi conueniatur à venditore, an liberetur cedendo rem.n.243.244.245.246.

Extinguitur hypoteca Nouatione, Delegatione, Acceptilatione, Præscriptione, Vsucapione, Confusione, Compensatione, Remissione Debiti, de quibus diximus.q.40.41.42.43.44.45.46. De extinctione per Solutionem, Dationem in solutum, Depositum, Oblationem, Consignationem, per Cessionem bonorum, & Alia, de quibus dicemus infra.n.247.& seqq.

Quid sit Extinctio Contractus? Vbi de Solutione, Datione in solutum, Cessione bonorum, Deposito, Oblatione. Et in quo differat à Nullitate contractus.

QVÆSTIO XLVII.

1 AN extinguatur hypoteca per consensum expressum per creditorem præstitum in Venditione rei sibi hypotecatæ. Nam hypoteca consensu constituitur, & dissoluitur. *Merlin.de pignor.lib.5.qu.37.* Sic etiam per factum resultans ex taciturnitate, & contumacia in non comparendo, ad docendum de iuribus suis, in Termino in proclamate assignato. *l.si eo tempore C.de remiss.pignor.* Diximus q.46.post *Oleam de Cess.iur.tit.3. q.2.* quem videant DD. Lectores.

2 Hypoteca non competit, nisi ex conuentiones, vel ex lege, in casibus à lege expressis, *gl.in l.fundi ff.de priuil.cred t.Ripa in l.damus.nu.9.ff. eod. Surd. decis.271. num.10. Andreol. contr. 92. num.7.*

3 Hypoteca quando dicatur constituta expressè, vel tacite, tractant post antiquiores *Onat.de contract.tom.2.tract.20. Merlin.de pign.lib.1, tit. 1.qu.9.tit.2.qu.14.64.seqq.lib.3.tit.1.Rota p.10. rec.dec.313.dec.448.nu.11. p.14.p.17.decis.276. Genua de Script. priuat.lib.1.concl.1.2.10. Ricc. coll.1463. 158. 2690. 2081. Noguerol.alleg.1. Gratian.disc 683. 848.num.18.853. nu.87.seqq. 963.nu.18.Affl.162. Magon.dec.flor.62.num.14. Idem Grattan.disc.366.Torre de maiorat. Ital.p. 2.q.41.nu.61.seqq. Posth.dec.48.nu.43.Cald.de emphyt extinct.cap.4.Tusc.lit.H.concl.14.seqq. Canaler. decis.504.Barbos.de diction.dict.394.Sabell.§.dictio. Christin dec.1.275. vol.1. Eich.decis. 343.Vasq.opusc.moral.tract.de pign.& hypot.§.5. Rossignol.in praxi Theol.legal. contract.11. tit.de pign.& hyp.à fol.176. vsq.ad fol.367. Molin. de iust.disp.536.329.Vela dissert.20. à n.21.Salgad. labyr.p.1.c.20.nu.38.& p.3. c.13.§.vnic. à nu.48. Cresp.obs.31.Castill.de alim.cap.66.Cyriac.contr. 359.282.idem Castill.sup.cap.45.à n.27. Franch. & Luca dec.51. Andreol.contr.354. Gait.de credit.c.4.q.11.à nu.1910.Carpio lib 3. de execut.c. 12.à nu.29.D.Palma dec. Luc.388. DeSamini ite contr.16.num.22. Acosta de priu. l.credit. Aleyma tractatu de hypot.& pignor.Scoppa ad Merlin.contr. 8.nu.16.lib.2.& n.17.& contr.36. num.2.lib.1. Bachouius.Berlich.p.1.concl.69.Capuc.tom.2. p.1. c.7.Christin.dec.274.tom.1.175.Conciol.res.crim. §.hypoteca.Donellus de pignor. Gait.de credit. Gibalin. Gobius consult.100. Henric. Petr.Haber. Korn, Habnius. Iacob. Hennig.de Vuolde. Holsatins. Hortensius. Hotoman. Andreas Lauhmayerus, Rusignol. Mercerius, Meyrat, Mayrer. Carpzouins, Mudeus, Negusant. Sabell.res.c.73. Schunnortzin. Thaler. Tepat. Trentacinq. Tusc.lit.H. concl.111.seqq.vsq.ad 136. Vuendinius, & Alij.*

4 Hypotecaria actio est ius, quod in re constituitur, adeoque est ei infixum, vt sit inseparabile. *l.pignoris persecutio,17. ff.de pign.l.pignoris 18.C.eodem. Affl. dec.332.num.2. Caualer. dec.392.num.1. Rota dec.143.num.1.p.5.& decis. 328.nu. 16.p.5.* Vel pignoris vindicatio, petitio, & persecutio appellatur. *l.9.in fine C.de pign.act.l.2.C.si vnus ex pluribus. l.19.ff.ad S.C. Trebell.Caluin.in lex.verb. Hypotec. D.Scoppa ad Merlin.contr.8.nu.16. lib.2.* Et quam rem sequitur, sicut lepra leprosum. *Affl.dec.95. Ponte cons.39.nu.40.41. Surd.dec.310. nu.5 6.Gratian. disc.272. nu.9.disc.580.nu.17.Rota dec.666.nu.5. p.2.d.dec.328.nu.6.p.5.rec.Cyriac contr.55.n.16. & contr.489.nu.18.19. Merlin.de pign.lib.1. tit. 1.q.10 nu.21.seqq. Molin.res.119.n.9.10.*

5 Sed semel hypoteca extincta amplius non reuiuiscit. *Cenc.de censib.q.98.n.62 & q.101.sub n.15.* Nisi in aliquibus casibus, *vt hic infra.*

6 Et extincto principali debito, hypoteca resoluitur. *Cenc.sup.q.77.num.4.* Et cessante obligatione illa cessat. *Posth.dec.69.nu.6.ex Pacific. de Salutan.insp.1.c.5.n.74.& c.6.n.71.*

7 Agendo *Nos* de Extinctione contractus, Agemus de extinctione pignoris, & hypotecæ, cum omnibus *DD. infra citandis*, signanter cum *Mascard.de probat.concl.1173.Christin. dec.368. & seqq.lib.3.Sabell.§.pignus.nu.5. Merlin.de pignor. per totum Tractatum.*

8 Pignus censetur liberatum & extinctum per dationem alterius pignoris, quando quis sui facilitate decipitur, secus si dolo aduersarij. *Franch.dec.708.Card.Luca de cred disc.22.* nam superuicto pignore mobili perueniendo ad [illegible], extinguitur hypoteca habita contra [illegible] dominum, ad finem, vt adsit commercium in Mundo. *Scacc.de commerc.& camb §.2 gl.5. nu. 438.Coler.dec.136.num.31. Gait. de credit.tit.4. quæst.8.nu.1467.* decisum refert *Thor.in supl. cop.dec.verb.creditor in Pignore Luca ad Franch.*

d.de-

d.decif.708. vbi latè explicat. *Merlin.de pignor. lib.5.q.33.Salgad.labyr.p.3.c.13 §.vnir. fol.746.*

Sic res subrogata remanet loco alterius rei, ex cuius pretio fuit empta, & illius conseruat iura, absque mutatione, & alteratione qualitatum. *Surd.conf.261.nu.5.Natta conf.346.num.3. Cyriac.contr.160.nu.41. Ludouif.dec.251.num.5.* & ibi *addit.* Et illius iura conseruat absque mutatione, & alteratione qualitatum. *l. si donatæ §.3. ff.de donat.inter.Ludouif.dec.115.num.8.* Et census reputatur impositus sub re sub rogata, ac si à principio fuisset impositus.*Gratian.disc.434.nu.16.Ludouif.dec.60.nu.1. dec.445. nu.16, Rosa dec.133.n.8.9.* post *Merlin.de pignor.*

9 Collapso ædificio extinguitur hypoteca. *l.sicut.8. ff.quib.mod.pign.vel hypoteca sol.* vbi *glos. Neguf.de pignor.p.6.membr.3.n.9. Merlin.de pignor.lib.5 cit.1.q.43.& q.44.n.16.Pacific.de Saluian.cap.1.nu.149.Salgad.labyr.p.1.c.43. nu.14. & p.2.c.27.ex nu.36.seqq.& cap.28.nu.12. & p.4.c.8.nu.53.D.Rosa consult.61.n.28.Garz.de expens.c.11.à nu.18.Robert.rer.iudic.lib.4.c.8.*

Nam hypoteca si non adest super quo existat, resoluitur. *D.Guttier.de compensat.q.18.n.148. lib.1.*

Si verò ędificetur domus de nouo cadit sub hypoteca, quia remansit area in obligatione, cui cadit domus denuo cōstructa. *Merlin.ibid. Cenc.de censib.q.101.nu.17. Robert sup.Vela dissert.33.n.37.Castill.de vsufr.c.72.* vbi an ea mutata. *D.Rosa sup.nu.28.*

Quidquid dicat *Pacific. de Saluian.insprct.3.c.4.nu.667.Inspect.5.c.1.nu.153.seqq.*

Et in omnem casum licet non fuerit reædificata, remanet salua obligatio principalis, & ius creditoris. *Pacific.sup.Merlin.sup.n.4.*

Idem in Molendino hypotecato, nam si sit penitus dirutum, hypoteca dissoluitur, etiam si ex illius molis & cementis aliud nouum construatur. *Cenc.de censib.q.101.n.12.seqq.Seraphin. dec.1418.nu.4.Surd.dec.51.n.5.* & ibi *Hodiern. & dec.163.Idem Cenc.q.98.nu.62.Salgad.labyr. p.1.c.43.n.nu14.* & alibi, *Giurba obs.12.& 49, num.12.*

Et in hypoteca venit etiam augumentum rei, perueniens ex alluuione, & ex natura rei. *Salgad.p.4.c.2.nu.26.* & proueniens ex facto hominis, inseparabiliter ab ipsa re. *n.50.*

10 Sed non extinguitur hypoteca frumenti redacti in farinam, quia est idem corpus. *Surd. dec.139.Gratian.disc.184.* vbi etiā *Luca.& additio eiusdē Surdi.Hodier.addit.in d.dec.139.Castill. dec.10.Merlin.de pignor.lib.5.q.44.n.31. Cyriac. contr.468.n.25.& seqq.*

Sic legato frumento, debetur farina *Mastrill. dec.139.Gratian.d.dec.184.* quid quid dicat *Recc. collect.1512.*

Sic statutum prohibens extractionem frumenti, prohibet extractionem farinę. *Surd.d. dec.139.Bertazhin.de gabell.8.p.9.10.* [illegible] *Papa dec.373.Medic.conf.97.* Idem in pane ex [illegible] facto, idem in sapone confecto ex oleo [illegible]

implicato. *Medic.ibid. Hodiern. ad Surd. d.decis.139.* & ibidem *Censal.nu.3.Laurent.dec.96. Menoch.lib.4 præs.151.*

Sic, si domus sit hypotecata, & ex illa sit factum horreum, vel si de loco, in quo domus erat constructa, sint factæ, & plantatæ Vineæ, *l.Paulus.29.§.domus ff.de pign.act.Neguf.de pign.p.6.membr.3.n.3.8. Mantica de tacit.l.b.11. tit.31.n.18.Merlin.de pign.lib.5.q.33.* vbi *num.2.* secus dicit esse in vsufructu, cum ille extinguatur mutatione *l.reper tur §.rei mutatione ff.quemadmod.vsufr.amittat.gl.in l.si fundus 16. §.si res. verb.competit.ff.de pign.*

Sic etiam durat hypoteca, si res hypotecata non mutetur in substantia, licet mutetur in qualitate. *Salgad. labyr.p.4.c.8.n.33.*

11 Sed hypoteca super re extinguitur ipsa pereūte ex natura rei. *Salgad.labyr.p.1 c.43.n.14.* vt in emphyteuta hypotecata deuoluta, sic etiam census per redemptionem, officio renunciabili hypotecato, non facta intra tempus à lege regia requisitione. Animalia hypotecata si decedant perit hypoteca. Molēdino hypotecato, radicitus diruto perit hypoteca, quia hi interitus veniunt ex natura rei, *Salgad. sup.& p.2.c.27.ex n.36.cum seqq.& cap.28.ex n.11.46. 37.& à n.1.& seqq.*

Sic pensio, sicut ex natura rei perit per mortem pensionarij, per contractum matrimonij. *Salgad.d.c.43.nu.15. 52.seqq.* Sed non potest ex causa voluntaria extingui, in præiudicium creditoris habentis eam hypotecatam. *n.18.21. & p.2.c.15.nu.50.seqq.*

12 Sed hypoteca rei non perit ex causa voluntaria debitoris. *Salgad.d.c.43.nu.17.& p.2.cap.13. nu.12.& seqq.& cap.15.n.74.75. & à n.18.cum seqq.& cap.14.à princ.*

13 Interitu rei obligatio perit, quando erat realis, v.g. Debebas equū, vel Stichum, perit equus, vel Stichus seruus, tollitur obligatio. Si casū, perit obligatio, nec rem[illegible]nalis ad alium equum, vel aliu[illegible] pretiū. Si culpa tenetur ad alium equu[illegible]ruum, vel pretium. *P. Moli[illegible].disp.561.[illegible]tract 39. r.10.qn.5.num.171.Bonacin.d.3.q.2.pu[illegible].8.§.1. Vueffembec.tit.d. solut.nu.8. Azo in summa tit.de solut.nu.3.Mantica de t[illegible].lib.11.tit.31.nu.17. Merlin.de pig.or.lib.5.tit.1. q.34. num.[illegible].& 7.& q.36.num.o.*

Et vbi est hypoteca specialis alicuius rei tantum, illa non extenditur ad bona futura. *Salgad.labyr.p.4.c.2.nu.91.92.*

14 Secus si esset in obligatione genus, quia illud numquam perit, & per consequens semper debitor remanet obligatus. *l.Incendium, C. si certum p t. Bonac n.disp.7.q.2.§.8.nu.5.Ou.st.d. q.21.nu.101.& seqq.*

15 Sec[illegible], si cre[illegible]um est cum h[illegible]poteca, si pereat r[illegible] h[illegible]potecata, re[illegible] cr[illegible]um contra debitorem. *Neg[illegible].p.6.membr.3.nu.9. in fine, l.seruo 25. C.de hypoth.§.fin.instit[illegible]b.mod.re contrah.obligat.. si inter. §.qu[illegible] ff. [illegible]b.mod.*

re contrah. oblig. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. qu. 34. nu. 9. Sabell. §. hypoteca. nu. 50.

Sic in census constitutione, bona obligata habentur loco pignoris, & hypotecæ, & persona principaliter obligata, ita vt hypotecis peremptis, integra manet obligatio personalis. Couar. var. l. b. 2. c. 7. num. 5. ... in fit. moral. p. 3. lib. 10. c. 5. q. 1. Molina de contract. p. 2. disp. 387 num. 2 Felician. de censib. tom. 1. lib. 1. c. 8. ex nu. 4. & seqq. Roderic. de ann. redd. tit. lib. 1. c. 4. num. 19. & lib. 2. ... 19. num. 29. Cenc. de censib. q. 34. Salgad. labyr. p. 2. c. 11. nu. 82.

Secus vbi est recepta Bulla Pii V. de censibus, nam per illam perempta re, super qua est constitutus census perit census in totum, si pereat pro parte, perit pro parte. Salgad. sup. num. 83. & seqq. Vbi rota materia.

Sic societate contracta super duobus officiis, vno resoluto, etiam societas extinguitur pro ea parte correspondente fructibus, & emolumentis officii extincti. Salgad. sup. n. 80.

552 Requiritur, quod oblatio sit facta congruo loco, & tempore, debet esse pura, & libera, debet esse cum depositione rei oblatæ, & consignatione, seu obsignatione; debet esse specialis, non generalis, nam non sufficit dicere: *offero me paratum facere, & adimplere omnia debita per me.* Debet fieri de toto debito, nam de parte non sufficit, debet fieri cum deposito apud Ædem sacram, vel personam idoneam. Debet fieri præsenti, alias requiritur citatio generalis, & proclama. *V*erum ad euitandam pœnam sufficit oblatio absq; depositione. *l.Celsus.ff.de arbitr.Neurz.d.cons.49.num.2.* Quando debitum est turbidum, & intricatum sufficit oblatio verbalis. Sic offerens debitum creditori excludit eum ab agendo. *Roland.cons.14.num. 10.vol.1.Menoch.de adipisc.poss.remed.3. n.181. Caroc.de oblat.p.2.q.104. Giurba dec.38.in fine. Pacific.de Saluian.dec.116. num.5. Put.dec.163. lib.1. Rota diuers.dec.476. lib.3.p.3. Merlin.de pign.lib.4.tit.2.q.83. Tusc.lit.O.concl.20.21.22. 76.& seqq.Ludouis.dec.492.dec.559.* vbi etiam *addit Viu.op.n.557 Caball.cons.147.num.12.& seqq.lib.1. D.Leutell.cons.30.120.124. Sesiban. obs.17.nu.1.2. Maur.de solution.cap.2. §.10.& de oblation.num.1.& seqq. Sabell §.n.latte. Duran. dec.445. Merlin.dec.834. Bich.dec.43.& 95. Idē Sabell.§.creditor.num.13 seqq. & in solut.cap.21. Gobius consult.14.n.108.109. Gratian.disc.7.nu. 4.disc.260.nu.1.disc.786.n.20.21.*

553 Si debitor patiatur fieri adiudicationem creditori pro credito, non auditur si velit soluere debitum. *Capyc.dec.202. Altograd.cons.54. nu.66.lib.2.D.Marcian.disp.50.lib.1.Magon.dec. Flor.132.*

Secus si ab adiudicatione sit appellatum. *Magon.sup.nu.28.seqq. Merlin.de pignor.lib.4.tit. 2.q.47.Tusc.lit.O.conclus 80.Peregr.dec.123.nu. 10.Sanfel.dec.117.Rota p.17.rec.dec.32.num.4. & seqq.*

554 Licet aliqui velint: Creditorem agendo hypotecaria non censeri contra possessorem agere, vt totum debitum consequatur, sed tantum rei extimationem. *Vrsill.ad Affl. dec.199.* Et sic sufficere offerre æquale prætium, quod ab alio fuit oblatum. Tamen in contrarium est veritas, vt teneatur offerre totum debitum. *Vrsill.sup.in fine*, vbi decisum refert. *Franch.dec. 38.num.2.& 3. & dec.112.* Marciano. *d.disp.50. num.12.*

555 Et quamuis ius offerendi concedatur possessori post sententiam. *Negus.de pign.3.membr. 5.p.nu.51. Capyc.dec.41.* Tamen locum non obtinebit, si lis fuerit contestata super executione sententiæ. *Bart.in l.stipulationes.ver.9. restat videre ff.de verb.obligat.* Immo *Specul.in tit.de obligat & stipul.ver.quid si*, quamuis dicat competere post sententiam, declarat nihilominus vsq; quo suscipiat iudicium in actione iudicati, per *tex.in l.item veniunt §.item restè.ff. de petit.hæred. Affl.dec.187.Vrsill. & Afflict.dec. 343.num.1. Capyc.dec.41. & 202. num.9.seqq Franch.dec.112.& 456.in fine.D.Marcian.d.disp 50.nu.13 lib.1.*

Et obligatus soluere pretium, & sic adimplere potest offerre pendente iudicio, ita vt iudicium per eum intentatum reconualescit. *Gratian.disc.325.nu.40.Pattell.expedit.ciuil.100. nu.8.Mangil.de euict.q.97. nu.6. Zacchia de obligat.Camer.q.17.nu.51. Pacific.de Saluian.insp.5. c.vnic.num.293. Rota dec.476.nu.11. p.1.diuers.* & apud *Pacific.de Saluian.dec.168.nu.7.Conciol. alleg 55.n.36.37.*

556 Oblatio pecuniæ debitæ potest fieri primo creditori à secundo. & possessore, ad effectū luendi pignus, & rem hypotecatam, ac reportandi Iura primi, & illum dimittendi, & in eius locum succedendi. *l.cum secundus.ff. de distract. pign.* cum similibus. *Menoch.lib.3.præs.21. Gratian.disc.269.nu.31.seqq. Duran.dec.364.nu.72. & dec.445. Merlin.de pign.lib.4. tit.2.qu.43.& seqq. Idem* Gratian.*dec.125.nu.7.seqq.* & *dec.215* vbi *Luca, & Scoppa.Franch.dec.427.* vbi *Luca Peregr.dec.127.Rota rec.p.9.dec.95.Bich.dec.43.*

95.Sa-

95. *Sabell. res. r. 2r. Tusc. lit. O. conclus. 76. & seqq. Merlin. dec. 834. Mesa res. lib. 1. c. 5. sc. q. Carlenal. de iudic. lib. 2. tit. 3. disp. 21. Sabell. §. oblatio nu. 1. Tonnut. qq. ciuil. 101. p. 2.*

557 Et secundus creditor tenetur offerre non solum pecuniam solutam, sed etiam vsuras medij temporis, quatenus superent fructus perceptos. *Franch. dec. 12.* & ibi *Luc. & Addentes.*

558 Creditor anterior, cui fit oblatio, sicut potest prætendere melioramenta in re facta, ità etiam tenetur excomputare in pretio sibi debito, omnes deteriorationes. *Rota par. 16. rec. decis. 364.*

559 Oblatio dotis pro redimenda re hypotecata non potest fieri per creditores mariti ad effectum reportandi cessionem Iurium dotaliũ quando vxor constante matrimonio dotem repetit propter inopiam mariti, sed bene fieri potest quando soluto matrimonio dotem repetit, vel vult retinere bona viri pro dote consistente in quantitate. *Giouagn. cons. 73. nu. 119. lib. 1. Gaill. obs. 92. lib. 2. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. q. 67 Gratian. disc. 38. nn. 36. disc. 489. nu. 21. disc. 660. num. 13. disc. 700. nu. 47. Ciarlin. contr. 94. nu. 23. Franch. dec. 54.* & ibi *Luca. Vrceol. consult. 24. nu. 25. seqq. cum addit. in fine, vol. 2. Tusc. lit. O. concl. 78. Christin. dec. 127. nu. 19. vol. 3. Merlin. dec. 50. Giurba dec. 16. nu. 12. D. Capyc. Latr. dec. 42. nu. 2 lib. 1. Peregr. dec. 96. n. 3. Add. ad Sansel dec. 338. vers. Et tandem. Marta vot. Pis. 36. Sabell. sup. num. 2.*

560 Sed an in casu adiudicationis propter inopiam viri factæ mulieri, si creditores posteriores vellent vti iure offerendi aduersus ipsã mulierem, & bona illi assignata ex cursu temporis fuerint in valore aucta, teneantur offerre non tantum dotem, sed etiam dictum augumentum, & sic, an illud cedat in beneficium mulieris, vel creditorum posteriorum, *Vrceol. d. c. 24.* Vbi videtur firmare, quod si assignatio facta mulieri fuerit talis, quæ importet dominij translationem, tunc augumentum cedat in cõmodum mulieris, sed si pignus tantum, vel assecurationem, ad commodum creditorum. Vbi etiam quando importet dominium, vel pignus *Sabell. ibid.*

561 Oblatio fieri potest à Tertio possessore conuento hypotecaria, vel *Saluiano*, etiam si nullum ius in re habeat, & à quocumq; penitus extraneo, quia non interest creditoris, an ab vno, vel ab alio recipiat solutionem. *Rolan. cons. 14. nu. 9. lib. 1. Affl. dec. 159. Scapuc. de Saluian. lib. 2. q. 3. Duran. dec. 421. num. 1. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. q. 65. 76. Sabell. res. cap. 21. nu. 24. seqq.* Vbi quod extraneus offerens non potest petere cessionem Iurium. *Merlin. d. q. 76. Pacific. de Saluian. insp. 5. c. 1. nu. 11. seqq. Mesa res. 49. lib. 1. & resol. 1. & seqq. Tonnut. sup.* Et potest petere cessionem à creditore, etiam inuito, si pro debito aderat hypoteca bonorum, secus si illa non esset. *Gratian. disc. 686. nn. 8. 9.*

562 Quod si creditor recuset recipere creditũ oblatum, fit locus deposito, per quod liberatur possessor, cui etiam est facienda quietatio cum cessione iurium, adeo, vt habeatur ipso iure pro facta, & confirmat hypotecam possessoris. *Duran. dec. 421. n. 2 seqq. 108. n. 4. Merlin. d. lib. 4. tit. 2. q. 48. Boer. dec. 124. n. 25. Burat. dec. 517. n. 3 Pacion. de loc. c. 50. n. 47 seqq. Gratian. disc. 786. n. 1. Conciol. all. 55. n. 32. 32.* Vbi quod sufficit recusatio tacita. *Sab. sup. n. 3. R. Cap. Lat. cõs. 37. n. 35.*

563 An sufficiat possessori offerre æstimationem rei, agenti hypotecariæ. & à se ipso possessæ, vel teneatur offerre totum creditum, si excedat valorem rei, ad impediendam auocationem possessionis? & dicimus quod si possessor fecit in re melioramenta liberatur offerendo ipsius rei æstimationem, detractis melioramẽtis, etiam si non ascendant ad summã creditori debitam, quamuis alij contrarium teneãt quando creditor offert melioramenta, nam tunc tenetur offerre totum creditum. *Franch. dec. 38.* & ibi *Luca, Couar. var. lib. 1. c. 8. num. 2. Magon. dec. Flor. 51. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 26. n. 15. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. q. 81. Pacion. de locato c. 34. §. 3. num. 60. seqq. Sabell. §. possessio, nu. 38. §. melioramenta. n. 14. Angelis de expens. & melioration. art. 10. n. 28. 34.*

564 Sic volens offerre tenetur offerre debitum, expensas, & interesse. *Duran. dec. 241. nu. 9. Merlin. d. q. 81. nu. 10. Gratian. disc. 125. num. 9. & dec. 215. num. 11.* vbi *Addentes.*

565 Et quod sufficiat, vt qui ius offerendi habet creditum anterius offerat, si possidens habeat plura credita. *Mart. Medic. dec. 74. Sabell. res. 21. n. 28. seqq. Merlin. q. 52. Sabell. d. n. 3.*

566 Oblatio potest fieri à creditore posteriore aduersus emptorem, & possessorem bonorum sui debitoris, itaut si ex cursu temporis pretiũ, quorum bonorum fuerit auctum, sufficiat offerre pretium per emptorem solutum, & sic tale augumentum beneficio temporis causatũ cedit commodo creditorum posteriorum, & non ipsius possessoris. *DD.* apud *Vrceol. consult. 24. num. 10. seqq.* Verum ipse verius esse dicit tale augumentum non cedere beneficio creditorum posteriorum, sed ipsius emptoris, & possessoris, ratione sui dominij; qui tamen possessor si ipse vellet offerre creditoribus posterioribus, tenetur offerre æstimationem secundum valorem præsentem auctum. Sed contrariam opinionem posse procedere, vbi possessor non iure dominij, sed pignoris, vel alias bonafide possideret. *Franch. d. dec. 38. n. 12. 456. Mesa lib. 1. c. 49. & c. 5. & seqq. Tonnut sup. Sabell. sup. n. 4.*

567 Oblatio, seu ius offerendi, an competat contra ementem ab hærede beneficiato, qui alias de iure inquietari non potest, & quid si ipse sit emptor, & creditor *Franch. dec. 531.*

568 Oblatio pecuniæ debitæ licet possit fieri per condemnatum in actione hypotecaria, & sic post sententiam, tamen limitatur non procedere in multis casibus. Primo res esset pure per sententiam adiudicata creditori. Secundo,

Vbi condemnatus iam suscepisset iudicium, super executione iudicati,& litem contestasset. Tertio. Vbi fieret contra mulierem agentem pro dote constante matrimonio, propter viri inopiam. Et quando fuisset appellatum à sententia,vel erratum in appretio rei, & victus ab eo reclamasset, posset etiam post executionem fieri oblatio.*Capyc.dec.41.202. Sanfel.dec.117. 118.Marcian.disp.28.* Vbi quod debitori priuilegiato conceditur ius offerendi,nedum aduersus creditorem,sed etiam aduersus emptorem, etiam mediante restitutione in integrum, stante læsione.

569 Quæ oblatio potest fieri quandocumq; etiam post sententiam, & transactam in rem iudicatam. *Scappuc.de Salutan.lib.2.q.3.num.4. Gratian.dec.214.nu.16.seqq.*vbi Addentes. *Magon.dec.Flor.132.nu.12.seqq.Affl.dec.16.num.5.* vbi *Vrsill.num.4. Merlin.lib.4.tit.2.qu.79.* contra *sup.*

570 Non tamen potest fieri post adiudicationem factam creditori, cum per illam dominiū sit translatum irreuocabiliter. *Capyc.dec.202. Altograd.cons.54.nu.66.lib.2. Marcian.d.disp.50. Magon.dec. fol 132.* vbi *nu.28.* limitat si fuisset appellatum,vel quando adiudicatio esset nulla. *Sabell.resol.c.21.num.56.seqq.Merlin.sup.qu.47. Tusc.lit.O.conclus.80.Peregr.dec.123.nu.10. Sabell sup.nu.6.& §.subhastatio.n.3. Sanfel.dec.17. Rota p.17.dec.32.nu.4.seqq.*

571 Oblatio realis solius, & reliquorum impedit cursum vsurarum. *l.1.C.de pactis inter empt. Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.15.num.4.& 28.29. Card.Luca de dote disc.161. num.31. disc.112.de credit.disc.92.nu.13.*Et talis requiritur,ad finem fructus acquirendi. *R.Capyc. Latr. consult.37. num.36.*

572 Secus oblatio verbalis. *Boer.dec.123.Rota Gen.dec.24.nu.12.& dec.204.nu.3. Roderic.sup. nu.8.Card.Luca d.disc.92.num.24.25.* Vbi secus si vsuræ debeantur officio iudicis, siue iure actionis.Et ibi declarat.

Quamuis debitum non esset liquidum, sed intricatum.*Rota Gen.dec.104.nu.2. Roderic.sup.*

573 Sola oblatio realis extrà iudicium debitè factam, sufficit ad recuperandum fundum sub redimendi pacto venditum,cum fructibus.*Roderic.sup.num.67.*vbi *num.68.* limitat si ob iustā ignorantiam, vel imperfectam oblationem, emptor, vel eius hæres in mora non constituatur.

574 Oblatio de soluendo potest fieri à quocumq;etiam extraneo,& ipso creditore inuito. *Neguf.de pign.in 3.membr.5.p.num.39. Surd.dec. 174.num.17.Gratian.dec.215.nu.5.* & ibi *Addentes. Scopuc.de Saluian.lib.2. q.3.num.3.4. Cartar. dec. Bon.61.nu.5.Posth.de subhast.insp.18. n.257. Giurba dec.91.num.2. Merlin.de pign. lib.4.q.76. num.3.Conciol.all.g.56.nu.29.* prout in solutione.*Conciol.*post mille *sup.nu.30.Catan.dec.4.nu. 67.68.*Diximus *sup.*

Maxime quando tertius habet aliquod interesse. *Costa de rem d.subsid.remed.121.num 10. Corbul.de iure emphyt.tit.de caus.priua. ob non solu.Caulim.7. num.4.* Et de cessionario essente.*Posth.de subhast.insp.17. num.194. Giurba d.dec.91.nu.6.*

575 Oblatio debet esse integra, & de toto debito.*Costa de rat.rat.q.121.num.9. Moroi. de iure offer.nu.68.Maur.de oblat.nu.16. Merlin.de pign.lib.4.q.83.nu.79.Conc ol.sup.n.31.*

Quando fructus sunt debiti. *Posth.d.insp.17. num.204.seqq.Ludouis.dec.480.post num.2.Conciol.sup.nu.33.*

Valet,licet oblatio non sit integra, si creditor acquiescat, quia censetur per partem acceptata,valet.*Cranet.cons.106.num.2.Surd.co.s.86 vol.1. Add.ad Ludouis.dec.480.num.7. Thomas tract.var.tom.2.tit.de tut.tit.19.nu.322.Conciol. sup.nu.34.*

576 Oblatio debiti significat illum adesse debitorem,nam oblatio non est verisimilis in creditore iam extincto.*Cels.dec.146.n 13.*

577 Oblatio sola non sufficit, vt vsuræ pretij non debeantur, nam per nudam oblationem, non desinit emptor,rem, & pretium habere, sed requiritur, quod pretium obsignatum, & depositum sit.*R.Capyc.Lat.consult.37.Leotard. de vsuris q.27.num.24. ex l eniciis. §.1.ff.de vsuris.*vbi *Cuiac.Bal.Castr.Salicet.in l.2.C.col.Rota dec.397.num.4.p.1.rec.Fab.in C.d. fin.t.4.C.de actione empt.Thes.lib.1.qu.88.nu.3. Gratian.disc. 588.nu.35.& disrept.241.n.40.*

578 Sed mora contrahenda impeditur per oblationem,præcipuè,iudicialem, sine obsignatione, at contracta non purgatur citra obsignationem. *Fab.in C.lib.8.1.tal.30.defint.40.de solut.on.*

Sed quod oblatio verbalis non constituat creditorem in mora,cum habeatur pro deposito non facto. *Ludou c.dec. 105.num.1.seqq. Menoch.de arbitr.cas.232.Sta ban.resol.153. nu.2.3.* Alter *Staiban.fil. tract.de interesse lib.2.tit.14.q. vnic.n.25.26.Ca. yc.Latr.consult 37 n.2.*

579 Oblatio sola sufficit debitori non habenti, cui legitimè soluat.*l.si fundus.§ fin.ff de leg.commiss.l.pecuniæ fœnebris. §.vsur rum.ff.de vsuris. Lcum quidam.§.si pupillo. ff.eod. Fab.in C.lib.4. tit.24.de vsuris.defin. 39. Olea de cess.iur. tit.1. q.6.nu.53.Franch.dec.227.*

580 Et vbi depositum debet fieri tali die, si illa dies sit festiua, potest fieri die sequenti, ex *Rit. M.C.V. 8.* Immo mora modici temporis non nocet, vbi ius partis non est effectum deteri s. Diximus *sup.*

Sic potest fieri vltima die, sed vltimo momento,etiam tempore nocturno. *Gratian.disc. 786.num.26.27.*

Rei tempore perituræ est facienda, etiam de nocte eius diei, quo tempus finitur. *Gratian. disc.710.n.3.*

581 Potest fieri in qualibet parte iudicij. *Gratian.disc.260.nu.24.& disc 78.nu.33.*Vbi quando inducat liberationem.

582 Obla-

582 Oblatio poteſt fieri perpetuo, idest per modum agendi vſque ad 30. annos, per modum excipiendi ſemper, & quandocumque, nam actiua ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum. *l. pure, in fine ff. de except. Scappuc. de Saluian. lib. 2. q. 3. nu. 6. ſeqq. Merlin. ſup. q. 89. Peregr. de i. a 23. u. 9 § 97. Bich. dec. 45. nu. 14. ſeqq. Sabell. ſup. nu. 7.*

583 Oblatio verbalis non ſufficit, ſed debet eſſe realis, ſed ſufficeret verbalis ad annulandam adiudicationem, & venditionem poſt dictam oblationem factam, quia facta oblatione debent ceſſare proclamata, & venditiones. *l. ſi prius quam. C. de diſtract. pign. Magon. dec. Flor. 132. n. nu. 17. Merlin. ſup q. 83. cum ſeqq. Tuſc. lit. O. concl. 19. 20. Pin opin. 557. Canall. co ſ. 147. num. 52. ſeqq. lib. 1.* vbi, quod eſt neceſſe quod expreſsè recuſet. Et realis differt à verbalis. *Gratian. diſc. 628. num. 7.*

584 Quod non ſit neceſſaria realis oblatio, quando verbaliter creditor reſpondet ſe nolle recipere. *Magon. dec. Flor. 118. nu. 5. Menoch. de arbitr. caſ. 232. num. 16. Merlin. ſup. qu. 83. Rota p. 13. rec. deciſ. 258,* vbi plura. *Palma conſult. 105. num. 9. & 25.*

585 Sed ad hoc vt oblatio pecuniæ poſſit dici realis, debet fieri cum ipſa pecunia in marſupio, vel ſacculo numerata, etiam quando non requiritur actualis depoſitio, niſi creditor denegaret illam recipere, & in ſacculo poni, quia tunc ſufficeret ſola verbalis oblatio. *Capyc. dec. 19. nu. 2. Merlin. d. q. 83. num. 5. Ludouiſ. dec. 146. Rota p. 12. rec. dec. 228.* vbi quando attenta qualitate debitoris ſufficiat oblatio verbalis fine numeratione. *Sabell. ſup. n. 8.*

586 Oblatio ſola verbalis quando ſufficiat ad effectum purgationis moræ, ad ſe eximendum à periculo rei, & illud transferendum in aduerſarium, ad effectum retinendi rem alteri hypotecatam, ad effectum confirmandi hypotecam poſterioris creditoris, vel ad effectum ſe liberandi à debito. *Menoch. de arbitr. caſ. 232. nu. 1. ſeqq.* Vbi quod ſi agatur de re immobili ſolutioni parata ſufficiat oblatio verbalis, ſicut etiam ſi agatur de pecunia, & creditor recuſet recipere, vel ſi quantitas non ſit certa, & liquida, nam tunc ſufficit oblatio alicuius ſummæ, cum proteſtatione ſupplendi facti calculis; ſed quando ſumma eſt certa, & creditor vult eam recipere, non ſufficit oblatio verbalis, ſed requiritur depoſitio, & conſignatio. *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. q. 83. n. 2. ſeqq. cum pluribus ſeqq. quæſtionibus. Tuſc. lit. O. concl. 20. Ricc. collect. 373. 1106. 1131. Rota p. 13. rec. d ciſ. 258.* vbi quando ſufficiat verbalis oblatio ad impediendum vſuras dotales inter ſocerum, & generum.

Quando oblatio verbalis non ſufficiat ad euitandam caducitatem, vel pœnam, ſed opus reali. *Altograd. conſ. 24. lib. 1. nu. 76. ſeqq. Bardellon. conſ. 151. lib. 2.*

Quod oblatio verbalis de parendo mandatis Rotalibus, & huiuſmodi, non ſufficiat, vbi requiritur aliquod factum præciſe, & poſitiuum à condemnatis explendum. Sed dicatur ventoſa oſtentatio, quæ non recipitur ad impediendam declaratoriam, ob non peritionem. *Rota p. 13. rec. dec. 246. rec. dec. 260.*

587 Oblatio abſq; depoſito ſtante incertitudine prouenienti & partis obligatæ culpa, ad rem retrouendendum, vel creditor recuſet recipere. *Gratian. diſc. 786. nu. 7.* Cum proteſtatione ſupplendi, alias non ſufficit, ſed requiritur depoſitum. *Merlin. de pign. lib. 5. q. 83 num. 2 ſeqq. & 99. & ſeqq. Tuſc. lit. O. concl. 20. Ricc. coll. 373. 1106. 1131. Rota p. 13. rec. 246. 258. 260. Altograd. conſ. 24. nu. 87. ſeqq. lib. 1. Bardellon. conſ. 151. Boer. dec. 124. nu. 25. Burat. dec. 517. nu. 3. Duran. dec. 108. nu. 4. Pacion. de locat. c. 50. nu. 47. & ſeqq.*

Sed obligatus ad implere non excuſatur, per ſimplicem oblationem, ſed teneatur de reali, & verò adimplemento *Duran. dec. 400. num. 4. dec. 296. nu. 6. p. 5. rec. Conciol. alleg. 59. n. 42.*

Cum quis tenetur adimplere, non ſufficit oblatio de adimplendo *Conciol. all. g. 59. n. 41. verſ. neque & 60. num. 35. Gratian. diſc. 639. num. 18. Rota dec. 297. num. 3. p. 3. rec.*

588 Clauſula: *refectis expenſis* non admittit oblationem. *Gra ian. diſc. 786. num. 19.*

589 Beneficium retractus non competit ex ſola oblatione, abſq; depoſito, maximè, ad effectum lucrandi fructus. *Gratian. diſc. 786. nu. 3. 4. 5.*

590 Conuentio, vt in retrouenditione ſoluatur prius integrum pretium, excludit verbalem oblationem *Gratian. diſc. 786. num. 12.* Et ſic verbalis non admittitur in pacto de retrouendendo. Idem *diſc. 786. num. 11.*

Realis, non verbalis eſt facienda per hæredem, legati relicti à teſtatore. *Gratian. diſc. 246. num. 18. & 21.*

591 Oblatio ſortis, & fructuum cenſus, & Interpellatio ad recipiendum, & quietandum, iuxtà minutam in actu datam, in qua continetur conditio inueſtiendi, nihil operatur, tamquam redacta ad Inſtrumentum conditionale, quod non erat adimplendum. *Gratian. diſc. 795. num. 6.*

592 Oblatio, ſeu ius offerendi non competit ſecundo creditori ſimplici chirografario, ad effectum ſuccedendi in locum primi, & bona debitoris vindicandi, cum ſit neceſſaria hypoteca in ſecundo creditore volente vti iure offerendi, niſi huiuſmodi creditor chirografarius poſſideret, quia tunc pro vt quilibet alius poſſet offerre, vel niſi in ſcriptura priuata, ſiue chirografo contineretur hypoteca. *l. cum tibi 10. C. qui potior. Neguſ. de p gn. p. 5. membr. 3. nu. 6. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. qu. 46. Morat. de iure offer. nu. 41. ſeqq. Tuſc. lit. O. concluſ. 79. Sabell. reſol. cap. 21. nu. 1. & ſup. nu. 10. 11.*

593 Sic oblatio realis non ſufficit ad impediendum curſus vſurarum, ex ſtipulatione debitorum, ſed opus eſt conſignatione, & depoſitione.

ne. Ciroc.disc.79.nu.12.l.si perte.& l.si creditrici. C.de vsuris. Hund d.cōs.36.n.16.seqq.lib.2. Antonell de locis legal.lib.2.c.55 nu.62.

Sufficit verbalis oblatio quando pars recusat, nam tunc habetur proreali. *Capyc. Latr. consult.37.nu.35. DD.in l.acc.ptam.C.de vsuris. Muta dec.55.nu.9.*

594 Quando sit facienda oblatio ad domum creditoris, quid operetur. *Tusc.d.lit.O.cu: tclus.23.24.25 26.Sabell sup. nu.11. Gusm.de euict.q.18.Mar:scot.lib.1.var.cap.57.Giurb.obs.84.*

Licet in contractu solutio sit facienda in tali loco destinato, tamen debitor contenetur pecuniam deferre ad domum creditoris, sed sufficit debitorem esse paratum soluere in suo domicilio. *Ruland.à Valle cons.87.n.14.vol.1.*

Maxime si debitor est paratus soluere omnes expensas, & interesse creditori, ob solutionem factam in alio loco, quam destinatæ solutionis. *Scacc.de commerc.§.20. gl.5. nu.200. seqq.Gait.de credit.c.2.tit.7.n.1573. Olea de cess. iur.tit. 1.q.8.nu.16.17.* vbi idem esse dicit in creditoris fauorem, vt si recipere debeat solutionem in loco à debitore electo, potest petere fieri solutionem in alio loco, & soluere expensas, & interesse. *l.3.§.fin.ff.de eo, quod cert.loco. l.pecuniam ff.de cumpensat. Luca ad Capyc. Latr. consult 37. Antonell.de loco legal.lib.2.c.21.n.41.*

Oblatio quomodo sit facienda, si creditor redditus domicilium mutauerit, & nescitur vbi sit, tunc fit summaria informatio, per apparitoré à vicinis locis, vbi versabatur, per edictum publicum, siue præconium vocabitur, pernotata in *l.si co t mpore.C.de distract. pign.* Et tunc non requiritur, nec depositio, nec consignatio. *Ruderic.de anu.reddit.lib.2.q.15.n.55.56.*

595 Oblatio realis sufficit ad Penam, & Caducitatem euitandam. *Bich.dec.132. nu.40. & repetita in rec.dec.201.p.9. Massa.de confiscat.q.72. nu.73. Ciroc.disc.79.nu.1. Antonell.de loco legal. lib.2.c.55.nu.62. D.Palma dec.238.n.14.*

596 Oblatio sola sufficit debitori non habenti, cui legitime soluat *Fab.in C.lib.4. tit.24.de vsur.defin.39. Olea de cessiuur.tit.1.qu.6. num.53. Franch.decis.227. Luca ad Capyc. Latr. consult. 37. num.8.*

597 Oblatio liberarem debitorem speciei ipso iure; sed debitorem generis ope exceptionis. *Bart.in l.qui decem.72. ff.de solutinu. & liberat. D.Rubeis de cunfus.c.18.nu.110.*

598 Post litem contestatam, an prosit. *D.Rubeis sud.nu 144.seqq.* Vbi non, nisi emptor petijsset alternatiue rem, vel re non tradita, interesse solui. *Giurba dec.114.nu.1. Meso resol.lib.3.cap.31. Coras.Miscellon.iur.ciuil.lib.2. cap.3. num.5.seqq.*

599 Oblatio interesse non liberat coniugem à facto præciso. *Panormit.in c.1. de sponsal. Coras. d.c.3. D.Rubeis sup.nu.118.*

600 Oblatio rei ante moram ad mittitur. *Cancer.var.tit.de empt.c.13.n.9.* nisi debens implere contrauenisset promissis, comittendo. *Cancer. sup.tit.de instrum quarantig.n.111. D.Rubeis sup. nu.126.& nu. 59. R.Capyc.Latr. consult.37.& dec.30.* vbi *Gizz.& Mansell.*

601 Immo post moram si ius creditoris non est factum deterius, & præcipue in S R.Consilio. *l.sed & si post tres ff.si qu s caution.* vbi *gl. Affl. dec.174. Anna sing 349. Franch. dec.482. R.Capyc.Latr.& Addentes dec.30.*

602 Si quis sit condemnatus ad relaxandum Territorium, sit possessor opponat fecisse in illo melioramenta, debet victor offerre pretium illorum, si sint probatæ in termino, & interpellare possessorem victum ad recipiendum; verum dicta oblatio debet fieri ante executionem sententiæ, de retinendo pronunciatæ, ad fauorem possessoris, alias locus est solutioni. *Mangil.de euict.q.40.num.23.14 Ciroc. d sept.57.nu.39.* Et quatenus sit renitens in recipiendo oblatam pecuniam liquidatam pro melioramentis, locus erit deposito. *Rota decis. 44.nu.7 p.17.rec. De Angelis de impensis, & Meliorat.art.10.nu.28. 34.*

Si verò insententia adsit clausula relaxationis territorij cum clausula: *Solutis prius meliorationibus*, tunc non sufficit cautio de illis soluendis, sed debet esse realis illarum solutio. *Amat res.14.nu.43.51.P regr.de fideicom.art.50. nu.82.Statil.de Saluian.Inspect.2.c.2. nu.252 & 257. Add ad Burat.dec.169.num.15.* vbi subdit, quod idem esset, si venirent melioramenta restituenda ex conuentione interpartes inita, & *idem Burat. dec.812.nu.5.* Et *Add. add. decis.169. infine. Card. Albrit.in annot.ad decis.23 Pamphil. vers.caeterum.* latè *Angel sup.n.30.& 31. Cyriac. co.tr.194. Giurba decis.60. R. Mariu.l.b.1. res.&* ibi *D.Rodoer.& D.Luca, Salgad. Labyr.cred.p.1. c.11.n.87.seqq. R.Reuert.& Marin.dec.559. Barbat.de assist.& Alij.*

603 Oblatio totius crediti est facienda à marito posteriore creditore, ad fauorem anterioris creditoris, licet maius sit creditum, quam valor rei possessæ. *l.1. C.si antiq.cred. Franch.dec.38.n.1. Cyriac.contr.174.num.5.seqq. Merlin. Sabell.& Ricc.* hic infrà citandi: *D.Angelis de expens. & Meliorat.art.17.nu.1.*

Limita si fuerint facta melioramenta, nam tunc deductis melioramentis consideratur in oblatione æstimatio rei de præsenti cum augumento etiam intrinseco; quo mediante ex beneficio temporis res aucta est. *Franch.decis. 38. nu.3.seqq. Cyriac.contr.194.nu.10. Sabell.resol.c.21.nu.26.27. Merlin.de pignor.lib.2. tit.2.qu.69. nu.5. Ricc.dec.262.nu.1.& 2. D.Angelis sup.nu.*

604 Ad recipiendam sortem, & fructus census debet fieri oblatio per procuratorem, cum speciali mandato. *Gratian.disc.785.nu.8.9.*

605 Oblatio iudicialis non costituit in mora, nisi cōstet, quod debitor habuit pecuniam promptam, & consignabilem: *Card. Luca de dote disc.51. num.8.*

Alia plura in materia oblationis, & iuris offerendi. *Merlin.de pignor.lib.4. tit.2. Negus.de pignor.*

pignor. p. 5. membr. 3. Mutat. de iure off. r. per tot. Duran. dec. 445. Sabell. §. creditor. nu. 3. & in resol. t. c. 21. Tusc. lit. O. conc l. 76. & seqq. Merlin. decis. 834. hieb. dec. 43. & 95. Costa de ration. ra. q. 65. & Alij.

ALIVD SVMMARIVM.

QVÆSIONIS XLVII.

Solutionis loco succedit Datio insolutum, & illius loco succedit. n. 606.

Datio insolutum necessaria, & voluntaria. n. 607. Vbi differentiæ inter vtrumq; n. 608. 609. 611. 612. 613. 614. 615. 616. Vbi an ex necessaria, & voluntaria debeat solui laudemium.

Datur insolutum datio nec voluntaria, nec necessaria. num. 610.

Facta vnico pretio indiuidua. n. 617.

Alia expressa, alia tacita. n. 618. Vt vna causa non cedit in aliam. nu. 619.

Facta in executionem Instrumenti, iuxta illud facta censetur. nu. 620.

An, & quando in dubio præsumatur. num. 621. 622. 628. 629.

Datio insolutum habens facit fructus suos illius rei. num. 623.

Fit de credito liquido. n. 624.

An valeat facta à fideicommissario. n. 625.

Datio insolutum pro dote, quid. n. 626. 627. nu. 700.

Ad obtinendam dationem insolutum, quæ concurrere debeant. num. 630.

Datio insolutum nominis debitoris, quando sit vera insolutum datio, & extinguat creditum, & quando non. n. 631. & à nu. 632. ad n. 646.

Creditor non potest dationem insolutum respuere quando? n. 647. 649. 650. 651. 652.

Possunt dari insolutum, etiam fructus rei stabilis. num. 648.

Præsumitur datio insolutum quando est appretium rei. num. 653.

Quando compensatio. nu. 654.

Quibus modis possit fieri. num. 655. 656. 657. Vbi de verbo: assignare. *n. 658. 659. 660. 661.*

In datione insolutum nominis debitoris, an requiratur præsentia, & consensus debitoris. n. 662.

Datio insolutum à debitore Creditori extinguit debitum. num. 663.

Per illam, an liberentur fideiussores. n. 664. 665. Vbi de reseruatione priorum Iurium, num. 666. 667. 669. 670. Quid fauore dotis. n. 671.

Datio insolutum supponit debitum certum. n. 672.

Facta in maiori quantitate, quam debitum, quid? nu. 673. 674. 675. 679. 676. 677.

Datio insolutum in dubio, an illa, vel potius pignus. n. 678. 679. 680. 683. 684. 685.

Quid fauore dotis. n. 681.

Non insolutum datio, si res debitoris à creditore occupata. n. 682.

Datio insolutum à Iudice potest fieri dupliciter, vel in pœnam, vel diffinitiuè. n. 686. Quid facta à parte. nu. 687. 689.

Petens rescissionem dationis ex capite nullitatis, an veniant fructus. n. 688.

Pactum, quod pignus censeatur datum insolutum creditori, valet. n. 690. Quid fideiussori? n. 691.

Datio insolutum ex falsa debiti quantitate, an sit nulla in totum. n. 692.

Datio insolutum an sit ad instar venditionis, & habeat illius naturam? n. 693.

Creditor in genere, si ei fuerit insolutum datum aliud genus, quid. n. 694.

Quid si facta assignatio. n. 695. 696.

Datio insolutum non est perfecta, si aliquid remanet agendum. n. 697.

Minor dans insolutum, quid. n. 698.

Facta cum reseruatione dominij, quid? n. 699.

Quale remedium competat aduersus insolutum dationem. n. 701.

Hæres cum inuentario, an possit dare insolutum pro dote. n. 702.

Datio insolutum, siue receptio, an possit fieri in præiudicium creditorum anteriorum. n. 703. 704.

Datio in solutum facta ab hærede, an pro dimidia. num. 705.

Datio insolutum quando retrotrahatur. n. 706.

De sui natura perpetua. n. 707.

Probat veram numerationem. n. 708.

Præsumitur valida, & omnia interuenisse. n. 709.

Non præsumitur facta in fraudem vsurarum. num. 710. 711.

Licet aliud pro alio solui non possit à debitore creditori, Tamen multoties fit, prout est secundum dispositionem tex. auth. Hoc nisi debitor, C. de solutionibus. *n. 712. & à n. 713. ad n. 718.*

Idem in hærede, quo ad tex. l. fin. §. etsi præfatam, C. de iure deliber. *n. 719. & à nu. 720. ad num. 751. Vbi tota materia.*

An competat datio insolutum debitori quando adest fideiussor. n. 752.

Non competit, vbi in loco debitor reperit pecuniam. num. 753.

Competit Vniuersitatibus debitricibus. n. 755.

An contra debitum Ecclesiæ. n. 756.

An contra debitum ex causa dotis. num. 757. Alimentorum. n. 758. In causa fiscali. n. 759. In causa pensionis domus. num. 760. In causa debiti frumenti. n. 761.

In debitis Instrumentarijs. num. 762. Vbi est obligatio Cameraria, & Cambij. n. 763. 764.

Vbi creditor non molestat debitorem non competit datio insolutum n. 765.

In causa delicti. n. 766.

Nunsi debitor recipit pecuniam sub spe talis beneficij. num. 767.

Non competit debitori doloso. n. 768. 769.

Non competit creditori posteriori cogendi anteriorem ad recipiendam dationem in solutum. nu. 770.

Competit illi, qui velit operas suas dare pro debito. num. 771.

Non competit contra pauperem. n. 772.

An competat vbi sunt duo debitores. n. 773.

An reuocet creditor, si debitor perueniat ad pinguiorem fortunam. n. 774.

Quid edit insolutum, an possit rem re habere? n. 775.

An

Quando Contractus resoluatur per Dationem insolutum, & Adiudicationem bonorum, per Cessionem bonorum, per Oppositionem beneficij, *c.Odoardus, tit.de solutionibus*, & beneficij: *Deducto ne egeat?*

606 SOlutionis loco succedit Datio insolutũ, & illius loco succedit per *tex.l.1.ff.de salut.Paris.cons.81.nu.35.Soccin.iun.cons.41.n.14. cons.181.num.9.vol.3.Aretin. de soluti.§.9. Fontanell.de pactis cl.5. gl.8.num.86. Thor.vot.74. nu.39.Cyriac.contr.374.375. Franch. dec.50.nu. 2.Carther.dec.19.no.4. Viscont.conclus.iur.verb.* Datio insolutum. *Costa de retrotract. pag.172. no.2.& tract.de port.rat.qo.26. Nouar.de dation. insolutum.lib.1.q.10. D.Gottier.de compensat.qu. 20.nu.13.lib.2.Ceoc.de censib.q.108.num.12.qu. 66.nu.24.seqq.Conciol.alleg.51.no.3.52.num.11. Merlin.de pign.lib.5.q.4.nu.1.Bisogni. alleg.122. D.Capon.discept.187.seqq. Vaz axiom. iur.lit.S. nu.47.*

Immo censetur solutio. *Conciol.d.alleg.51. num.4.R.Capyc.Latr.dec.147.num.2. Posth.de subhast.insp.42.nom.4. Costa de retrotract. cas.27. n.2.Surd.cons.413.n.13.*

607 Datio insolutum alia est necessaria, alia voluntaria, Necessaria est ius, siue facultas, vel priuilegium offerendi creditore inuito, in stabilibus, quod in pecunia debetur, concessum debitori carenti pecunia, & mobilibus, qui facta diligentia vendendi iustum emptorem non reperit. *auth.hoc nisi.C.de solution. Nouar. de datione.insolut.q.1.n.5.*

Et vbi assignatur species pro genere necessaria est. D.Rosa *consult.15.n.5.lib.2.*

608 Et est illa, quæ inuito creditore fit in iudicio, cum authoritate, & decreto Iudicis. *Iason.in l.fin.C.de iure emphyt. Alex.cons.52. Bald.cons. 122.lib.3.Amad.de Ponte tract. de laudem.q.28. Costa de remed.sub sid.remed.3. Nouar.sup.q.2.n.4.*

609 Voluntaria est quæ extra iudicium, nullo cogente ex partium communi concordia fit. *Cæfal.cons.98.num.45.Menoch.cons.201.num.3. Tusc.lit.D.concl.23.nu.6. Intrigl.sing.327.nu.4. lib.1.Costa de remed.subsid.remed.3. Borrell.cons. 33.nu.73.Rouit.cons.18.num.8 vol.1. Thor.vot. 62.no.59.Nouar.d.q.2.nu.3.* Quæ debet acceptari à creditore, & quoties non est acceptata, non præsumitur datio insolutúm. *D.Catan dec.20.n.35.Andre.* l.contr.123.n.1.

Sed debet fieri cum consensu vero creditoris, aliàs nulla est, vt in datione insolutum facta à debitore carcerato, creditori, propter metum, quod intellige si carceratio est iniusta, secus si iusta. *Rota dec.43.post Merlin.de pignor.*

610 Datur etiam datio insolutum, nec voluntaria, nec necessaria, & est quando debitor à creditore emit pignus, nam non facit quod res sit empta sibi, nam rei suæ emptio nulla est, sed operatur, quod talis pecunia cedat insolutum creditori, & id præter voluntatem, æquitate suadente. *Glusian.in commentar. ad Const.l.A. Mediolan de bonis insolut.dand.c.1.n.23. Nouar.d.q. 2.num.9.*

611 Datio insolutum necessaria, & voluntaria requirunt iustitiam, & causæ veritatem, & vtraque fit ad instar venditionis transferens dominium, & possessionem. *Costa de remed.subsid.remed.3. Nouar.sup.q.3.n.1.2.3.*

612 Differunt, quia datio insolutum voluntaria, Iudicis decretum non requirit. *Borrell.cons. 33.nu.83.Thor. vot.92. num.52.* Necessaria *iu. Nouar. sup.n.4.*

613 In voluntaria pretium taxatur à partibus, in necessaria calor licitantium, sic non potest prima fronte opponi, quod non sit facta iusto pretio. *Ferr.in pract.Pap.ens.in forma execut.sententi.n.20. Nouar.sup.n.5.*

614 In voluntaria datione insolutum, actiones cedi debent. *l.in solo.om. C. quando fisc.vel priu.t.* In necessaria transeunt vtiles absq; cessione. *l.postquam.C.de hæred.vel action. Nouar.sup. num.7.*

615 Voluntaria liberat ipso iure, sed necessaria non. *Glusian.sup.lib.2.c.2.nu.49.* Vbi dicit etiam ex datione insolutum voluntaria, nouationem nascere, ex *Bal.cons.308.lib.3.* Ex necessaria nõ ex *l.salutem.ff.de pignor.act.Panor. in c.examinata,de iudic n.14.Nouar.sup.n.10.11.*

616 Datio insolutum voluntaria operatur, vt ex ea debeatur laudemium, necessaria vero non. *Amad.de Ponte qq.laudemial.c.37. Burg. de laudem.p.2.insp.3.* Sed non dicitur necessaria quando oritur ex obligatione facta per alienantem. *Franch.dec.277.*vbi Luca. *Burrell. in summa dec. tit.de laudem.nu.39.tom.1.Nouar.d.q.3.n.6.*

Nam laudêmium non debetur in alienatione ex causa necessaria, non voluntaria. *Gratian.disc.227.nu.46.seqq.d disc.784.n.6. seqq.Sperell.dec.99.Posth.de subhast.insp.48.n.80.seqq.*

Secus si necessaria, sed ex debito voluntario con-

contractum per ipsum alienantem. *Franch. dec. 277. Thesaur. dec. 239. Caualer. dec. 360. n. 4. Gratian. disc. 544. n. 49. Fulgin. de iure emph. tit. de Laudem. qu. 8. nu. 48.*

Sed contra quod etiam in alienatione necessaria pro ampliatione Ecclesiæ debeatur. *Costa de remed. subsid. remed. 52. illat. 1. Fontanell. decis. 277. 278. dec. 279. 280. 281. 587. 588.*

617 Datio in solutum facta vnico pretio est indiuidua. *Beniel. cons. 63. nu. 39. 41.*

618 Datio in solutum alia est expressa, alia tacita. *Glusan. sup. lib. 2. c. 2.* vbi exempla *Nos* dicamus *infra.*

619 Datio in solutum ex vna causa non cedit in aliam. *Rota post Oleam de cess. iur. dec. 8. nu. 4. 8. Ludouis. dec. 366. Caualer. dec. 165.*

620 Datio in solutum facta in extinctionem instrumenti, iuxtà illud facta censetur. *D. Cerra dec. 417. nu. 10.*

621 Datio insolutum in dubio præsumitur quando debitum est pro dote. *D. Cerro dec. 930. n. 4.* maximè si debitum dotale non excludit valorem rei. *num. 5.*

622 Datio in solutum per verba præsentis temporis concepta, actus perfectionem demonstrat, non simplicem præparationem, & præambulum. *D. Cerro. dec. 417. nu. 9.*

623 Datio insolutum facit fructus suos, nec ex computat in sortem. *D. Cerro dec. 319. n. 14.*

624 Datio in solutum fit de liquido credito. *D. Cerro dec. 208. nu. 13.*

625 Datio in solutum facta à fideicommissario non valet, si dicto tempore penes grauatum res reperiebatur. *D. Cerro dec. 306. nu. 2.*

626 Datio insolutum pro dote potest voluntariè reuocari, & dari alia res, quæ succedit in locum primæ, & cum iisdem prærogatiuis, nam datio insolutum ex causa dotis non extinguit primæua iura. *l. qui res 96. ff. de solution. D. Rosa consult. 51. nu. 10.*

627 Datio insolutum Vxori facta pro suis dotibus, si perfecta sit, ab ea nequit deinde reuocari, *D. Rosa consult. 53. num. 15.* Cum vera dotis restitutio sit. *nu. 17.*

Datio insolutum in dotium assecuratione, potest dici celebrata, quamuis sit dictum, vt fructus constante matrimonio percipiendi in alimenta cederent viri, & filiorum. *D. Rosa d. consult. 53. num. 16. & 20.* maximè ob obseruantiam tot annorum, nam obseruantia explicat actus dubios. *Roma. cons. 49. n. 7. lib. 1. Mota dec. 81. nu. 24. Fontanell. de pactis. lib. 2. cl. 6. gl. 3. p. 2. nu. 4. Auna alleg. 52. Roman. cons. 95. nu. 14.*

628 Datio in solutum facta est, si partes dixerunt se in solutum dare. *Surd. cons. 141. num 18; Duran. dec. 266. nu. 23. Rota diuers. dec. 392. num. 29. Merlin. dec. Luc. 33. num. 11. D. Rosa consult. 7. num. 6.*

629 Sic insolutum est, si creditori quantitatis res aliqua assignatur, & verba assignationis apta sunt ad dominij translationem. *D. Rosa consult. 7. nu. 8.* post *Decian. resp. 35. lib. 2. nu. 42. Menoch. cons. 201. nu. 9. 10. lib. 3. Menoch. idem de præsumpt. lib. 3. præs. 170. nu. 7. Farinac. decis. 47. post primum tom. consil. nu. 2. in fine Ludouis. decis. 194. nu. 14. Surd. cons. 145. nu. 36. cons. 217. nu. 21. Monach. dec. Bonon. 40. Punct. 3. n. 20. Duran. dec. 99. nu. 3. seqq. lib. 1.*

630 Ad obtinendam insolutum dationem per debitorem debet probari impotentia debitoris soluendi in pecunia debita. *Roman. consil 163. Cephal. cons. 195. vol. 2. Caroc. de oblat. q. 10. num. 2. Ludouic. dec. 62. p. 2. Trentac inq. var. lib. 3. tit. de solut. res. 36 Baeza de inopt. debit cap. 1. nu. 97. Aretin de Fideius. c. 7. num. 5. fol. mihi 100. Nouar. de datione in solutum. sect. 2. qu. 1. Guttier. de Iuram. c. 29.*

Sic debet citari creditor. *Nouar. sup. sect. 2. q. 2. 3.* vbi impugnat, & bene *Couar. pract. c. 6. nu. 3. Mexia in pragm. texa. Paris concl. 44. Barbos. in remiss. DD. ad ordin. Lusitan. lib. 3. tit. 5. nu. 9.* Cum creditor possit probare contrarium. Vbi *d. q. 3. nu. 9. seqq.* dicit in paribus probationibus, esse attendendas illas debitoris, cum qualitas inopiæ sit naturalis. *Velasc. de priu. l. paup. q. 5. nu. 17. p. 1. Nouar. sup. pragm. collect. 134. nu. 2. Beuincas. de pauper. q. 3. nu. 5. Caroc. de excuss. bonor. q. 35. n. 11. p. 2.*

Debet probare, quod nec pecuniam, nec mobilia habet. Caroc. *de oblat. q. 10. nu. 3. Gozadin. cons. 32. nu. 8. Cephal. cons. 195. nu. 8. 9. Trentacinq. sup. resol. fin. num. 7. Scayn. decis. 60. Nouar. sup. qu. 4.*

Debet probare, non reperijsse emptorem ipsius bonorum. *Caroc. de oblat. q. 10. n. 7. Guttier. dè contract. Iurat. cap. 29. Costa de remed. remed. 3. nu. 3. Mangil. de euict. q. 146. nu. 15. Manson. de caus. execut. lim. 3. nu. 8. Scayn. decis. 60. num. 5. Nouar. qu. 5.*

Sed in subhastatione non debet citari creditor, ad hoc vt videat, quod non adest emptor. *Honded. cons. 18. nu. 56.* Guttier. *pract. qq. qu. 146.* decisum refert *Nouar. sup. q. 6.*

Talis datio insolutum potest, & debet proponi ante litem contestatam, alias postea non habet locum. *Bursat. cons. 84. lib. 1. Carpan. ad statut. Mediolan. c. 163. nu. 18. Rota Bonon. diuers. 70. in addit. Costa remed. subsid. 3. num. 7. Nouar. sup. qu. 18. sect. 1.*

Debet debitor dare listam suorum bonorum creditori. *Roman. cons. 165. num. 6. Ias. cons. 9. nu. 24. Ludouic. decis. 64. num. 9. Bursat. cons. 9. nu. 51. Maur. de fideiuss. fol. 101. c. 7. n. 9. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de solut. resol. fin. Nouar. sup. q. 7. sect. 1.*

Et creditor potest eligere rem quæ sibi placet, sed facta electione non potest variare. *Loffred. cons. 19. nu. 3. Capyc. dec. 46. Ludouic. dec. 65. n. 20. Caroc. de oblat. p. 2. q. 10. n. 87. Nouar. su. q. 9*

Verum debitor ille debet dare cautionem pro euictione rei datæ in solutum, & illam debet offerre in ipso actu oblationis, & non sufficit post. *Roman. cons. 93. Natta cons. 344. vol. 2. Nouar. sup. q. 11. Bursat cons. 9. n. 51. lib. 1. Cephal. cons. 195. nu. 1. lib. 2. Ludouic. dec. 64. Trentacinq.*

d. lib.

d.lib.3.v tr.ref.36.Curoc.de obl st,q.10.n.3.Manr. de fid.c.7.Mnuson.lim.3.n.8.

Debet debitor dare titulos, & instrumenta dictorum bonorum acquisitorum, *Iaf.consil.9. lib.1.Ludouic.dec.64. Gutier.de instrum.confirm. c.28.nu.2.Koppen.dec.55.nu.24. Rota in rec.dec. 42.p.3.Arctin.de fideiuss.cap.7. Manson.lim.3.nu. 7.de caus.exeeut, Maugil.de cuttimn.q.146. nu.15. Scayn.dec.60.nu.6.* licet contra teneat *Trentacinq.sup.resol.36.Nouar.sup.q.12.*

Requiritur quod debitor sit carceratus pro facienda tali datione insolutum. *C.ftll.in l.20. Tauri gl.in deneros.nu.5, Guttier.pract.c.146.lib. 1.vers.ex quo.* Sed *Nouar.sup.qu.13.* dicit contrarium

Si velit vendere bona stabilia, sed non reperiat iustum pretium. *Afflit.dec.358.nu.5.Portad. quotid.lib.2.§ fin.p.5.c.17.à nu.22. Francb.decis. 81.vbi Luca.Pascal.de patr.potest.p.2.c.9.nu.95. Nouar.sup.sect.vl.q.20. Costa de remed.subsid.remed.3.nu.3.Mnusnu.d.lim.3.nu.9. Guttier.de Iuram.p.1.c.28.nu.3.*

631 Si pro solutione, & satisfactione fiat assignatio nominis debitoris, censetur facta insolutum datio. *Menoch.consil.201. num.6.lib.3.& de prasumpt.lib.2.pras.93.nu.6. Rota* post *Cenc. dec.290.num.3.D.Rosa consult.7. nu.8.Rosis obs. cap.3.num.17.*

632 Datio insolutum nominis debitoris pro pretio rei emptæ extinguit debitum, ità vt non possit venditor agere ex védito,sed ex datione insolutum, si impediatur exigere nomen cessum. *Marta vot.pts.144.Merlin.de pignor.lib.5.q. 5.Castill.contr.lib.4.c.59. num.34.53.seqq.& lib. 5.c.77.num.5.seqq.*

Quod intellige si impediatur exactio, quia nomen illud non sit verum, secus si non esset locuples, nam dans insolutum nomen debitoris,aut illud vendens tenetur facere illud verũ, sed non locupletem, & soluẽdo.*l.pupilli.§.fin ff.de solut.l.intec.causas.§.ab esse ff.mondoti l.plus vel M.nus. §.qui nomen ff.de euiction l.nomen.ff. de hæred. vel.act. vendit Margil de euict. qu.80. Affl.dec.335.nu.18.Francb.dec.50.nu.2.* Qui loquitur etiam si nomen illud sit euictum. *D. Galcot contr.32.Censal.ad Surd.dec.113.D.Rosa consult.15.num.16.lib.2.D.Vrccol.consult.2.num. 1.R.Capyc.Latr.consult.144.nu.2. Thor.in C.rerum Indic.lib.2.c.35.num.146.148.& voto 91.n. 72.86.lib.1.Amat.res.37.nu.28.Nos ad.R.Rouit. conf.75.num.1.lib.1.Castill.lib.4.c.59.num.33 & lib.5.c.77.*

633 Quę conclusio procedit non tantum in insolutũ datione facta à Iudice, sed etiam à parte post *Soccin. sen.cons.37.vol.4.Aucndan.resp.13.n. 7.Surd.dec.326.n.13.Fab.de err.prugm.p.3.decad. 58.err.5.R.Rouit.conf.75. lib.1. num. 19.& seqq.* vbi *nostra addit.D. Rosa sup. num.18.*

Et licet aliqui velint non procedere conclusionem,si debitor cessus esset decoctus, & non soluendo tempore cessionis. *DD.*apud *Rouit. conf.75.nu.19.vers.quando autem.*

Tamen verior est opinio quod illa procedit quamuis eo tempore non esset soluendo. *Bald. conf.72.nu.2. vol.3.Cumman.cons.4.in fine.Castr.in l.3.ff.de fideiuss. & in l.Meuin. n.4. ff.solut.matr.* vbi limitat fauore dotis. *Rota Gen.dec.156.n.1. Surd.conf.441.n.6.vol.3 conf.452.n.15.16. Eugenu conf.73.nu.28.R. Rouit.conf.75.nu.11.lib.1. per tex.expressum in l.inter causas.§.nbesse ff.mandat.D.Rosa d.consult.15. nu.19.* post mille *Marotta disept.31.nu.25.Gusm.de euict.q.35. Fab.in C.lib.4.tit.29.defin.15.nu.8.Cenc.de censib.qu.72. nu.23.Franch.dec.108.nu.1.dec.427.nu.5.Mesa. lib.1.c.43.nu.7.Hodiern.contr.27. num.2. Nos ad Rouit.d.co f.75.nu.15.Salgad.Labyr.p.3. c.2. nu. 45. & seqq.*

Sed alij dicunt hæc procedere, vbi is, qui recipit nomen debitoris insolutum, sciat illud soluendo non esse, secus si ignoret, Tamen id intelligendum est, vbi quis recipit in solutum nomen debitoris non soluendo, ignoranter, iustam, & probabilem assignat causam, alioquin in dubio præsumitur sciuisse, vel scire debuisse. *Franc.dec.427.num.6.in fine.Tonnut.qq.ciuil.q.49.nu.14.Hermosill.l.23. gl.4.d n. 10 tit.5.p.5.D.Galcot.contr. 32.nu.20. Barz.dec. 110.Thor.vot.91.num.81.seqq. Gusm.de euict.q. 35.Stefan.dec.52.D.Rosa d.consult.15.nu.21.Nos ad.conf.75. num.2.3.*

Si vero fiat non soluendo post cessionem, nulli dubium est, ad nihilum teneri insolutum dantem *l.si nomen, & l.periculum. ff.de solution, Tonnut.Cusmnn.Thor.sup.Giurba dec 87. nu. 10. Cyriac.contr.169.nu.4.& 10.contr.225. nu.7.& 31.Cenc.de censib.q.73.nu.23. Fontanell.dec.167. nu.1.id.in Thor.in C.c.§.35.à num.85.seqq. Prat. disc.21.nu.57.l b.1.Salgad.Labyr. p.1.c.27.num. 59.61.Staiban.res.96.nu.19.* vbi etiam de negligentia cessionarij. *Nos d.conf.75.nu.4.*

634 Differt datio insolutum ab assignatione nominis debitoris gratia solutionis consequendæ,quæ est: actiones contra nomen debitoris creditori demandare,vt seil.eas exercendo à nomine debitoris exigat, quod sibi debetur; & exactum sibi retineat in satisfactionem crediti,& ideo tunc non ceduntur creditori actiones, vt eas sibi acquirat, sed tantum demandantur,vt exerceat,vt bene probat *tex.in l.si mandato 22.§. interdum ff.mand.ti,ibi: vel vt cum debitor meus periculo suo debitorem suum mihi delegat.* Ideo cedens non liberatur, nisi cessionarius exigat quantitatem sibi debitam, cessam, *Marta in summa dec.tom.3.ver.cessio c.p.28.32. Tonnut,q.49.à num.3. Cenc.dec.3.num.43. Fontanell.dec.187.Thor.vot.91.nu.40.seqq.Gusm.de euict.q.35.num.88. Scacc.de commerc.§ 2.gl.5.à nu.250.Salgad.labyr. p.3.c.20.num.37.45.Rouit. conf.75.nu.6,15.lib.1. Hodiern.ad Surd.dec.266. num.19. R.Capyc.Latr.dec.148. num.24.27.28. Merlin.de pignor.lib.5.q.13.num.5.& q.12.num.9. 10.& qu.30.à nu.32. Leotard.de vsuris q.39.nu. 51.Olen de cess.iur.tit.7. q.3.num.21. Nos d.conf. Rou.75.nu.26.*

635 De-

635 Verum è contra dare insolutum est cum datur quidem nomen creditori, non tamen ad finem, vt ab eo exigat, & sibi soluat, sed vt nomen illud ipsius creditoris perpetuò fiat, illique acquiratur, & Ideo tunc actiones creditori ceduntur, vt acquirat non tantum demandantur, vt exerceat, vt probat *tex. l. pupilli. §. soror. ff. de solut.* ibi: *vt nomine debitoris contenta legatum non peteret*. Et quidem nomina ipsa hoc demóstrant. Nam in priori specie datur nomen pro soluendo, non pro soluto, vt scil. creditor ab eo exigat, quod sibi debetur, in secundo vero casu datur pro soluto, hoc est, vt creditor loco solutionis pecuniæ sibi debitæ, nomen debitoris acquirat, & ita explicant *Marlian. dec. 2. Surd. conf. 22. nu. 14. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 17. nu. 33. Cancer. var. lib. 2. c. 6. num. 183. & seqq. D. Rosa consult. 15. nu. 3. lib. 2. & num. 17.* vbi *nu. 18.* quod nulla sit differentia inter dationem insolutum, & adiudicationem, vbi *nu. 19.* quod non tenetur illud facere soluendo tempore dationis.

Secus si in ipso actu dationis reseruat sibi iura. *D. Rosa d. consult. 15. nu. 23. 24.* Vbi etiam in adiudicatione. Quamuis hoc casu reseruationis, neq; teneri dantem insolutum, dicant *Gozadin. conf. 38. nu. 11. Gratian. disc. 290. num. 29. Castill. dec. 5. n. 45. dec. 69. nu. 11.*

De hac reseruatione priorum Iurium tractăt *Scacc. de commerc. §. 2. gl. 5. à num. 288. Grivel. dec. 111. Gusman. de euict. q. 34. à num. 25. Anni conf. 90. 35. 36. D. Galcot. lib. 1. contr. 32. Cyriac. contr. 500. Castill. lib. 4. c. 59. à nu. 44. Rota p. 22. rec. dec. 155. & 255. Olea de cess. iur. tit. 5. q. 13. n. 23.*

3. Fallit generaliter in quacumq; alienatione, quæ fieret ex causa, & titulo oneroso, vel saltim non lucratiuo, *Corn. d. cons. 166. num. 23. lib. 2. Mart. Medic. exam. 18. nu. 28.* late *Cenc. de censib. q. 66. n. 24.*

694 Creditor in genere, si fuerit ei insolutum datum aliud genus, & deinde ipso euicto; non poterit ad primæua iura redire, sed actione euictionis agere, nam hæc insolutum datio, est quædam permutatio. *D. Hodiern. ad Surd. dec. 173. nu. 3. & ad dec. 266 n. 6.*

Idem si species pro specie. *Hodiern. ad Surd. d. dec. 266. nu. 7.*

695 Si vero non esset facta insolutum datio, sed assignatio, seu cessio, siue à parte, siuè a Iudice, tunc esset regressus ad primæua iura, si corpus assignatum euinceretur, vel deterioraretur, dūmodo talis assignatio non fuisset facta per viā insolutum dationis, sed solum solutionis causa. *Sesse dec. 133. lib. 2. Cancer. var. lib. 2. c. 6. nu. 68. & seqq.* Ea ratione, quia datio insolutum cum cessione importat translationem dominij. *Ludouis. dec. 194. nu. 11. 12.* & ibi *Addit. Farinac. dec. 131. nu. 6. p. 2. tom. 1. & dec. 46. post lib. 1. Consil. Menoch. cons. 201. Affl. dec. 9. num. 2. Franch. dec. 679. nu. 7. Gratian. disc. 974. num. 27. Merlin. de pign. lib. 5. q. 4. nu. 7.* vbi *num. 8.* Idem si fit res data in causam vsusfructus, vel alimentorum.

696 Et assignatio de sui natura dominij translationem non importat, sed aliquando custodiam, & administrationem *l. cum pater. §. pater. ff. de leg. 2. Costa de claus. claus. 4.* Eisi *Ruin. cons. 162. nu. 19. vol. 5.* loquens de debitore assignāte, inquit, quod præcedente causa debiti, in dubio videatur insolutum assignasse, & dominiū transtulisse, quem sequitur *Camill. Medic. cons. 88.* vbi dicit hoc magis procedere quando, à Iudice hoc verbum proferatur, per *tex. in l. arbiter ff. de distract. pign.*

Secus si assignatio facta esset creditori de fructibus, & non de re principali, nam tunc nō esset dominium translatum in creditorem, sed illum, fructus assignatos percipere, tamquam ex pignore, ex *tex. l. Lucius, Titius. ff. de alim. & cibarijs legatis, Costa sup. nu. 1.* late *D. Hodiern. sup. dec. 266. nu. 21.* vbi decisum refert.

Similiter assignatio bonorum incertitudinē redolens non transfert, nec dominium, nec possessionem, *Magon. dec. Luc. 21 num. 2. Rota Luc.* post *D. Afsan. Seta de offic. Locumtenentis dec. 7. nu. 1. 5. 8.* vbi ampliat, quamuis esset constitutum.

697 Datio insolutum non transfert dominium, nec

nec liberat debitorem, quoties post ipsam superest aliquid agendum. *Ansald. de commerc. disc.55.nu.54.*

698 Minor faciens dationem insolutum, pro maiori quantitate, quam sit debitum, est nulla in totum, *Surd.cons.45.nu.3.Rota dec.271.num.11.p.6.*coram *Pouio dec.282.n.2.Bonden.collect.7.nu.62.Merlin.dec.621.n.11.D.Ottobon.dec.25.n.7.D.Palma alleg.114.n.54.*

Nec valet facta à minore, etiam cum solemnitatibus, quando de credito constat per confessionem minoris. *Andreol.contr.136.n.9.*

699 Datio insolutum facta rei, cum reseruatione dominij, non transfert dominium, & sic nõ est vera insolutum datio. *Rota* post *Merlin.de pignor.dec.146.nu.11.12.* Sed transit in locationem. *Magnu. dec.Flor.92.num.15. & dec.Luc.31.num.9.Affl.dec.138.nu.1.Surd.dec.157.nu.2.dec.288.num.6.p.4.tom.2.rec. Tiraq.de retract.linguag.§.1.gl.2.nu 46.*

700 Datio insolutum alicuius rei pro dote, potest reuocari, & dari alia res, & hæc secunda rea, & assignatio succedit in locum primæ cũ iisdem prærogatiuis. *Altograd.cons.16.num.31.seqq.lib.1.D.Rosa consult.51.nu.10.lib.1.* Verum facta mulieri pro dote habetur pro non facta quando bona non remanserunt penes mulierem. *Falmo dec.339.nu.4.tom.4.*

701 Quale remedium competat aduersus insolutum dationem. *Cord.Laca de feud.disc.130. n.5.*

Competit remedium actionum redibitoriarum, & quanto minoris. *Hermosill.in l.56.nu.6.fol.854.*

702 Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij non potest dare bona hæreditaria insolutum mulieri dotem repetenti, sed in pecunia. *Castill.lib.2.contr.cap.24.num.44.Nos ad Ronit.cons.18.num.16.lib.1.*& ad *cons.78.Sonfel.dec.111.268.Gizzarell.dec.7.Petra inrit.67.* Vbi tota materia pro, & contra. Vide *Nos infrà hic n. & seqq.*

703 Datio, siue receptio insolutum fieri non potest in præiudicium creditorum anteriorum. *D.Guttier.de compensat.lib.5.q.18.n.60.*

704 Si debitor dans insolutum bona, habeat alios Creditores posteriores, hypoteca dictorum creditorum posteriorum non extinguitur, sed cõpetit dicto primo creditori retentio donec suũ creditum soluatur. Idem si venditio esset facta Tertio pro soluendo debito anteriore, *R.Marin.ad Reuert.dec.20.& lib.1.ref.336.*

Vnde hoc casu si secundus Creditor agat super illa re iudicio assistentiæ, præstatur assistẽtia non ad finem adiudicandi, sed ad finem subhastandi, ad finem videndi, si res illa valet maiori pretio, quam creditum anterius, *R.Marin.d.dec.20.& resol.219.nu.1.& ref.336.d nu.4. Franch.dec.456.n.8.Mastrill.dec.78.n.10.*

Sed si insolutum datio fiat à Iudice creditori anteriori, casu quo ius offerendi non competat creditori posteriori, tunc extinguitur hypoteca tam ipsius primi creditoris, quam secundi, cum res illa remaneat libera apud primum à vincula etiam primæ hypotecæ. *l.1. C.si antiq.cred. l.3.ff.de distract.pign. decisiones Rota Rom.* refert *Merlin.de pign lib.5.q.4.n.4.*

705 Datio insolutum facta ab hærede pro dimidia, pro toto debito, etiam alterius hæredis. *l.si pœna.§.quamuis.ff.de cond.indebit. l.si à patre.C.eod.Andreol.contr.136.nu.19.& seqq.* vbi respondet contrarijs.

706 Datio insolutum retrotrahitur ad tempus dationis, non petitionis, quando adest pactum commissorium, stante clausula; ex nunc prout ex tunc, *Menoch.cons.1111 nu.26.seqq. Surd.dec.113.Gratian.in addit.ad dec.Marsb.117.Costa de claus.claus.26.& de retrotract.c.10.eff.1.nu.4. Gall.cons.39.40. Maluas.cons.34. Thes.dec.147. Andreol.contr.285.n.38.* Vbi respondet motiuis in contrarium.

707 Datio insolutum de sui natura est perpetua. *D.Cerro dec.111.num.9.* Maximè attentis verbo: perpetuò. *ibid.nu.10.*

708 Datio insolutum probat veram numerationem, ac si pecunia vere fuisset soluta. *D.Palma alleg.281.nu.18.*

709 Datio insolutum præsumitur valida, ac omnia necessaria interuenisse, stante cursu temporis. *D.Palma alleg.212.n.21.*

710 Datio insolutum difficilius præsumitur facta in fraudem vsurarum. *D.Palma alleg.212.num.26.27.*

711 Datio insolutum non præsumitur optata à Mercatore, qui maius lucrum ex sua pecunia percepit. *D.Palma alleg.212.n.33.*

712 Licet aliud pro alio solui non possit inuito creditori. *l.2.§.mutui datio,*& ibi *gl.fin. & l.as.ff.si cert.pet.Socc.in.reg 28.Costa in memorial. verb. solut.Donat.d Fina.tom.2.com.opin. lib 8.tit.27.de solut.nu.36.Vit.l.de Camban.tract.de claus.fol.376.nu.1.Thomaset.in Flor.leg.reg.31. Gutierr.de iurom.p.1.c.29.& lib.1.qu.146.num.16.pract. Escob.de ratiocin.c.17.nu.1. Pichard.de mora.nu.97.Surr.dec.224.nu.16. Cauall.q.899.nu.97.Girond.de priuil.seu exempt.num.103. Monach.dec. Bon.35.num.8.Mour.de solut.c.7.Tusc.lit.S.concl.354.Leo dec.Valent.184 nu.19. Barbos. axiom.210.num.8.Velasc.de priuil.paup.par.1.q.49.Vaz ax om.iur.lit.A.nu.227.& lit.S.n.50.*

713 Quamuis melior creditori offeratur conditio. *l.fin.ff.de vsu, & habit. §.præterea.instit.de act ou.Auth.offeratur.* & ibi *gl. C.de litis contest. Surd.cons.201.nu.2.*

Sic creditor in pecunia non potest cogi accipere nomen creditoris, in satisfactionem, *l.eũ C.de solution. D.Marcian.disp.81.n.1.*

714 Tamen conclusio limitatur pluribus modis. Primo. In paupere, qui in specie, aut pecunia soluere nequit. *Auth.de fideiuss.§.quod autẽ.col.11. auth.Hoc nisi debitor. C.de solut. l.si quis argentum.35.§.sin autem, C.de donat.Capye.dec.42.n.5.Ludouic.dec.64.Thes.dec.153.n.3. Baez.de inopi.deb.c.1.nu.46.Gutier.de iuram.p.1.c.29.& pract.d.q.46.Velasc.d.qu.49.num.7. Vaz sup.num.229.*

715 Quam-

715 Quamuis solutio sit promissa in pecunia numerata. *T hes. d. dec. 153 num. 3. in fine. Velasc. sup. num. 9.*

Quamuis in hac promissione in pecunia numerata esset iuramentum. *Ludouic. d. dec. 64. nu. 8. & seqq. Cesal. cons. 195. lib. 2.*

716 Contra tamen alij. *Guttier. d. c. 29. de iuram. num. 5. & d. q. 146. num. 21. Barz. dec. 40. num. 5. Laurent. dec. 132. num. 2. T hes. d. dec. 153. num. 14. Franch. dec. 81. nu. 5. seqq. Ludouis. dec. 352. num. 5. Pasch. de vir. patr. potest. p. 2. c. 9. num. 76. Bertaz. de clausul. cl. 41. gl. 5. n. 4.*

Et DD. in contrarium intelliguntur, vbi simpliciter centum, & non in pecunia, nec in alia re soluere promissum est. *Maur. de fideiuss. p. 1. sect. 3. c. 7. nu. 5. & seqq. Th s. d. dec. 153. num. 14. Guttier. d. q. 146. nu. 21. Franch. d. dec. 81. nu. 3.*

717 Secus est, si post promissionem iuratam superueniat inopia debitoris. *Honded. cons. 18. nu. 44. vol. 1. Guttier. d. nu. 21. & c. 29. de Iuram. n. 5. Laurent. d. dec. 132. num. 1.* Nam iuramentum, & quælibet iurata promissio intelligatur *rebus sic stantibus. Guttier. d. c. 29. num. 6. Pasfenl. d. c. 9. num. 89. seqq. Honded. d. cons. 18. num. 46. Velasc. d. q. 49. nu. 14. & q. 14. num. 3. Gallerat. de renunc. tom. 2. c. 18. Hodiern. ad Surd. dec. 30. nu. 32. Luca ad Franchis dec. 80. n. 2.*

718 An sit necessaria hoc casu absolutio à Iuramento? quod sic. *Ludouic. d. dec. 164. nu. 19. seqq. Guttier. d. q. 46. nu. 24. T hes. d. dec. 153.* Idem in renunciatione facta sine certioratione dicti beneficij. *D. Merlin. contr. 78. lib. 2.*

Contra tenent *Honded. d. cons. 18. nu. 52. Pascal. d. c. 9. num. 101. in fine. Velasc. sup. p. 2. qu. 65. nu. 26.* Vide *hic inf. d num. 725. seqq.* Vbi de hærede dante bona hæreditaria insolutum.

719 Hæres tenetur soluere debita defuncti in pecunia, quando illa contracta fuerunt in pecunia, vel per defunctum promissum fuit soluere in pecunia, ex regula *supra* posita; quod aliud pro alio, inuito creditori solui non potest. *Caluin. de æquit. lib. 1. c. 44. Andreol. contr. 123. nu. 2. Barbos. axiom. 22. in fine, Carena. r. s. 31. num. 4.* Quæ habet locum etiam in creditore pecuniæ. *L. eum. à quo C. de solution. Surd. dec. 30. num. 9. Marot. cons. 13. nu. 10. Cyriac. contr. 24. nu. 19. Andreol. contr. 123. n. 10* vbi dicit nó esse necessarium fuisse promissum soluere in pecunia numerata, sed sufficere fuisse expressum verbum: *soluere*, relatum ad pecuniam, vt ibi per eum, *Carena d. res. 31. num. 8. Rota decis. 422. in princ. apud Cenc. de censib. & apud Duran. dec. 1. in princ. Nonar. de dation. in solutum decis. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*

720 Sic debitum in pecunia est soluendum in quantitate præcisa. *d. l. 2. §. Mutui datio. ff. si cert. petat.* vbi DD. communiter. *Maur. de solut. c. 7. nu. 4. seqq. Carot. dec. 53. num. 7. seqq. Rota dec. 42. nu. 1. p. 2. rec. Duran. sup. nu. 1. Nonar. de dation. in. solut. sect. 3. q. 2. sect. 1. qu. 3.*

Et non in specie. *Posth. de subhast. insp. 43. in princ. in addit. Carena d. res. 31. nu. 4. Vrsell. conclus. 91. nu. 2. tom. 2. Rota dec. 352. nu. 2. apud Ludouis.*

Secus si creditori nullum damnum oriretur. *Rota dec. 500. nu. 1. p. 14. rec.*

Et ex mutatione personæ ius creditoris non debet fieri deterius. *Concioli. de hæred. art. 1. num. 74. seqq.*

721 Et in opulenta hæreditate inuentarium non prodest, cũ non sit inuentũ in iniuriã creditorum, sed tantum ad præcauendam à damno, cui nec etiam sufficit dicere: *non inuenio emptorem.* Sed tenetur hoc probare. *Nonar. de dation. in solut. p. 2. q. 23. Censal. ad Surd. dec. 30.*

722 Est benè verum obstare *tex. in l. fin. §. & si præfatam. C. de Iure deliber.* in quo hæres potest dare insolutum, & satisfacere creditores de bonis Hæreditarijs, *Rolan. de Inuentar. p. 4. q. 23. 24. Grattian. disc. 116. n. 4. 49.* vbi etiam *Luca Sobel. §. debitor. num. 44. & § hæret. num. 29. Ricc. collect. 3598. Cenc. de Censib. q. 108. in addit. num. 13. Brunem in. C. fol. 519. c. 1. Nonar. de datione in solut. dec. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 13.* post *Tractatum*

Et obstare etiam *tex. in auth. hoc nisi, C. de sol. ut.* in quo etiam habetur, quod si pecunia non exstet, licet hæredi soluere creditoribus in bonis stabilibus, ad effugiendam carcerationem. *Paschal. de virib. patr. potest. p. 2. c. 9. num. 75. seqq. Alfan. collect. 233. Grazzrell. dec. 7. Nouar. de dat. in solut. dec. 21. 24. 25.* Secus si habet pecuniam, vel aliam rem meliorem. *dec. 33. Altograd. cons. 42. lib. 1. Duard. de censib. §. 5. de red. & extinct. cens. q. 9.*

723 Sed quod non teneantur Creditores recipere in bonis, sed in pecunijs debitis. *Surd. dec. 30. & 318. Rota Bonon.* contra *Borrell. inter. consultat. Vrceol. cap. 29. nu. 65 R cc. collect. 3598.*

Sed debeant vendi bona, vt sibi de pretio satisfiat. *Vrceol. sup. Ricc. sup.*

Et venditio est facienda expensis hæreditatis. *Christin. dec. 24. num. 3. vol. 4.*

724 Sed *tex.* ille, vt habeat locum plura requisita debent interuenire, quod debitor perquisiuerit emptorem, qui emat tantum de suis bonis stabilibus, quod possit creditori satisfieri, quod consignet bona creditori tradendo ei instrumenta titulorum, & fideiussorem de euictione, quod probet se non tantum carere pecunia, sed etiam mobilibus, cum illa de facili debitor vendere possit, & de illorum retractu creditori satisfacere, quod fecerit diligẽtias pro venditione, & nó reperijt emptorem, & alia plura, quæ ponunt *Maur. de fideiuss. p. 1. sect. 3. c. 7.* vbi enumerat. *15. requisita per Honded. cons. 18 n. 7 seqq. T hes. dec. 153. Caluin. sup. Posth. de sub hast. inspect. 43. num. 7. seqq. Vrsell. sup. conel. 91. Salgad. Labyr. p. 1. c. 22. n. 2. seqq. Rota dec. 42. p. 1. 2. rec. & apud Ludouis. dec. 352. n. 6. & in addit. n. 10. & dec. 1. apud Duran. nu 20. Nicod Romit. cons. 18. n. 20. & seqq. lib. 1. Danza ad Gr mm. dec. 75. vers. 3. Andreol. contr. 80. Mangil. de enictione q. 136. Kappen. dec. 55. nu. 24. Gennens. in practicabi. Eccles. q. 133. Nouar. de dation. in solut. sect. 2. q. 5. & seqq. Grattian. dec. 114.* & ibi *Luca, & Scop-*

Tom. V. Zz 2

& Scoppa.Tusc. lit.P.concl.76. R.Capyc. Latr. consult.104.nu.12.seqq. Amat.cons.91.Censul.ad Surd.d.dec.30.nu.1.2.Altograd.cons.62.lib.1.

725 Maximè, cum dispositio *d.tex.hoc nisi*, non habeat locum stante iuramento ; cum illud habeat vim specialis renunciationis . *Franch. dec.81 num.3.seqq.*& ibi *Luca & alij.Thes.dec.143.nu.14.Surd.dec.30.nu.10.Bertazol.cl.41.gl.5.nu.4.Pascal.p.2.c.9.num.79.de patr.potest. Andreol.contr.123.num.4. Thomas.tract.var.tom.2. tract.de tutor.& Curat tit.19.nu.2131.* Vbi ponit aliquas ampliationes, & limitationes, maximè si post iuramentum super venit impotentia soluendi in pecunia, & quando simpliciter se obligauit ad soluendum , puta centum. *Zacch.de obligat.Camer.q.17. nu.57.seqq.Vrsell. concl.91.nu.1.tom.2.Careoa res.31.n.7.Rota p.1. rec.dec.42.num.2. Ludouis.dec.352.nu.5.Duran. dec.1.num.11.Nouar.de datione insolutum dec.20. post Tract.*

Cum Iuramentum habeat vim specialis renunciationis . *Serafin.de priuil. iuram.priuil.70. num.6.seqq.Rubeus sing.Rot. Rom. tom.2.tract.de clausul.clausul.680.num. 34. Duran.d. dec.1.num.22.* vbi dicit iuramentum facere rem præcise seruari.*Vrsell.sup.num.9.*

Et lex non compræhendit casum iuratum. *Andreol.contr.123. num.4. Cæsal.cons. 170.num. 34.lib.2.Becc.cons.110. num.11. Tob.Non.cons. 14.nu.16.Conciol.1.sup.84.seqq.*

Licet contrariam opinionem, nempe dispositioni *d.tex.*esse locum etiam stante iuramento *Beniot.dec.28.Ludouic.dec.Perus.64.num 9.seqq. Hond.cons 18.nu.37. & seqq.*vbi & eo magis si impotentia non soluendi superveniat post iuramentum. *l b.1.& cons.34.num.26.lib.2. Rota Bonon.dec.70.nu.18 Nouar.de dation.in solutum sect.3.q.1.*Nec debet obtineri absolutio. *Nouar. ibid.q.2.Conciol.sup.n.88.*Cum sit contra æquitatem , ne caro humana in carceribus marcescat , etiam interueniente iuramento . *Couar. var.c.1.n.7. Carauit.in tit.179.Nouar.de dation. insolutum. q.13.à n.13.*

726 Quæ conclusio, quod dispositio *d.auth.hoc nisi* non habeat locum stante iuramento , habet locum etiam in hærede iurantis, quia licet iuramentum defuncti non transeat ad hæredes quo ad periurium , vt dicit *P.Sanch.in præs.ept.Decal.lib.3.c.13.n.1.* Tamen obseruantia iuramenti , & efficacia obligationis ex illo proueniens benè transit ad hæredes, vt declarant *Franch. dec.83.nu.6.Vrsell.d.concl.91.nu.9. Thomas.sup. Conciol.sup.n.90.91.*

727 Difficultas est , an possit renunciari beneficio *Auth.hoc nisi debitor. C.de solution* per debitorē,& non posse tenent *Ludouic.decis.64. p.2.Hond.cons.18.n.39.Beniten.dec.28.Fachin. cōtr.63.lib.10.Cenc.de cēsib.q.108.*Etiam cū iuramento.*Serafin.de priuil.iuram.priuil.91.Ceroc.de oblat.q.2.nu.71.p.2.in addit.*Cum beneficiū hoc sit introductum miserationis causa,ne debitores cogantur in carceribus marcescere.*R. Martian. disp.81.n.4.Nouar.de dation.solutum.sect.1.q.13*

728 Quod siue adsit renunciatio *d. auth. hoc nisi debitor* , siue non , quod possit hæres dare insolutum bona hæreditaria . *Sansel. dec.111. 268.Prat.lib.1.dist.14.d n.10.Fontanell.de pactis gl.3.l.6.p.3.nu.39. Thor.in suppl.ad rip.ve hæreditares , an cogi possint . Rota post Cenc.de censib. dec.150.*vbi *n.4.* reprobatur *Rontus sup. Duran. dec.1.nu.32.*& reiecto *Sur.d.* probat *Cyriac.contr. 393.num.42.Hodiern.d.dec.30. & 318.*vbi decisum refert. *Nouar de datione insolutum . dec.13. dec.8.*

729 Sed posse renunciari cum iuramento , post mille, & mille probauimus *Vos ad Rouit.cons. 18.lib.1.nu.4.* signanter post *Rotam decis.24 nu. 8.* post *Olem.de cess.iur. Guttier.de iuram.c.29. Thes.dec.36.153.Minad dec.2. nu 3.Franch. dec. 81.* vbi decisum refert in Tribus Aulis *Pascal. de patr.potest.p.2 c.9.nu.77.73. Rouit.d.cons.18. nu.10.seqq.& cons.78.Nouar.de dation.in solut.q. 33.Donad.de renunciat.c.36.a.13.seqq.Gallerat. eadem Tract.p.2.c.180 nu.3. D.Martian disp.81. nu.7.Gusm.de euict.q.22.nu.88.89. D. Hodiern. ad Surd.decis 30.R.Capyc.Latr.consult 104.nu.8. Andreol.contr.123.num.7.seqq. Add. ad Ludouis. dec.353.nu.6. & dec.42.nu.2. Maur.de fideiuss.p. 2 sect.3.c.7.nu.31.Postb.d subhast.insp.43. nu.9.* maxime cum iuramento. *Gallerat.sup.*

Et rationi contrariæ respondent , non esse contra charitatem , cum super sint beneficia moratoriæ , & cessionis bonorum. *Nouar.d.q. 13.Luca ad Franch.d.dec.81.nu.1.in fine.*

730 Et sufficit pro renunciatione , si fuit promissum soluere debitum in pecunia , cum iuramento , quia illud obligat præcisè ad factum. *Bertazol.de clau.clausul.41.gl. 5.nu.2. Thes.dec.f 153.num.4.Rouit.d.cons.18.n.10. R.Capyc.Latr d.cons.104 nu.9.Pascal.de patr.potest p.2.c.9.nu. 88.Ricc.ad Franch.d dec.81.Gallerat.de renunciat. c.180.nu 7.Luca ad Franch.d.dec.81.num.3 Nos sup.nu 5.* Et obligat etiam hæredem. *Nouar.de dation in solutum.sect.1.q 17.*

Vnde , quamuis esset dubius articulus , sequenda videtur opinio , quam S C.totties amplexatum est , vt dicit *Afflict.dec.190.in fine. Franch d.dec.81 num 2. Idem dec.92. num 8.*vbi quod in articulo dubio in Regno sententia Regia facit ius , *vbi Addentes* , & refert decisum *Idem Franch.dec.238. num.2.* & videtur aliquo modo decerni per *Pragm.47.§.& si decreta.tit.de offic. S.R.C.* Quamuis contraria opinio multos etiam habeat sectatores, de qua etiam mentionem facit *R. Rouit. in pragm.52. num.1. tit.de offic.S.R.C.* latè *D.R.Martian. d. disp.81. num.4.5.*

731 Vel si fuerit renunciatum omni legum auxilio.*Guttier.de iuram.c.29.n.3.R.Capyc.Latr. d.consult.104.nu.2.* (quamuis contra teneat *Nouar. de datione in solutum.q.14.*) *Franch.dec.81. nu.6.& decis.83.in princ.Vrsell.concl 91.num.11. Andreol.contr.123.nu.9.seqq.Thomas.d.tit.19. de inuentar.num.2131.*

732 Et perditam clausulam censetur renuncia-

cia-

ciatum beneficio non incarcerandi, scripserunt *Barbos. de clausula clauf. 135. nu. 6. Theod. Rub. sing. ad Ratam Rom. tam. 2. tit. de clauf. clauf. 680. nu. 17.* Et etiam beneficio ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest. *n. 5. Rota dec. 42. n. 2. p. 1. rec. Ludouis. d. dec. 352. n. 6. Merlin. dec. 886. in fine tam. 2.* maximè stante iuramento. *Rub. d. clauf. 680. nu. 24. Conciol. sup. nu. 92. & seqq.*

Sed vt talis renunciatio valeat, debet renuncians esse conscius talis priuilegij. *Nonar. de dation. insolut. sect. 1. q. 15. 16.*

Quid quid dicant alij, quod non sufficiat generalis renunciatio *d. auth. hoc nisi debitor C. de solut. Houded. conf. 18. nu. 42. lib. 1. Thes. d. dec. 153. n. 14. Ludouis. dec. 64. Pascal. d. c. 9. nu. 77.* & data vera impotentia soluendi in pecunia admittit generaliter *Cyriac. contr. 393. n. 29. seqq. Canciol. de hered. d. art. 1. n. 95. seqq.*

733 Quod data renunciatione beneficio. *d. auth. hoc nisi*, quamuis pecunia non adsit in hæreditate, hæres non possit cogere creditores ad accipiendum bona insolutum. *Sudr. d. decis. 30. Nanur. de dat. insolut. sect. 3. q. 1. nu. 4. Rauit. d. conf. 18.* vbi decisum refert iunctis Aulis *& conf. 78.* sic etiam decisum refert *D. Murcian. d. disp. 81.*

734 Sed, an operetur dicta renunciatio in casu valdè inopinato, & insolito super veniente post renunciationem. Et non operari tenent *Pascal. d. c. 9. Gallerat. d. c. 180. Hodiern. sup. n. 32. Donat. sup. nu. 20. Beninten. dec. 28. n. 4. Ludouic. dec. 64. p. 2. Laurent. dec. Auen. 11. Kappen. dec. 55. nu. 22. p. 1. Ricc. collect. 1498. Trentacinq. var. lib. 5. c. 36. nu. 4. R. Capyc. Latr. dec. 192. nu. 19.* Ea ratione, quia renunciatio censetur facta rebus in eodem statu permanentibus. *cap. veniens. de iur. iur. Serusin. de iuram. priuil. 119.*

Sed contra dicunt *Thes. decis. 153. num. 13. Franch. d. dec. 81.* vbi decisum refert. *Pascal. d. c. 9. nu. 77. Maur. de fideiuss. d. c. 7. n. 20. Ludouis. dec. 352. nu. 5. Velasc. de priuil. paup. p. 2. qu. 65. nu. 18. Gallerat. de renunciat. p. 2. renunc. 180. n. 3. Rouit. conf 18. 78. Murcian. disp. 81. Gusm. de euict. q. 22. nu. 88. 89. Hodiern. ad Surd. decis. 30. & ibid. Censal. Ludouic. dec. 64. nu. 6. Franch. dec. 81. n. 3. Gregur. Lap. in l. 3. tit. 14. p. 5. Verb. de lindgador. Donad. de renunciat. c. 36. n. 17. lib. 1.*

735 Difficultas est quando dicatur casus valde inopinatus. Aliqui substinent esse, cum, vel non reperitur emptor, vel non iustus emptor. Alij contra in his casibus dicunt, cum in his casibus competat dictum beneficium, & non aliter, ideo quando ei est renunciatum non militant ij duo casus. *R. Marcian. d. disp. 81. nu. 14. seqq.* vbi adducit *Franch. dec. 81.* vbi decisum refert. *Nos sup. num. 10.*

736 Alia difficultas est, an creditores posteriores possint cogere creditorem anteriorem ad accipiendum bona insolutum, vigore *d. textus*, quando ei debitor renunciauit. Et non posse decisum refert iunctis Aulis *Franch. dec. 82.* Ea ratione, quia cum debitor, se obligauit secundo creditori, erat iam affectus obligatione, & renunciationis nexu in beneficium primi Creditoris. *Rault. d. conf. 18. & 78. R. Marin. ad Reuert. decis. 128. nu. 5.*

737 Et quamuis contra dicit *Gallup. in praxi S. C. lib. 5. p. 3. nu. 41. Thor. p. 3. comp. dec. verb. adiudicatio. Salgad. Labyr. c. 2. p. 2. n. 7. Roccus resp. 11. num. 7. lib. 2.* Illos intelligi locutos in concursu plurium creditorum dicit *Luca ad Franch. d. dec. 82 nu. 2. Nos sup. nu. 11. 12.*

738 Quæ conclusio sic firmata, vt hæres teneatur soluere in pecunia debitum consistens in pecunia, limitatur secundum aliquos in hærede cum beneficio leg. & inuentarij, qui si pecunia non est in hæreditate, potest creditoribus hæreditarijs soluere in tot bonis hæreditarijs, ad iustam æstimationem, ad *tex. in l. fin. §. etsi præfatam*, & ibi *DD. C. de iur. deliber. Surd. dec. 30. nu. 1. dec. 318. num. 2. Crass. de success. lib. 2. art. Inuentarium q. 20. Maur. de solut. c. 7. num. 42.* loquens quo ad legatarios. *Gratian. disc. 216. nu. 15. Cyriac. contr. 24. nu. 4. contr. 108. nu. 5. Merta de success. legal p. 4. q. 12. art. 5. num. 7. 8. Andreol. contr. 13. nu. 6. Altograd. conf. 62. nu. 8. lib 1. Rota post Cenc. dec. 422. num. 7. dec. 478. nu. 3. p. 4. rec. Luca ad Franch dec. 83 n. 2. Conciol. sup. n. 98.*

Sed contra dicit *Reg. Rouit. conf. 18. & 78. Cenc. de censib. q. 107. num. 29. & q. 103. n. 13. Duran. dec. 1. n. 29.* vbi reprobatur *Rauitus*, & opinionem *Rouiti ibi Nos* secuti sumus ex varijs rationibus.

739 Ampliatur dicta limitatio, vt hæres possit soluere debita defuncti ex bonis hæreditarijs, quando pecunia non est in hæreditate, vt procedat etiam in debito dotis post *alias Fachin. contr. lib. 12. c. 81. Gait. de credit. c. 4. q. 11. n. 1612. Gratian. disc. 735. n. 10. Surd. conf. 361. n. 21. lib. 3. Cyriac. contr. 74. n. 36. & contr. 295. n. 13. Carpan. ad statut. Mediol. c. 328. num. 98. lib. 1. Add. ad Rotam dec. 460. nu. 37. seqq. p. 4. rec. tom. 2.* vbi pluries decisum refert. *Card. Luca de dote in summa nu. 245. Rota dec. 289. nu. 29.* apud *Pacific. de Salnian. dec. 511. nu. 4. p. 2. rec. & dec. 241. nu. 17. p. 7. rec. Altograd. conf. 84. nu. 27. 28. Luca ad Franch. dec. 83. nu. 5.*

Quidquid contra teneant relati per *Gabriel. conclus. tit. de legib. concl 1. num. 10. Gratian. disc. 647. nu. 22. Cyriac.* sibi contrarius. *contr. 81. nu. 9. seqq. & contr. 508. nu. 38.* cum quibus est *Boss. de dote cap. 8. nu. 14. Rota d. dec. 511. nu. 2. p. 2. rec.* contra quos est verior, & magis recepta opinio *DD. Conciol. sup. nu. 100. seqq.*

740 Amplia, vt possit cedere, & dare insolutū etiam credita hæreditaria, nec ipsum teneri illa exigere, Sed illa exigant creditores, si velint. *Cancer. var. tom. 3. c. 2. num. 139. Cyriac. contr. 610. nu. 26. Thomas tit. de Inuentar. tit. 13. c. 10. n. 143. Vrsill. d. concl. 91. nu. 32. Hodiern. ad Surd. dec. 30. nu. 15. Duran. dec. 1. n. 28. Concial. sup. n. 105.*

741 Si vero hæreditas est opulenta, tunc hæres tenetur vendere bona hæreditaria, & soluere in

in

in pecunia, debita defuncti, *Surd.d.dec.30.num. 14.seqq.& dec.318.* si bona hæreditaria reperiātur ad vendendum, alias secus. *Moror.consf.13. num.12. Mangil.de euict.q.52.nu.3.seqq. Fusar.de substit.q.532.nu.44. Cyriac.contr.24.nu.5. Marta d.q.12.art.5.nu.8. Andreol.contr.93. Cancer p.3. c.2.nu.141. Altograd.conf 62.num.12.seqq. lib.1. Rota* apud *Cenc.dec.422.nu.9.seqq. Duran.d.dec. 1.nu.29.& dec.478.nu.3.seqq.& nu.9. p.14. rec.* Nam inuentarium licet præseruare debeat hæredem ne sit in damno, non tamen debet esse in perniciem creditorum. *l.sciendum 18. ff.ex quib.cau.maior. Franch.d.dec.83.in fin. Ron.conf. 18.nu.13. Duran.d.dec.1.n.30. Conciol.sup.n.106 107.* Ex non solutione debiti in pecunia, magnum resultat damnum creditoribus. *Rouit.d. conf.18.nu.33. Cyriac.d.contr.14.nu.6. Duran.d. dec.1.nu.30.*

742 Sed declaratur conclusio, vt hæres teneatur vendere bona hæreditaria pro soluendo, quando reperitur emptor, & offerat iustum pretiū, & non petat ab ipso promissionem euictionis nomine proprio, secus è contra, nam tunc liberatur tradendo bona hæreditaria ad iustam æstimationem, *Andreol.contr.93.n.7. Pascal.de patr. potest.p.2.c.9.nu.97. Fusar.d.q.532. num.44* vbi decisum refert. *Mangil de euict.q.52.n.12. Marta p.4.q.12.art.5.num.9. Cyriac.contr.24. num.9.* Vbi dicit hoc non procedere quando hæreditas est notorie opulenta. *Altograd.conf.62.num. 18.seqq.lib.1. Gratian.disc.116.nu.17.18. Duran. d.dec.1.n.29. Conciol.sup.n.108. Rota d.dec.478. n.4.seqq.& nu.9.p.14 rec.*

743 Non desunt aliqui, qui dicunt hæredem beneficiatum, etiam si hæreditas sit opulenta non teneri ad vendendum bona hæreditaria, sed posse cogere creditores ad accipiendum illa insolutum, tenuerint *Altograd. conf.62.num.18. seqq.lib.1.per tex.d.l.fin.§.& si præfatam. C.de iure delib.* ita vt electio sit hæredis debitoris. *Hodiern.ad Surd.d.dec.30.n.14.*

744 Et cum dicta distinctio de hæreditate opulenta, & non opulenta non multum placeat *Surd.d.dec.318.in fine,& Andreol.d.contr.93.nu. 11.seqq* Sed *Rota Rom.* in duobus tantum casibus admittit, quod hæres beneficiatus valeat cogere creditores ad accipiendum bona insolutum, quando scil. hæreditas non est soluendo, & quando non inuenitur emptor qui offerat iustum pretium, vt habeatur, apud *Duran.d. dec.1.nu.29.& Rota d.dec.478.n.4.p.14.rec. Conciol.sup. nu.109.* Et licet dici possit, quod hæres beneficiatus, etiam non reperto iusto emptore non videtur liberatus à venditione bonorum hæreditariorum, cum possit dare bona creditoribus ad dilacerandum, dicendo: *vendite vos,& ego consentiam. Hodiern.ad Surd. d.dec.30.nu.17. seqq. Cyriac.contr.525.nu.8.* Tamen contra quia hæres beficiatus ad dandum bona creditoribus ad dilaniandum præcisè cogi non potest, sed est repositum in eius voluntate, vt non reperto iusto emptore, velit dare bona creditoribus, ad iustam æstimationem, vel illa tradere eisdem ad dilacerandum, vt habetur in *tex.l.fin.§.et si præfatam.C de iure delib. Hodiern.ad Surd.sup.nu. 17.seqq. Andreol.contr.93.nu.14. Gizzarell.dec.7. n.3.seqq. Duran.d.dec.1.n.27 31.*

745 Declaratur 2. Conclusio, quod hæres beneficiatus tenetur soluere debita hæreditaria in pecunia quando hæreditas est opulenta; & soluendo, quod in dubio illa præsumitur opulenta, & soluendo, non stante Inuentario, dum contrarium ab hærede non probatur. *Couar.in c.si hæredes.6 nu.9.de testam. Altograd.conf.62.num 13.seqq. Vrsell.d.conl.91.n.24. Serafin.dec.1394. Rota* post *Cenc.dec.422.nu.9. Duran.dec.1.n.33. Merlin.de pignor.dec.38.nu.6. dec.93. nu.7.8.dec. 106.nu.13.14. p.14.rec.* Sed potest constare ex Inuentario non adesse pecuniam in hæreditate, adesse æs alienum, & hæreditatem tunc esse non soluendo. *Altograd.d.conf.62.num.14.15. Conciol.sup.n.111.112.*

746 Declaratur 3. Vt creditores debeant probare non adesse emptores, qui offerant iustum pretium, adhoc vt hæres debeat vendere bona hæreditaria. *Surd.d.dec.318.nu.5.seqq. Altograd. d.conf.62.nu.19.20.* licet *Rota* sentiat emptorē non reperiri, qui offerat iustum pretium, esse probandum per hæredem asserentem.*d.dec 478 in fine.p.14.* maximè quia *Surd. d. dec.318.* per eam allegatus teneat contrarium, & *Rota* apud *Duran.d.dec.1.n.36* id non probat. *Conciol.sup. nu.113.*

747 Declaratur 4. Vt idem sit, ac non reperiatur iustus emptor, ac si non offerat iustum pretium, etiam ex quo non est euictio ad fauorem emptoris. *Surd.d.dec.30.nu.15.& 33.* & ibi *Hodiern.nu.15.& vlt. Altograd.d.co.f.62.in fine.* vbi aliquos refert in contrarium, sed illi illam non probant. *Vrsell.d.conclus.91.nu.22. Salgad.d. lyr. p.1.c.22.nu.5. Duran.d.dec.1.nu.36. Conciol.sup. num.114.*

748 Sed conclusio *sup.* posita non habet locum, vt possit hæres soluere in bonis hæreditarijs, quando testator mandauit solui in pecunia. *Surd.d.dec.30.nu.16.seqq. Gratian.disc.116. n.26.* Vbi etiam si de mente testatoris appareat per coniecturas, *Thomas d.tit.de Inuentar. tit.13.nu. 154. Rota* apud *Cenc.dec.422.in fine. Rota* apud *Giouagnol.post Consil 57.lib.1.num.70.seqq. Andreol contr.427. Cau ler.dec.471. Noaer. dec.53. in fine. Tr ct.de datione insolutum. Salern.conf.48. n.21. Nos ad Rouit.conf.18 n.19.lib.1.*

749 Cum testator possit hæredi prohibere beneficium inuentarij, & confectionem *Crass.de success.§ Inuentarium,q.71.in fine. Surd.dec.30.nu. 22. Mangil.de Imput.q.134. nu.3.seqq. & de euictioп.q.55.nu.15.seqq. Gratian. disc.71 t.num.27. Thomas de Inuentar.t.t.18.num.1. Marta de success.p.4.q.12.art.5.num.16. Cyriac.controu.160. num.103. Andreol.contr.427. Card.Luca de hæred.disc.18.n.2. Caualer.dec.471. Luca ad Franch. dec.83.n.4.*

Et licet aliqui etiam teneant, vt testator non pos-

possit prohibere beneficium inuentarij. Fonuc.de inuentar.p.2.nu.69.Grzzarell.dec.7.nu.57. Fab.in Cod.lib.6. tit.11. defin.43. Hodiern. ad Surd.d.dec.30.nu.25.& seqq. Luca ad Franch.dec. 83.nu.3. Sed in contrarium est veritas, & illa opinio potest procedere quando dicta prohibitio inuentarij est facta in præiudicium creditorum, seu legatariorum, quo casu illa non subsistit, sed non quando illa concernit præiudicium hæredis. latè D.Card. Luca tit.de hæred.disc.18.num.2.& seqq.Conciol.sup.nu.115. & seqq.Nouar.de dation.insolutum decis.17. post Tractat.

750 Et hæres beneficiatus non potest cogere creditorem censuarium ad extinguendum censum cum bonis hæreditarijs, cum fors principalis census non cedat in debitum, & debitor census quo ad fortem non dicatur propriè debitor, cum illa ab inuito exigi non possit.Cenc. de censib.q.107.nu.97.seqq.& q.108.n.13.seqq. Cyriac.contr.24.Merenda lib.11.contr.c.23. Andreol.contr.108.num.17. & contr.86. Salgad.labyr.p.1.c.22.nu.7.8. Quid quid dicant Add.ad Paitell.ex ped.ciuil.17.n.10. Thomos.de inuentar. tit.13.nu.141.Idem Andreol.sibi contrarius contr. 13.Duord.de censib.tom.2.q.8.& 9.nu.5.& alibi, quem refert Andreol d.contr.108. num.16. Conciol. sup. num.121.

751 Quæ conclusio ampliatur, vt habeat locum etiam in iudicio concursus, & discussionis bonorum formato ad instantiam debitoris census, in quo dominus census citatus cogi non potest ad receptionem fortis principalis, nisi creditor census expressè illam cum fructibus decursis, & non solutis in dicto iuditio deducat, & pro dicta fortè principali, & fructibus se graduari petierit.Cenc.q.107.nu.29.& q. 108.num.13.seqq.Cyriac.contr.24. Salgad.labyr. p.1.c.22.nu.45.Nos ad Rouit.cons.18.nu.25.seqq. lib.1.Conciol.sup.num.123.

Verum Nos sup.nu.29.ad Rouit.cons.18.lib.1. declarauimus hanc conclusionem procedere quando creditor census non petijt nisi tantum census decursos, secus si peteret etiam capitale census.

Census extinguitur, si domino census dentur à debitore census, insolutam pro eo, bona stabilia. Cene.de censib.q.108.n.7.Rota post illum dec.291.& dec.266.Serafin.dec.1333.p.2.

Secus si dominus census aliqua rationabili causa contradicat. Foller.in pract.censual. in verb.tamquam nu.49.Boccace.de censib.p.3.n.96. Barz.dec.56.n.36. Felician.de solis de censib.tom. 2.lib.3.c.5.nu.15.Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.9. nu.64.Intrigl.sup.bull.de censib.q.98. nu.2.Cenc. sup.nu.8.seqq.Nouar.de datione in solut.sect.3. q. 4.Bened.…on.de censib.art.61.nu.93.

Maximè si dominus census haberet generaliter obligata omnia, bona eius qui census imposuit. Tiraq.de retract. lignag.§.1.gl.6.num.71. Foller.sup.nu.49.Cenc.sup.nu.10. seqq.

Sed quod debitor census gaudeat beneficio hoc nisi debitor.C.de solut.Beninten.decis.28.Surd. cons.225.nu.7.lib.2.Cenc.d.q.108.nu.14.

Et licet contra teneant Felician. de censib. tom.2.lib.3.c.5.nu.15. Guttier.pract.lib.1.q.148. n.16.seqq.ea ratione quia tale beneficium competit verò debitori, qui non est debitor census, pro sorte, cum ab eo inuito ex torqueri non debeat, etiam interueniente pacto. Cenc. q.59.Intrigl.super bulla decensibus q.98 nu.2. Felic.tom.2.lib.1.c.1.num.7.

Tamen contra tenet Cenc.sup.vers. nihilominus, dicens nulla lege cauari debere debitorem census extinguere censum cum numerata pecuniam, Igitur potest per dationem rei cuiuscumque.Cenc.sup.nu.1.& d.vers.nihilominus,& vers. nec obstant.

Si dominus census recipiat bona censuata insoluto, pro debito census, si bona illa postea euincantur, non remanet census, vt dicit Felicion.de censib.tom.2.lib.3.c.5. nu.16. ea ratione, quia per dictam dationem in solutum fuit extincta hypoteca. Surd.cons.145.nu.13.seqq. lib. 1.& dec.113.& 266.nu.16.seqq.Cenc.d.qu.108. num. 17.

Cõsulitur tamen ipsi domino census, eo casu, per actionem de euictione, Surd.d.cons.145. nu.20. per tex. l.si prædium. C.de euict. leg.si libera C.de sentent.& in l.elegonter, & ibi gl. ff.de pignor.act. Vel vtili actione exempto. Felician. sup.nu.16.Ideo gl.in d.l.elegonter.v.rb. finita admonet bonum esse, vt quando creditor recipit insolutum pro suo credito bona sibi obligata, vt protestetur, quod si bona illa euincantur, vult sibi esse integram, & illæsam priſtinã actionem, quia tunc illam sibi conseruat. Gozadin.cons.38.num.2.& 12.Canoler. dec.495. post Tract.Cene.Surd.dec.266.Felicion.d.nu.16. Et stante protestatione potest agere etiam contra fideiussores. Cæpoll.cont.123. Caball.consil. ciuil.dec.lib.1.cons.111.nu.1.Cenc.d.q.108.nu.18. 19. vbi respondet contrarijs rationibus.

752 Datio insolutum non competit debitori, quando est fideiussor, qui est soluendo. Guttier. pract.q.156.lib.1. Mascon.de caus. execut. ampl. 17.lib.1.Nouar de dation. insolut.sect.3.q.11.

753 Non competit vbi in loco debitor reperit pecuniam. Nouar sup.q.14. post Guttier. pract. c.146.num.56.lib.1.Ludouic. dec 64.num.26.p.2. Cum cesset causa impotentiæ soluendi. Tusc. lit. C.conclus.202.Cald. de potest. elig.c.10.Duen. reg.82. Ridolfio. var.99.lib.2.q.35.nu.16.

754 Competit pro debito mercatorum. Nouar. d. sect.2. q.15.

755 Competit Vniuersitatibus debitricibus. Costo remed.subsid. remed.3. num.5.Laurent. dec. 132.Bors.dec.40.nu.6. Nouar.sup.q.12.

756 Contra debitum Ecclesiæ, Religiosorum,& Piorum locorum locum habet hæc datio insolutum, si debitor sit magis pauper Ecclesiæ, alias secus. Nouar sup.q.9.10. Sicut habet ipsa Ecclesia. Costa remed.3.n.3.

757 Contra debitum ex causa dotis. Honded. cons.

conf.18.Thef.dec.153.num.5. Guttier. lib.1.pract. q.146.Cofta de remed.fubfid.remed 3.n.6.Nouar. fup.q.5.fect.3.Nouar.ibid. dec.23. & dec.32. vbi inreftitutione dotis.

758 Et caufa alimentorum. Nouar.fup.q.6.

759 Et caufa fifcali, fi debitum dependet non ex delicto Boer.dec.349.Guid.Pap. dec.211.nu. 13.Baet.de inop.debit.c.11.Cap.Tholof.dec.28.Ca nur.lib.2.var.c.1.num.4.Nouar fup.q.7. Ludouic. dec.32. nu.1.2.Brun.de ceff.bonor.q.9.

760 In caufa penfionis domus, & rerum commeftibilium. Nouar fup.q.8. vbi decifum refert per S.R.C.

761 In caufa debiti frumenti in anno careftiæ poteft dare aliam rem infolutum, fi frumentum tradere non poteft, vel pretium. Nouar. fect.vlt.q.30. Et fimpliciter obligatus dare frumentum non poteft dare aliam rem. Idem dec. 26 poft tract.fi poteft, alias fic.

762 Cõpetit in debitis inftrumentariis,& obligationibus. Cofta remed.3. num.5.Rota Bonon. diuerf.decif.70. Fuchin.lib.10.contr.63. Nouar. fect.q.17.

763 In obligatione in forma Cameræ Apoftolicæ. Cofta de remed.3.num.5.Nouar.fup.q.27.

764 In obligato vigore litterarum Cambij. Bufius Biturgienf. dec. Bonon.70. Nouar. fup.q.18. Idem dec.12. poft Tract.

765 Vbi creditor nullam moleftam debitori infert, non competit remedium dationis infolutum. Guttier. pract.qq. q.146. lib.2. Nouar. fup. q.19.

766 In Caufa delicti in pœna pecuniaria competit. Brun.de ceff.Bonon.q.27.n.8. Ricc.in praxi ref.251.Nouar.fup.q.22.

767 Si debitor recepit pecuniam fub fpe talis dationis infolutum, vel ceffionis bonorũ, non habet tale beneficium. Carpan.ad ftatut.Medial. c.408.num.16.Nouar. fup.q.23.

768 Sed non competit creditori dolofo. Idem q.24.Cefal.conf.195.num.9. lib.2.

769 Non competit illi, qui fua culpa pecuniam diffipauit. Nouar. fup. qu.26. vbi alios refert in contrarium.

770 Non competit illi, qui creditori pofteriori cogendi anteriorem ad recipiendum infolutũ dationem. Franch.dec.82. vbi etiam Luca.Mufcatell.in praxi p.7.gl. petendo.nu.16.Vin.dec.34. Nouar.fup.q.27. Ricc. collect.76.

771 Competit illi, qui pecuniam de contanti recepit, fi velit illis operas fuas locare. Nouar. fup.q.27.28.

772 Non competit contra pauperem. Trentaciuq.var.lib.2.ref.1.de refcript. Cohier.de iurifd. p.2.q.44.Tufc.lit.P.concl.760.Oter.lucubrat.Roman.difp.2. Ricc.coll.348.Nouar.q.29.

773 Vbi funt duo debitores infolidum vnus conuentus obtineat dationem infoludum, poteft cogere correum ad foluendum incontanti. Guttier pract.qq. lib.1. q.146. num.60. Secus fi voluntariè accepit bona infolutum, cum ambo debitores fint liberati, Surd. conf.149.num, 14.feqq.Nouar. fup.q.32.

774 Si creditor recepit Bona debitoris in folutum, fi debitor ille ad pinguiorem fortunã deuenerit non poteft illum cogere ad recipiendum bona illa,& ei foluere in pecunia. Nouar. fup.q 34.

775 Debitor, qui dedit rem infolutum non poteft fi velit rehabere illam rem, & foluere in pecunia. Nouar.fup.q.35. & dec.30. poft tract.

776 Non competit depofitario, qui pro fuo vfu pecuniam confumpfit Nouar.fup.fect.3.9.21.

777 Non competit illi, qui negauit debitum, Nouar.fup.q.25.fect. vlt.vbi num.13. limitat fi debitor non negauit debitum fimpliciter, & abfolutè, fed narrata pro vt narrantur, & expofita, prout exponuntur, & num.38.fi negauit procurator.

778 Si datio infolutum non poteft opponi creditori, qui ceffit illud creditum, ita non poteft opponi illius Ceffionario. Nouar.fup. fect.vl. qu.31.

779 Similis dationi infolutum eft adiudicatio facta à Iudice,in beneficium creditoris, rei debitoris.Quę vt fit valida requiritur,quod feruetur forma.l.à Diuo Pio. ff.de re iudic. fic primo res mobiles funt accipiendæ, fed fi non fufficiunt, funt capiendæ res ftabiles, & facienda prius fubhaftatio, vt videatur fi emptor reperiatur,antequam res creditori adiudicetur, vt habetur in d.l.à Diuo Pio.§.in venditione, & §.fi pignora.ff.de re iudic. Rota coram Zacch.de obligat.Camer.dec.154.nu 5.Pofth.de fubhaft. infp.45. nu.2.3.feqq.Ciarlin.contr.233. nu.22. Burat.dec. 224.& 240.Aneudun.refp.13.n.7.Surd.dec.326. n.13.Fal.de error.Prag.p.3.decad.58.err.5.Rouit. conf.75.n.19.feqq.vbi noftra Add.D.Rofa confult. 15.nu.18.lib.2. Car.Luc.de Iud.difc.40.n.62.83.

780 Et fi adfit ftatutum formam inducens in adiudicatione facienda, fi illa omittatur,adiudicatio eft nulla.Gratian.difc.545. num.2. Penia dec.116.pofita poft Stuttl.de Sului an.Burat.dec. 240.Ofafch.dec.40.Mangil.de fubhaft. qu.202.nu. 10.qu.165.nu.2.Amat.ref.44.num.6.feqq. Et per adiudicationem transfertur dominium irreuocabiliter à debitore, qui non poteft amplius offerre.Schettin.de iure offer. p.1.c.1.fect.1. nu.11. fol.42.45.n.21.

Adiudicatio non poteft fieri non citata parte.d.l à Diuo Pio.§.fup.rebus. Fenzon. ad ftatut. Vrbis lib.2.c.194.nu.11.12.25.26.27.Rota apud Zacchia de obligat.Camer.d.dec.154.num.5.Alias funt nulla quæ funt facta contra formam iuris. Fenzon. d.c.194.n.46.Surd.conf.49.n.15.26.lib. 1.Pofth.de fubbaft.infp.23.num.189.& 192.Rota apud eundem dec.59.nu.3.4.Ciarlin.contro.233. nu.23.24. Nos infra n.820.

781 Si Iudex excedit,nec rectè, aut ritè procedit,tunc adiudicatio eft nulla, & tunc fructus imputantur in fortem, Merlin.dec.73.74.poft Pofth.de fubhaft.Ciarlin.d.contr.233.n.23.feqq.

782 Et fi quo ad efformandam adiudicationem creditori adfit in aliquo loco ftatutum, debet

bet offeruari forma ſtatuti, alias nulla eſt adiudicatio. *Bal. in l. ordo. nu. 7. C. de except. rei iudic. Gratian. diſc. 545. n. 2. Rota* coram *Penia dec. 116. poſt Statil. de Salman. & dec. 240.* coram *Burat. Oſaſch. dec. 34. Mangil. de ſubhaſt. q. 102. nu. 10. & q. 165. nu. 2. Amat. reſ. 44. nu. 6. ſeqq.*

783 Sic etiam ſeruanda eſt forma mandati ipſius Iudicis, alias eſt ſpolium, nam nullitas procedit non ſolum contra ſpoliantem, ſed etiam contra licitatorem habentem cauſam ab illo. *Rota* coram *Merlin. dec. 73 74.* poſt *Poſth. de ſubhaſt. Pigant. ad ſtatut. Ferrar. rubr. 25. n. 18.*

784 Nam vbi intrat ſpolium non competit cõfirmatio tenutæ. *Neguſ. de pign. p. 3. membr. 2. nu. 20. 21. Merlin. de pign. lib. 1. tit. 3. qu. 24. Pigant. ſup. nu. 19. Poſth. dec. 18. n. 7. 8.*

785 Et quando adiudicatio eſt ſpoliatiua. *Marcabr. conſ. 32. nu. 271. Mangil. de ſubhaſt. q. 51. 52. nu. 25. Poſth. de ſubhaſt. inſp. 62. Amat. reſ. 44. nu. 12. ſeqq.* vbi *num. 13.* declarat dicens dari retentionem ſi res non ſit aliena, vel niſi conſtaret de non debito. *Pigant. ſup. n. 20.*

786 Pariter nec ſi ſit exceſſiua. *Borgnin. de vſufr. verſ. & in tantum ſunt vera,* vbi ſecus ſi defectus vigeat in proceſſu. *Pigant. n. 21.*

787 Nec retentio competit, niſi creditum ſit liquidum, & ex eadem cauſa. *Rota* coram *Card. Caualer. dec. 539. 343. Mangil. d. quæſt. 52. & 93. Poſth. reſ. 62. Rota* coram *Veroſp. dec. 411.* vbi declarat *p. 5. diuerſ. Surd. dec. 46.* vbi *Cenſal. & Hodiern. Merlin. d. q. 24. nu. 11. 12.*

788 Et quando Iudex excedit, nec rectè, & citè procedit, tunc fructus percepti imputantur in ſortem. *Rota* penes *Merlin. dec. 73. 74.* poſt *Poſth. de ſubhaſt.*

789 Æſtimatio debet præcedere adiudicationẽ, facta per Peritos. *Mangil. de ſubhaſt. q. 26. num. 6. & q. 18. Rota dec. 109. nu. 8. ſeqq.* poſt *Poſth. de manut.* In qua æſtimatione debet deduci onera, & debita annexa rei. *Theſ. q. 115. lib. 3. Mangil. de euict. qu. 86. & de ſubhaſt. q. 154. Affl. dec. 358. nu. 5. Rouit. in Pragm. 1. nu. 35. ſeqq. de aſſiſtentia. Franch. dec. 120. Nos ad Rouit. conſ. 40. nu. 1. ſeqq. lib. 2. Pigant. ſup. n. 26.* *Card. Luca de iudic. diſc. 40.*

790 Verum ſi periti errauerint in æſtimatione, datio in ſolutum, & adiudicatio non remanet inualida. *Bertazol. conſ. 16. num. 23. Coſta de port. rat. q. 26. nu. 7. Pigant. ſup. nu. 27.*

791 Quod adiudicatio facienda Creditoribus, requirat appretium, eſt *tex. l. ſi quos C. de reſc. vendit.* Et licet loquatur in re debitoris Fiſci, intelligitur, etiam in re priuati. *Gratian. diſc. 7. nu. 10. ſeqq. diſc. 545. nu. 8. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 47 nu. 61. Fenzon. ad ſtatut. Vrbis c. 194. n. 42. vol. 3.*

792 Nam ſubhaſtatio valorem verum rei non probat, cum oblationes ſoleant eſſe animoſæ. *Franch. dec. 54. num. 10. ſeqq. Fontanell. de pactis nuptial. cl. 4. gl. 9. n. 86. ſeqq. Schettin. de iure offer. in præfat. num. 23. Theodor. alleg. 92. n. 10. Rouit. conſ. 38. nu. 2. lib. 2.* vbi noſtra *Addit.*

793 Sed quod ſi adſit licitatio non requiratur appretium. *Gratian. d. diſc. 7. nu. 12. ſeqq. diſc. 545. nu. 23. ſeqq. diſc. 706. nu. 5. ſeqq. D. Hodiern. cont. 40. num. 45. ſeqq.* Cum præſumatur iuſtum pretium, niſi contrarium probetur. *Poſth. de ſubhaſt. inſp. 49. nu. 61. ſeqq. Rota dec. 151.* poſt dictum *Tract. Gallup. in praxi p. 3. c. 2. nu. 37. & Ponte conſ. 126. lib. 2. D. Galeot. reſp. 15. nu. 21. Prat. ad Muſcatell. in praxi par. 3. gl. venduntur, verſ. volo tamen. D. Roſit ſelect. cap. 98. Rota p. 17. rec. dec. 63. & dec. 73. num. 21. p. 17. Merlin. dec. 705. Ricc. collect. 916. & 1584.*

794 Sed certe valor bonorum probatur per peritos. *Gratian. diſc. 600. Caualer. dec. 358. Caball. conſ. 126. lib. 1.* poſt mille diximus *Nos q. Sabell. §. valor.*

795 Quod appretium non eſt neceſſarium in bonis mobilibus, ſed illa ſubhaſtantur in loco publico, & liberantur, vel offerenti pro pretio, quod reperitur loco publico, vel creditori. *Piſanell. in reſp. edit. per R. Marin. lib. 2. reſ. 41. Nos ad Rouit. conſ. 40. n. 4 lib. 2.*

Et licet appretium non requiratur quando ſit ſubhaſtatio, tamen ſi reperiatur emptor pro maiori pretio non competit adiudicatio. *Capyc. dec. 41. n. 13. Gait. de credit. c. 4. q. 7. nu. 882. R. Capyc. Latr. dec. 42. Barbat. de aſſiſt gl. 2. num. 29. Marin. lib. 2. reſ. 41. n. 2.*

796 Dummodò vitium non ſit in ipſa datione, vt quia ſit exceſſiua, nam tunc annullatur in totum. *l. ſi non totum. §. ſi centum,* vbi *Iaſ. & alij ff. ſi cert. petat. Chartar. dec. 39. Ciarlin. contr. 233. num. 27. Rota* coram *Caualer. dec. 84. & dec. 198.* coram *Gregor.* vbi *Add. & dec. 282.* coram Quicpo poſt *Poſth. de manut.* quę declarat hoc procedere ſi vitium prædictum ſit in ſententia, vel mandato Iudicis, ſecus in executiones vt quia res maioris valoris, quam ſit debitum, capiatur, nam id non cauſat nullitatem. *Mareſcot. lib. 2. c. 6. Borgn. de Vſufr. num. 209. Mangil. de ſubhaſt. q. 51. & 102. D. Leoncill. dec. 174. n. 5. Meſa lib. 1. var. c. 7. n. 7.* Capyc. dec. 51. Rouit. *in prag. 2. de appellat. nu. 2. Sanfel. in praxi ſect. 60. nu. 45.*

797 Ratione indiuiduitatis, cuius ratione vtile per inutile vitiatur. *Intrigl. dec. 46. Hodiern. ad Surd. d. c. 14. n. 2. R. ſis ſelect. c. 81. n. 16. ſeq. p. 2.*

798 Quod adiudicatio facta pro maiori ſumma, quam ſit debitum, in totum ſit nulla dicunt *R. Rouit. conſ. 40. lib. 2. Put. dec. 323. nu. 23. lib. 1. Rota diuerſ. 221. p. 2. Mangil. de euict. qu. 146. nu. 5. Surd. dec. 45. num. 2 ſeqq.* & ibi *Hodiern.* Rota apud *Zacchia de obligat. Cameral. deciſ. 40 nu. 5. Ciarlin. contr. 233. n. 27. & 102. Intrigl. dec. 46.* Rouit. *ſup. pragm. 2. de appellat. nu. 2. Magon. dec. ſ. Flor. 109.* Coſta *de port. rat. qu. 26. & 137. Franch. deciſ. 173.* vbi *Luca. Borrell. conſ. 15. nu. 4. Cancer. var. lib. 3. c. 17. tit. de ſent ent. 350. Nicolin. in praxi fol. 25. n. 39. D.* Riccius *in praxi tom. 2 tit. 7. c. 5. nu. 3. D. Petra in rit. 166. nu. 211. Prat. ad Muſcatell. gl. ad iudicatur* Rouit. *in pragm. 2. de appellat. nu. 2.* Ricc. *collect. 1246. Card. Luca de iudic. diſc. 40. n. 86.*

799 Et bona adiudicata debent reſtitui cum fructibus, licet ſint conſumpti, & in ſortem

54 Quod intellige,si actus sit ipso iure nullus, secus si sit nullus in fauorem vnius partis tantum; quia tunc qui dedit causam nullitati potest pro gabella conueniri,vt dolus,& culpa sibi patrocinetur, *Vant.de nullit.tit.quoties.& intra nu.58.68.Vin.opin.817. P.Stefan.de Neap.de aur.& subst.lib.1.c.15.nu.15.Paul.Melius obs.95 Vasq.opusc.moral. tract.de restit.c.6. §.2.dub.1.2. & 3.fol.102. Guttier.de gabell.q.9.* Secus etiam si contractus dissoluatur ex nouo pacto,& voluntarie,nam tunc debetur gabella, *Vrceol. de transact.q.78.num.38.seqq.*

55 Idem disponitur *per Legem Florent.* dummodo nullitas fuerit declarata per Ministros gabellæ,ad euitandas fraudes, quo casu etiam soluta potest repeti, *Sabell.in praxi.§.gabella n. 9.10.& nu.53.& seqq.& in summa, §.gabella nu.6.21.Vrceol.de transact.d.q.78.in fine,* vbi post quam firmauit, gabellam deberi ex contractu transactionis, limitat non procedere si transactio fuerit nulla, *Sabell.§.transactio.n.24.*

Secus est,si instrumentum sit nullum,quia, v.g.,sit factum per Notarium Vassallum, quod est prohibitum fieri per *Cap. Ladislaus*, sed interuenerint in contractu testes requisiti per ius commune, vel municipale, & aliæ solemnitates requisitæ in tali contractu, nam tunc debetur gabella pro tali cōtractu, *Bardell.conf. 185.nu.21.Rouit.conf.91.nu.5.& conf.90.nu.12. Murin.ad Reuert.dec.386.num.3.in fine, ad dec. 550.nu.2.in fin.*

Et vbi pro contractu debet solui gabella, si gabella non soluatur, contractus est nullus, *Magon.dec. Flor.33.Tusc.lit.G.concl.9.10. & lit. S.concl.562.Caball.conf.24.lib.1.*

56 Cōtra dicimus in mercede data proxenetæ pro contractu, vel distractu facto eius opera, nam merces data illi pro opere non repetitur, nullo existente contractu ex doctrina *Bar. in l.debet, ff. de ædilit. edict. Iason in l.1.ff. de cond.t.caus.dat nu.7.* contra decisionem *Mar. de Fano relatam per Sabellic. br.* Ea ratione, quia datur pro seruitio, & opera proxenetæ, quæ cum sit sequuta impedit repetitionem, & decisum refert, *Sanfel.dec.304.*

57 Quod procedit etiam in mercede data Tubictæ M.C.V pro eius directu sibi spectante in venditionibus ad instantiam creditorum, vt decisum refert per S.R.C.anno 1603. *Idem Sāfel.d.dec.304.in fine.*

58 Tamen si merces data proxenetæ sit data iam pro labore,quam ex causa dicti contractus declarati nulli,tunc pro rata repetitur, *Sanfel. ibid.nu.2.Sabell.§.contractus.nu.51.§.expensæ.nu. 13.§.venditio.n.59.*

59 Contractus factus contra legem, vel statutum,licet sit nullus quo ad commodum, & fauorem eorum,qui ita contraxerunt, tamen valet quo ad damnum, & præiudicium ipsorum, quia ex sua culpa pœnam, non immunitatem consequi debent, *Tiraq.de retract. lignag.§.1.gl. 2.nu.8.& §.26.gl.2.nu.7.& seqq. Montan.de tut. c.26.nu.37.*

60 Sic contractus à Lege improbatus non sustinetur,etiam volente eo, in cuius fauorem annullatur, quia tali nullitati renunciari non potest, *Tiraquel.de legib. Connub. gl.8.num.98. Borguin.dec.13.nu.29.30. lib.2. Ossasch.dec.166. nu.7.dec.172.nu.17.Surd.dec.268.n.8. Thomat. dec.101.n.19.*

61 Si contractus sit nullus ob defectum consensus alterius, veluti patris,vel mariti non cōualidatur per superuenientiam illius post mortem

tem cõtrahentis, *Castr. cons. 438. vol. 2. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 69. num. 6. Carleual. de indic. tom. 2. tit. 3. disp. 23. num. 18. Salgad. labyr. credit. p. 1. c. 33. n. 9. seqq.*

62 Alienans partem rei prohibitæ alienari non totam rem, sed partem tantum alienatam perdit, *Ricc. p. 7. collect. 2855. Moresceott. lib. 2. var. c. 14. Cyriac. contr. 346.*

63 Et consentiens alienationi eius pœnam incidit, *Cyriac. contr. 289.*

64 Pœna alienationis euitatur, si rem alienatam recuperet alienans, *Guttier. lib. 2. pract. qu. 115. Robert. rerum iudic. lib. 3. c. 8.*

65 Alii distinguunt materiam, quando pœna debeatur ex actu nullo; nam aut lex considerat solum factum, & animum facientis, & non iuris effectum, & tunc contra faciens punitur etiam ex actu nullo, ob dolum, & culpam facientis, spernendo legis prohibitionem, *Cancer. var. p. 3. tit. 11. sub nu. 16. Trasmiera de polygamia lib. 2. q. 9. à n. 16.*

66 Aut lex considerat solum effectum iuris, & tunc si actus sit nullus, ex eo pœna non incurritur, *Molina de primogen. lib. 2. c. 16. num. 19. Rub. de valid legal. c. 2. nu. 89. seqq. Anguian. de legib. lib. 3. contr. 8. Ciarlin. contr. 43. Olea de cess. iur. t. 2. q. 5. n. 36.* Dicemus *infrà n. 91.*

67 Sic non incurritur pœna apposita à testatore ad fauorem personæ prohibitæ per statutum succedere, quia dilectio pœnæ super dispositione nulla, & inualida est inefficax, *l. sermo alieno, §. fin. ff. de leg. 1. Euerard. co. l. 71. num. 15. 16.*

67 Sic regula est in omni contractu, quod data nullitate principalis obligationis, & à iure improbatæ, nulla pœna possit peti, *l. libertus, ff. de iure patron. l. à diuo, ff. de rit. nupt. l. non dubium, C. de legib. Redoan. de reb. Eccles. non alien. qu. 22. n. 14. 15. Barbos. in l. non dubium, C. de legib. n. 10.*

69 Et vbi contractus non valet, exigi non potest pœna, in eodē contractu promissa voluit, *gl. in l. 3. verb. Fabiana, ff. si quis in fraud. Pinell. de resc. vend. p. 1. l. 2. nu. 26. Tiraqu. de iure constit. p. 1. lim. 7. n. 28. 29. Moneada empt. & vend. 6. qu. princ. n. 53.*

Ratio est, quia rescisso principali contractu, rescinditur, & accessorium, *Altograd. cons. 17. n. 39. & seqq. lib. 1. Merenda contr. lib. 3. c. 48. num. 25.*

70 Sed hæc regula est accipienda, vt habeat locum quando actus, vel contractus est ipso iure à lege nullus declaratus, non verò quando pœnę promissio accedit actui à iure non improbato, licet ei ius non assistat, *Borgn. dec. 31. per tot. præcipuè nu. 30. seqq. Altograd. cons. 27. n. 49. lib. 1. Censal. dec. Luc. 7. n. 46. 47.*

71 Nam non dicitur ipso iure nullus contractus quando lex imponit pœnam duntaxat contrahentibus, sed quando vltra pœnam adiectionem declarat nullitatem, *Vant. de nullit. tit. quot. & quib. mod. nullit. &c. Alex. cons. 24. lib. 6. Farinac. in fragm. p. 2. lit. L. n. 195. D. Torre de pact. fut. succ. ff. lib. 3. c. 1. n. 45. & seqq.*

Sic nullitas contractus est adeò potens, quod illa habeat locum, licet pœna sit in illo adiecta, nam per adiectionem pœnæ non excluditur nullitas contractus, seu actus celebrati contra formam statuti, *Menoch. cons. 996. n. 22. Altograd. cons. 54. n. 56. seqq. lib. 2. Samminiat. contr 78. n. 8. contr. 79. n. 22.*

Maxime si forma assignata respiciat publicam vtilitatem, *Rota rec. dec. 350. in fin. p. 6. Samini t. d. contr. 78. n. 9.*

Aut statutum, vel lex prohibet aliquid fieri, & apponit pœnam, & tunc incurritur non solum pœna, sed nullitas actus. Aut mandat fieri sub pœna disponendo affirmatiuè, & tūc intrat pœna, non verò nullitas. *Andreol. contron. 384. n. 8. 9. 10. 11.*

Sed quamuis non contineatur expressa annullatio, illa resultat ex ipsius formæ inobseruantia, *l. bar consult. ffima, circa princ. C. de testam Farinac. in fragm. crim. verb. lex n. 104. p. 2. Cyriac. contr. 62. n. 48. Rota dec. 107. n. 33. p. 12. & dec. 401. n. 1. p. 15. rec. D. Semmat. contr. 79. n. 22. & contr. 78. n. 6. seqq.*

Nec facit aliquid appositio pœnæ, nam dum statutum præscribit formam circa actum, qua non seruata intrat nullitas, per adiectionem pœnæ non censetur remissa ipsa nullitas actus contra formam gesti, *Meno. b. cons. 996. on. 22. Altograd. cons. 64. n. 56. & seq. lib. 2.*

72 Contractus nullus non est contractus, vt *sup.* diximus *num. 1. & seqq. l. statutis, C. de sent. ex peric. recit. l. sicut, ff. de oper. libert. Marsil. cons. 89. nu. 3. seqq. Vrsill. ad Affl. dec. 21. num. 19. 20. Salgad. de reg. protect. 3. p. cap. 9. à nu. 13. & p. 1. de retent. cap. 10. num. 114. & c. 12. §. vn. à no. 19. & 2. p. c. 20. nu. 31. Vela dissert. 40. num. 55. Surd. dec. 289. Escob. de purit. 2. p. qu. 4. art. 4. §. 2. à o. 32. Valenz. cons. 32. Carlenal. de indic. t. it. 1. disp. 2. n. 879. & tit. 3. disp. 16. n. 2.*

73 Hinc, cum laudemium debeatur ex contractu alienationis rei emphyteuticæ, ex natura illius contractus, quod est quinquagesima pars pretii, soluenda ab emptore, *l. fin. §. ne auaritia*, ibi: *pro subscriptione sua*, quia datur pro confirmatione dictæ alienationis, & consensus directi domini, *Clar. §. emphyteusis, qu. 23. Burg. de laudem. p. 1. insp. 1. num. 7. Amad. de Ponte eod. tract. in princ. Caualer. dec. 21. Fulgin. de iure emphyt. tit. de laudem. qu. 1. Franch. & Luca decis. 201. Altograd. cons. 34. num. 41. lib. 1. Surd. decis. 220. num. 4.* vbi *Hodierna, & Censal. Fulgin. sup. qu. 3. Tusc. lit. L. concl. 16. Cald. Pereyra tract. de emphyt. c. 16. Sabell. §. laudemium, nu. 1. & seqq. Rota p. 11. rec. dec. 272. n. 6. Nos q.*

74 Si contractus est nullus, laudemium, vel gabella non debetur, quia cessaret causa ob quam illud præstatur, *Redoan. de reb. Eccles. non alien. qu. 11. num. 19. Tiraqu. de retract. lignag. §. 1 gl. 2. num. 7. de retract. conuent. §. 6. gl. 2. nu. 5. Ponte de laudem. qu. 39. Thes. dec. 75. num. 5.* decisum re-

refert *Fontanell.de pactis cl.4.gl.9.p.5.num.154. Olea de cess.iur.tit.3.qu.5.num.28. Molin.de primogen.lib.2.cap.16.num.18.Surd.dec.41.à n.18. Ripol.var.cap.7.num.331.Fontanell.dec.587.588.280.277.& seqq.dec.299.281. Sabell.sup. nu.9. Fab.in C.tit.42. de iure emphyt. defin.28. facit gl.in fin.in l.debet,ff.de aedilit.edict. D.Hodiern. ad Surd.dec. 31.num.26. Rub.de valid.legal.c.2. num.107.*Gratian *discept.746.num.5.Fulgin. de iure emphyt.qu.8.num.39.40.* putà si emphyteuta alienet emphyteusim sine consensu domini directi, *Fanuc.resol.ciuil.qu.79.D.Scoppa ad D.Merlin.contr.37.num.12.lib.1.Genuens. in practicabil.Eccles. qu.104.* Imò si sit soluta repetitur, *Rota p.15.rec.dec.374.num.5.seqq.Fontanell.dec.587.588.280.277. & seqq. dec.279.281.Sabell.§.laudemium.nu.9.Peguera dec.148. Ripol.d.c.7.n.393.*

Sic ex contracto nullo non debetur gabella, *Nouar.sup.pragm.in rubr.tit.de contract.n.2.*

75 Eodem modo ius congrui non competit vicino, vel consanguineo, quando alienatio rei fuit nulla, vel effectum non habuit, *Gratian. cap.752.num.60.& 75.& seqq.Tiraq.de retract lignag.§.1.gl.2.num.5.& seqq.* Poul.*Christin. ad l.municipal.tit.11. art.18. Nos de nullit.Iudic.p.1.rubr.8.qu.14.num.34.D.Romaguer.ad Conciol. ad stat.Eugub.lib.1.rubr.55. nu.45. Sabell. §.ius congrui n.5. D.Capon.disc.132.n.25.*

Item praelatio non competit ex alienatione nulla, *Coradin.de praelat.qu.16. num.102. seqq. Nig.de laudem.tom.2.qu.38.à num.44.& qu.51. Donad.de renunciat.tom.2.c.26.nu.45.seqq. Antonell.de temp.legal.lib.3.c.2.n.16.*

76 Et solum tempus retrahendi competit a die scientiae ratificationis, seu confirmationis talis nullae alienationis, *D.Saminiat.inter controuers. Altograd.cons.7.n.11.*

77 Possessio non transfertur ex contractu nullo, & inutili, *Gratian disc.483. Rota p.10. rec. dec.200.num.8.Ludouis.dec.126. Rota p.18.dec. 547.nu.18.dec.643.num.24. Castejon. verb. possessio, Alex.cons.69.num.14.l.b.5.* Multò magis dominium, *Rubeus de valid.legal.c.2.n.97.*

Secus si nullitas sit ex defectu solemnitatis nõ seruatae, putà in contractu minoris, non transfertur possessio, *Put.dec.877.num. 4. seqq. lib.3.dec.93.p.2.Serafin.dec.155.& 1200. Turret.cons.37.n.13.Giurba dec.24.num.32.Gratian. disc.704.n.17.21.*Licet contra dicat *Olea de cess. iur. tit.3.q.11.n.33.*

78 Si verò intercedat traditio transfertur possessio, etiam ex contractu nullo, nisi nullitas procedat ex defectu consensus. Idem *Gratian. disc.704.num.17.seqq.Peregr.tract.var.lib.3. de possess.& propriet.num.148.Tusc.lit.P.concl.425 Bich.dec.390.Rota p.9.rec.dec.308. num.46.47. p.10.dec.244.num.6.7.p.13.dec.483. n.9. Acosta de priuil.credit.reg.1.ampl.1.& ampl.13. nu.12. Giurba de feud.§.2.gl.9.nu.22.seqq.& §.1.gl.13 à num.29.& dec.22.nu.18.& à num.21. & obs. 80.num.33.Barbosa vot.126.nu.266.lib.3.Mier.de maior.p.3.qu.9. à num.81. Possib. de manut.obs.20.& dec.63. Velasc.de priuil.paup. p.3. qu.8. num.116.Noguerol.alleg.31.à nu.99. Cyriac.contr.14. à num.43.* (vbi limitat quando lex resistit acquisitioni cum clausula irritanti, vel ob omissas solemnitates praesumit defectum consensus) *Olea de cess.iur.tit.6.qu.5.nu.14.* Vbi *n.15.* limitat in cessione nulla, *Noguerol. alleg. 20. Ricc.collect.2831.2909.2989.*

79 Idem est quando possessio fuit tradita, & translata ex falsa causa, nam ob id non vitiatur, sed est manutenibilis, *Gratian.cap.113.nu. n.9.seqq. Rota p.1.rec.dec.275.n.5. Add.ad Ludouis.dec.283.n.7.*

Ideò ex contractu inutili possidens habet omnia remedia possessoria, vt in possessione maneat, donec iudicium finiatur. *Bologn.in l. 3.§ si vir vxori.ff.de acquir.possess.num.37.Tusc. lit.P.conclus.441. Rota diuers.p.2. dec.269.in fine. Vrceol.consult.46.nu.32.33. Ridolfin.in praxi p. 2.c.11.nu.135.& seqq.*

Ideò possessio translata per talem contractum inutilem, non potest de facto auferri ab ipso possidente, sed cum eo agendum est iure ordinario. *Bologn.sup.n.52.* ea ratione, quia potest negari quod antequam discutiatur inter partes: an contractus valeat, non potest negari quin possidens ex tali cotractu, habeat interim plus iuris, quam suus aduersarius. *Caualer.dec.475.nu.2.Lanar.cons.14.nu.12.seqq.Merlin.dec.313.num.1.6.Bich.dec.579. nu.3. & seqq. Cancer.var.p.3.c.14. Autun.de donat.lib.2. c.32.* vbi tota materia manutentionis.

Sed sine difficultate per contractum annullabilem ex laesione, transfertur dominium, & possessio in aduersarium, nam rescissio praesupponit contractum esse validum, *l.nam & si sub conditione vers.post defectum ff.de iniusto.rupt. Soccin.sen.cons.136. nu.9.lib.1.Menoch.cons.359. nu.37.*Giurba *d.dec.24.nu.27.*

Nam laesio in pretio non reddit contractum ipso iure nullum, sed annullabilem. *Hondod. cons.23.nu.24.lib.2.Rednasc.cons.68.lib.1.*

80 Licet vendens rem sacram committat simoniam. *gl.& DD.in rubr.de simonia.Suar.de relig. tom.1. lib 4. de simon.c.1.* Costo *de fact. scient. & ignor.dist.11.cent.2.Maranta contr.p.4. resp.44. Clus.§.simonia. Tusc.lit.S. concl.245. Ricc.coll. 448.1705.1709.1739.2232. 4039. Tepat.var. sent.tit.18. Angles de confess.lib.2.qu.53.Bonacin. tom.1.tract.de simonia. Mascard.concl.1304.seqq. Rota p.16.rec.dec.141.& dec.381. & p.17.decis. 116.Sabell.& Castejon.§.Simonia.*

81 Tamen si contractus sit nullus, secus. *Paris. cons.15.nu.24.lib.4.Garz.de benefic.tom.2. p.8.c. 16.n.89.* Videndus *Diana p.10.tract.16.res.15. & p.11.tract.6.resol.30.Christin.dec.66.vol.1.*

82 Si emphyteuta alienet emphyteusim sine consensu Domini, & rem emphyteuticam, illa aperitur Domino directo. *l.fin.C.de iure emphyt. C.potait de locat.Valasc.de priuileg.paup.p.1. qu. 22.à nu.64.Mantica de tacit.lib.22.tit.28.nu.38.*

Giar-

Giurba dec.80.à n.2. Intrigl.cons.21. à n.35. Rub. in annot.ad dec.131.nu.192.p.8.rec.Valasc.de iure emphyt.p.1.q.22.à nu.64.

83 Secus est si alienatio sit nulla. *Rubeus de valid.legal.cap.2.num.78.seqq.num.95.num.101.& seqq. Fulgin. de iure emphyt.tit. de alienat.qu.est. 1. num.173. Anna sing.56. Petra ad Gram.decis. 27.num.10.ad dec.76.num.24.Ludouic.Bell.cons. 77.num.50. Surd.de alim.tit.9.quæst.16. à num. 68.Guttier.lib.2.pract.q.4.nu.4.Corpen.ad statut. Mediol.tom.1.cap.419.nu.19.Barbos.in d.c.potuit. nu.64.& 72.Nig.de Laudem.tom.2.q.22.art.7.n. 32.& q.38.Olea de cess.iur.tit.2.q.5.nu.28. Corbul. de iure emphyt. tit. de caus. priuat. lim.22. Mantica de tacit.lib.22.tit.18. num.38. Schrad. defendit p.9.tit.1. num.27. Fab.decad.45. error. 25. & seqq.*

Idem est in Vassallo alienante feudum, nulliter, nam non cadit à iure suo. *Rubeus de valid.legal.cap.2.nu.93.*

84 Emphyteuta Ecclesiæ tenetur ad solutionem canonis, si contractus emphyteuticus sit, nullus ex defectu essensus apostolici, ac si contractus fuisset validus, per *tex.in §.si vero. Auth. de non alien.reb. Eccles. Rodoan.de reb.Eccles.non alien.q.36.nu.16.q.58 nu.44. Corbul.de iure emphyt.de caus.priuat, ob non solut.canonis ampl.13. Fulg.n.de iure emphyt q.21.num.20.& de solut. Canon.q.1.num.120. Hodiern.ad Surd.dec.6. nu. 6.D.Capon.disc.132.nu.26.*

85 In omni actu nullo,detecta culpa, vel dolo agentis,potest bene puniri,ne dolus,& culpa patrocinetur,*Vant.de nullit.tit.quoties, & incrd nu.53.seqq. Montan.de tutel.c.26.nu.36.Gratian. disc.849.nu.11.disc.906.nu.12. Farinac.in praxi crim.p.1.q.31.num.155.Bellett.de.sup.Cleric.p.2. tit.de cleric.debit.§.2.n.5. Vaz axiom.iur.§.dolus.*

86 Mulier transiens ad secundas noptias,amittit tutelam filiorum, licet matrimonium sit nullum.*Gonzal.ad reg.8. Cancell.gl.57.num.53. Gras an.disc.36.nu.60.Cancer.var.p 3.c.11.Olea de cess.iur.tit.2.qu.5.num.6. Hieron.Port.de foro Arag.obs.54.nu.5.6.Rubeus de valid.legal. cap.2. num.84.*

87 Mulier adulterium committens non excusatur, licet matrimonium sit nullum. *Crinell. dec.19.Guttier.lib.2.Canon.c.12.nu.6.22.Gomez in l.81.Tauri.nu.30.48. Peguera dec.93.num.4. Farinac.in fragm.verb.extensio,& in praxi crim. q.142.à num.16.P. Barbos.in l.2. ff.solut.matr.in princ.n.44.96.Ang.Barbos.in vot. dec.114. n.20. lib.3.Sanch.de matr.lib.10.disp.8.nu.7. Larrea dec.33.nu.12.per tex. in l.si vxor.12. §.1. ff.ad l. Iul.de adult. Cuiac.lib.3.obseru.5. Menoch.cons. 1225.nu.11.Pancirol.var.lib.1.c.126. Auendan. de metu lib.2.c.41.num.32.seqq. Fragos.de regim. Reip. lib.3.disp 6.§.3.nu.66. Tancred.de matrim. lib.7.q.42.seqq. Castagna de benefic. ne egeat.q.1. lim.5.num.vl.Auendan.de metu lib.2.c.41.nu.32.*

88 Vbi limitant si matrimonium fuisset nullum ex defectu consensus, Et simul disputant, an vxor amittat dotem in matrimonio putatiuo,

& nullo, propter adulterium. *Olea de cess. iur. tit.2.q.5.n.7.*

89 Contrahens scienter matrimonium cum consanguinea,in pœnam incidit, licet matrimonium sit nullum.*Gratian.d.disc.36. num.61, Olea sup.nu.8.*

90 Quid multoties ex actu nullo sequatur pœna,ac si esset actus validus,dicemus hic.Si Clericus in sacris constitutus,beneficiatus,contrahat matrimonium, licet illud sit nullum,perdit beneficium, *Portole. ad forum Aragon.obs.54. nu.5.6.Ricciull.lib.7.c.2.à num.11. Barbos.de iure Eccles.lib.2.c.14 à nu.16. Rubeus de valid.legal.c.2.nu 83.*

91 Sed distinctio est. Aut lex considerat solum factum,& animum facientis, & non iuris effectum, & tunc contra faciens punitur etiam ex actu nullo, ob dolum, & culpam facientis, spernendo legis prohibitionem. *Cancer.var.p. 3.c.11.nu.16.Torre de pact.fut.success.lib.1.c.16. num.45.*

Aut lex considerat solum iuris effectum, & tunc si actus sit nullus non incurritur in pœnam *Molina de primog.lib.2.c.16.n.19. Rub. de valid.legal.c.2.n.90* Diximus *sup.n.65.*

92 Sic Clericus in minoribus Ordinibus contrahens matrimonium, amittit beneficium Ecclesiasticum, quamuis matrimonium sit nullum, nisi nullitas prouenia ex defectu consensus, *Sanch.de matrim.disp.43. Ricciull.de iure person. lib.7.c.2.1 onnat.p.2.q.benefic.c.5.à nu.15. & pension.c.75.d nu.24.Barbos.de iur. Eccles. lib 2. c.14.nu.7. Giurba a. consuet. Messi.c.1.gl.1.à nu. 44.Call.de emphit.3.p.c.5 num.14. Cancer.p.3. c.11.nu.9.Marta.lib.2.c.60.* & ibi *Addit. Olea sup.nu.9.Farinac.tom.4.q.138. à nu.108. Barbos. de pot.st.Episc.3.p. alleg.57.à nu.202. Lotter.de benefic.lib.3.q.26.nu.75. Rub.de valid.legal. c.2. n.83.Sanfel.dec.15.*

93 Sed grauatus ne contrahat matrimonium cum ignobili,vel descendente a longis,sub pœna priuationis maioratus, quod graua men est validum,*Cast.ll.lib.4.c.25.à nu.20. com.6.c.126. num.127.128. Molin.de primog. lib 20.c.13.* vbi *Addit.Olea de cess.iur.tit.1.q.5.c.13.* cam incurrit,licet nulliter contrahat matrimonium, *Olea sup.num.13.& seqq.* licet contra dicat *Mier.de maiorat.p.1.q.1.à nu.379.* quem impugnat *Olea sup.* sed *Mier.* limitat sine difficultate, si copula non sit sequuta,sicut etiam *Scobar.à Corro p.1. q.4.§.7.nu.58 Olea sup n.14 seqq.*

94 Sic ex concurrione nulla,fideicommissarius incurrit pœnam priuationis, si secuta sit realis traditio,post *Fusar.& Sesse.Olea sup n.15.*

95 Actus factus contra legis dispositionem, licet nullus sit,valet in odium facientis, *Olea sup.nu.17.*

96 Fideicommissum reuocatur ex actu nullo, *Becherius differt.1.à n.39.Olea sup.n.22.*

97 Debitum probatur ea confessione eius,facta in contractu nullo *Olea sup. nu.23. Camill. Borrell.in summa dec.tom.2. tit. de confess.num.282.* Vide *infra.*

98 Legatum ademptum, vel translatum censetur ex alienatione, vel translatione nulla, *l.planè 34.ff.de legat.1.l.20.ff.de alim.legat.l.legatum. §.r.ff.eod.tit.* Cald.*de iure emphy. 3.par.de potest. elig.cap.3.à n.39.Olea sup.n.24.*

99 Nominatio ad emphyteutim, reuocata censetur per secundam nominationem, etiam nullam, *Cald sup.à num.39.*ad finem capitis.*Olea sup.n.25.*

100 Ex cessione nulla incurritur pœna, *l.quid erga.§.cum autem.ff.de his, qui notant. inf mia.l si quis legatum.ff.ad legem Cornel. de fals.auth minoris.C.qui dare tu ar.* Sed distinctio est:an nullitas cessionis, vel alterius actus solum resultet, & descendat à lege, quem actum, aut cessionē prohibet, & inficit. Aut vero nullitas aliunde, etiam quam à lege, quæ actum prohibet, resultet, Primò, casu pœna incurritur. Secundò, casu non. *Tiraquell.de retract. l gnag. §.26.gl.2.nu. 11.Gratian disc.36.nu.61. Farinac.cons.70.n.29. Monter.dec.46.nu.48.Gonzal.regul.57. à nu.36. Olea sup.nu.26.36.*

101 Sed cedens nulliter actionē suā in potentiorē pœnam non incurrit. *Tiraq.de retract.lign ag. §.1.gl.2.num.8.& §.26.gl.2.a num.5.& de nobil. c.37.num.104.* Carpan.*ad stat.Mediol. c.445.nu. 24.Monter.ad Oliban.de action. p.2. lib.1.c.4 nu. 37.Gratian.disc.36.nu.5. Sforz.Oud.de prohibit. alienat fideicom.qu.21.art.num.8. Farinac.cons. 70.nu.30.Valenz cons.37.nu.46. Olea sup.nu.27. 35.Rabens de valid.legal.c.2.nu.82.*

Licet deberi pœnam dicant *Donell. lib.10. com.c.19. Barbat.de diuis.fruct. 2.p.c.1.num.76. Bellon.de iure accresc.c.7.qu.67. à num.5. tom.2. Monter.dec.46.à num.28.ex tex.in c.calidis de probib.feud.alienat. per Federic. Retes in opuscul. lib.1.c.19.nu.1.Mangil de euict.q.156.à n.11.*

102 Crimen stellionatus committitur quando titulus criminis deficit, sed dolo, vel dolosa dissimulatione factum est, etiam qui dolum commisit stellionatus criminis reus dicitur. *l.3. §.vtrumq;& §.vt generaliter.ff.de crim.stell. Farinac.in praxi qu.19.nu.33. Salgad. in labyr.credit.p.1.c.14.nu.99. Herald.rerum iudic. lib.1.c.9. num.9. Cuiac. lib.10. obser.26. Ant.Fab. lib.4. coniect.c.2. Amat.tom.2. resol.53. num.5.Cyriac. contr.122.nu.47.Gomes var. tom.3.c.7. Sess.dec. 98.nu.4-10.*

103 Tale crimen varijs modis committitur. *l.1. ff.& C.de crim.stell. Thor.in suppl. verb.pœnæ committentis, Menoch.de arbitr. lib.2.cent.4.cas. 381.Olea de cess.iur.tit.7.q.2.n.1.seqq.*

104 Inter alios casus est quando quis rem non suam, sed vni specialiter obligatam, alteri postea priorem hypotecam dissimulando, specialiter, etiam obligat, aut distrahit, *l.aut ar.§.1.l.si quis in pignore.& §.vl. ff.de pignor.act. l.quæ non dum,§.vl.ff.eod.l.1.& vlt. C.de crim.stell. Molina disp.532.num.4. Farinac.sup. Hermosill. in l. 32.tit.5.p.5.gl.1.nu.215.226.Menoch.d.cas.381. à n.7.Olea sup.n.6.*

105 Sed si committatur in scientem, accusatio, & pœna stellionatus non habet locum, *Auendan.de censib.c.53.nu.8.* quia scienti, & consentienti fraus non fit neq; dolus *l.1. §.intelligitur, l.si tamen.§.si quis,ff.de aedilit.edict.l.1.§.1.in fine, ff.de action.empt.*

106 Secus est si quis probabiliter ignoraret defectum mandati in personam illius, qui cessionem v.g. facere volebat, nam tunc ille qui callide se finxit procuratorem, aut stellionatus, aut falsi pœnam incurrit. *Farinac.q.50.p.3.nu.91.*

107 Et pœna falsi punitur, qui se procuratorē simulat, *l.si procuratori falsa,ff.de condict.caus.* Gratian.*c.985.à nu.22.Parexa de instr.edit.tit.5.resol.10.à nu 26.D. Galcot.lib.2.contr.29 n.58.*

108 Non committitur crimen hoc stellionatus, si contractus sit nullus, *Menoch.de arbitr.lib.2. cent.4.cas.381.num.19. Thor.voto 97.à nu.124. R.Valenz.cons. nu.59.Olea de cess.iur.tit.2. q.5.nu.32.& tit.7. q.2.n.11. Escab.de purit.sanguinis 2.p.q.4.art.4.§.2.nu.57. Ayllon.ad Gomes lib.3.resol.cap.7.nu.2.in fine.*

109 Sic testis deponens falsum super Inquisitionem falsam nullam non punitur, *Rouit.in prag.4.de falsis nu.19.ex Arnom.soliloq.44. Bertazol.cons.crim.518.vol.2.*

110 Sed qui nulliter deposuit, si falsum deposuit, licet non puniatur pœna ordinaria punitur pœna extraordinaria, *Farinac.in praxi qu. 67.§.5.nu.219.lim.5.* vbi testatur de communi. *Sanfel.dec.231.num.vlt. Menoch. de arbitr.lib.2. c.306. Bertazol.cons.518. vol.2. Rouit.in d.prag. 4.num.19.*

111 Clericus beneficiatus, si post contractum matrimonium nulliter, priuetur beneficio, & delictum committat, a quo iudice sit puniendus, *Marin.lib.1.c.60. Sanfel. dec.15.* vbi *Mucci in addit.nu.11.* vbi dicit per iudicem laicum.

112 Sed declaratio, quod per matrimonium inualidum scienter factum, & mala fide, amittatur beneficium, spectat ad iudicem Ecclesiasticum, vt decisum refert per Collaterale Consilium *Sanfel. d. dec.15. in fine, & Reg.Marinis d.cap.60.nu.7.* & ibi *Rodoer.& Luca.*

113 Committens falsitatem in scriptura nulla, & non faciente fidem, non punitur de falso. *Farinac.de falsit.q.152.num.295. & seqq.* Genua *de script.priuat.lib.1.q.4.num.47.seqq. Gionangu. cons.44 nu.17.lib.1. Conciol.res.& crim.verb.falsum resol.4.& alleg 89. nu.34. Vulpel.cons.129. & ibi Addit.Vermigliol.236. nu.7.cons.250.num. 11.cons.256.num.12.cons.490.nu.3.cons.234.nu. 6.Cyriac.contr.637. tom. 4.Nos ad. Rouit.decis.2. num.3.in vlt. Addit.*

114 Declara, quod pœna non sit ordinaria, sed extraordinaria infligenda arbitrio iudicis, secundum facti, & personarum qualitatem *Giurba cons.71.num.21. Barbos de Episc.alleg.73. nu.30.Reg.Capyc. Latr.dec.182.nu.29.Genua de script.priu.lib.1.q 4.n.37.seqq.*

115 Licet contra, quod neque pœna extraordinaria sit infligenda dicat *Thes.dec.171.num.2.* vbi loquitur de falsitate commissa in scriptu-

ra

ra priuata, Cyriac. contr. 637. n. 67.

116 Limita primò dictam declarationem, vt non habeat locum in falsitate, quæ neque actu, neque habitu nocibilis, quia illa neque pœna extraordinaria est punibilis, Surd. de ci. 282. num. 18. seqq. Vulpell. cons. 129. & in addit. Vermigl. cons. 236. num. 7. cons 250. num. 11. cons. 259. n. 12. co s. 499. nu. 3. Conciol. d. alleg. 89. n. 15. licet contra dicat Menoch. de arbitr. cas. 306. nu. 15. & seqq. vt pœna arbitraria.

117 Limita 2. dictam declarationem, vt non habeat locum quando cessat etiam dolus, quia tunc falsitas nulla pœna, nec ordinaria, nec extraordinaria puniri potest, Cyriac. contr. 131. nu. 15. 51. Vermigl. cons. 237. n. 3. cons. 409. nu. 6. Caluin. de aquit. lib. 2. c. 190. nu. 7. & num 80. & seqq. Conciol. d. alleg. 89. n. 37.

118 Limita 3. Vt non habeat locum quando expresse per statutum habetur, quod falsitas sit nocibilis, quia tunc nocumento cessante nulla intrat pœna pro dicta falsitate, Conciol. d. alleg. 89. nu. 38. & res. crim. verb. falsum, res. 3.

119 Et falsitas commissa in scriptura, quæ per se nullam probationem facit, nec plenam, nec semiplenam, neque aliquam præsumptionem, vt puta si in proprio libro Rationum quis scribere aliquem esse suum debitorem, qui reuera non erat, pœna falsi puniri non potest, Castr. co s. 130. lib. 1. Natta co s. 588. p. 4. Genua de script. priuat. lib. 1. qu. 4. num. 4. seqq. Vermigliol. cons. 197. num. 10. Cyriac. contr. 637. n. 82. Conciol. res. 4. quidquid contra dicat Menoch. cas. 306. num. 32. Bertazol. cons. 91. n. 15. lib. 1. Baiard. ad Clar. §. falsum, nu. 306. Nos ad Rouit. dec. 2. in vltim. addit. D. Constantius sup. pr. gl. 1. seqq. tit. de fals. n. 3. Vbi Nos citat.

Sic puniri non potest nec pœna ordinaria, nec extraordinaria, Castr. d. cons. 130. lib. 1. Thes. dec. 171. n. 2. Farinac. de falsit. q. 150. n. 336. 338. & 364. Vermigl. cons. 234. nu. 6. Cyriac. d. contr. 637. n. 82.

Licet contra teneant, & sic puniri pœna extraordinaria, Clar. §. falsum, vers. item excusatur, Menoch. d. cas. 306. nu. 16. seqq. Genu. d. c. 4. n. 37. & seqq. & eo magis si adsit dolus.

120 Amplia in committente falsitatem in scriptura nulla, & non faciente fidem, nam neq; punitur de falso, Farinac. de falsit. qu. 150. num. 295. seqq. Genua de script. priuat. d. qu. 4. num. 47. seqq. Vermigl. cons. 234. n. 6. Gionagn. cons. 44. nu. 17. lib. 1. Conciol. d. res. 4. Nos ad Rouit. d. dec. 2. in vlt. addit. n. 10.

121 Sic falsum instrumentum Notarius conficiens pœna capitali punitur, Farinac. qu. 155. num. 13. seqq. Caball. resol. crim. cas. 66. nu. 6. cas. 89. Franch. dec. 444. Sanz de re crim. contr. 4. n. 21. & seqq. Idem Caball. cas. 176. Matthe. contr. crim. contr. 38. nu. 13. D. Cortiada dec. 88. num. 25. Pareja de instrum. edit. tit. 1. res. 3. §. 2. nu. 22. & seqq. vbi latissime de falsitate instrumenti, maximè in casibus enunciatis à dicto Cortiada sup. n. 28.

122 In Cathalonia non ita seruatur iuxta declarationes traditas à Cortiada d. dec. 88. nu. 31. quod dolendum dicit D. Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 4. rubr. 46. n. 17.

Neapoli etiam pœna falsi punitur, Gramm. dec. 27. Capyc. dec. 153. Franch. dec. 444. licet non sit Notarius, si conficiat tamquam Notarius, Franch. ibid. Caball. cas. 89. Sabel. §. Notarius.

123 Et dicta procedunt in falsificante instrumentum nullum, Olea de cess. iur. tit. 2. q. 5. n. 4. Vbi de falsificante literas nullas, Monter. dec. 46. num. 40. Gratian. disc. 36. nu. 58. Vermigl. cons. 2. n. 123. licet contra dicat Valens. co s. 32. n. 60. Trasmiera de polyg. lib. 2. q. 9. Gram. dec. 27. n. 5. Afflict. dec. 21. nu. 12. Ricc. dec. 135. p. 1. vt sit pœna extraordinaria, licet talis falsitas non sit apta alicui nocere, quia actus est de se illicitus, culpa, & dolus corrumpentis, seu falsificantis punitur saltem pœna extraordinaria, Nos de nullit. Iudic. rubr. 8. qu. 15. n. 14. 15. & in addit. ad Rouit. dec. 2. in addit. Anguian. de legib. lib. 3. tit. 8. num. 43. 45. Farinac. qu. 155. nu. 17. seqq. Faria ad Couar. lib. 1. c. 2. num. 15. post Gratian. Ciarlin. Surd. & alios, quos citat Mart. Medic. decis. Sen. in addit. ad exam. 16. num. 2. D. Romaguer. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 35. nu. 25. Vbi Nos citat in d. rubr. 8. qu. 15. num. 15. Ricc. dec. p. 1. dec 135. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 2. num. 5. Nig. de laudem. tom. 2. qu. 38. num. 18. Thor. in comp. dec. verb. Actuarius, vbi decisum refert: actuarium, qui scienter examinauit testes falsos, sed nulliter fuisse condemnatum ad remigandum, vita durante, Olea sup. n. 5. quidquid dicant alii citati à Melio cons. 136. n. 59.

124 Quod intelligendum est quoties falsitas apta est ad nocendum, Cortiad. d. dec. 88. nu. 42. seqq. D. Romaguer. sup. n. 18. seqq.

125 Sed pro vera resolutione huius puncti, veritas est, quod falsitas, quæ actu non est nocibilis, non est punibilis, Vulpel. cons. 129. & ibi addit. Vermigl. cons. 23. num. 7. cons. 250. n. 11. cons. 256. num. 52. cons. 490. num. 3. Ant. de ballis erat. crim. lib. 4. qu. 1. num. 43. Conciol. alleg. 89. n. 34. Cyriac. contr. 637. tom. 4. Afflict. dec. 404. num. 8. seqq. Palma cons 15. Clar. §. falsum, vers. item excusatur, Rota p. 2. diuers. dec. 111. num. 3. Menoch. de arbitr. cas. 306. num. 33. seqq. Genua de script. priu. lib. 1. qu. 4. num. 4 seqq. Tusc. lit. F. concl. 41. nu. 10. concl. 49. Conciol. res. crim. § falsum, res. 2. 3 4 Sabell. §. falsitas, n. 13.

126 Quæ conclusio declaratur, vt non puniatur pœna ordinaria, sed extraordinaria, arbitrio Iudicis, secundum facti, & personarum qualitatem, Giurb. cons. 71. num 21. Barbos. de Episcop. alleg. 51. num. 30. Conciol. res. crim. res. 2. §. 4. Ciarlin. contr. 48. num. 29. Sanz de re crimin. contr. 96. num. 60. seqq. Tusc. lit. F. concl. 49. Reg. Capyc. Latr. dec. 181. num. 29. Genua de scriptur. priuat. lib. 1. qu. 4. num. 37. seqq. Sabell. §. falsitas n. 16. in fin. Conciol. res. crim. §. Testis res. 3. Idem Sabell. in negotio impresso post §. furtum, num. 32. seqq. Olea de cess. iur. tit. 5. q. 5. n. 5.

Licet contra, vt neque pœna extraordinaria sit puniendus dicat *Thes. dec. 171. nu. 2.* qui loquitur in falsitate commissa in scriptura priuata. *Cyriac. d. contr. 637. nu. 67.*

127 Limita 1. in falsitate quæ non est nocibilis, nec actu, nec neq; habitu, nam illa nulla pęna punitur. *Surd. dec. 282. nu. 18. seqq. Vulpel. d. cons. 129.* & ibi *addit. Affl. dec. 21. n. 12. Sabel. §. falsitas n. 13. & § Notarius n. 8. Conciol. & Romag. ad stat. Eug. lib. 4. rubr. 46. Vermigl. cons. 236. num. 3. cons. 250. nu. 11. cons. 259. num. 12. cons. 499. nu. 3. Conciol. d. alleg. 89. nu. 35.* licet contra dicat *Menoch. de arbitr. c. 306. nu. 15. seqq.* vt intret pœna extraordinaria.

128 Limita 2. quando cessat etiam dolus, nam tunc nulla pœna punitur, *Cyriac. contr. 131. n. 15. 51. Vermigl. cons. 237. num. 3. cons. 409. num. 6. Caluin. de æquit. lib. 2. c. 190. n. 7. 80. seqq. Conciol. d. alleg. 89. n. 37. Cyriac. d. contr. 637. n. 67.*

129 Limita 3. si adsit statutum, vt falsitas sit nocibilis, nam tunc nocumento cessante non adest pœna, *Conciol. sup. n. 38. & resol. crimin. verb. falsum, res. 3.*

130 Sic falsitas commissa in scriptura, quæ per se nullam probationem facit, nec plenam, nec semiplenam, neque aliquam præsumptionem, puta liber rationum priuatus, vbi quis scribit se esse creditorem Titii, *Genua de script. priu. lib. 1. qu. 4. Vermigl. cons. 197. num. 16. Cyriac. contr. 637. num. 82. Conciol. d. resol. 4. Farinac. de falsit. qu. 150. n. 336. 338. 364. Nos ad Rouit. dec. 2. in vlt. addit.* vt diximus *sup.* quidquid contra dicat *Menoch. de arbitr. cas. 306. nu. 32. Bertazol. cons. 91. nu. 15. lib. 1. Baiard. ad Clar. §. falsum, n. 306.*

131 Sic committens falsitatem in scriptura nulla, & nullam fidem faciente, neque punitur de falso, *Farinac. d. qu. 170. num. 395. seqq. Genua d. qu. 4. num. 47. seqq Vermigliol. cons. 234. n. 6. Giouagn. cons. 44. num. 17. lib. 1. Conciol. d. ver. falsum, res. 4. Nos ad Rouit. dec. 2. in addit. à Gabriel. commun. concl. lib. 7. tit. de mal. fic. concl. 5. Luca ad Gratian. disc. 36. nu. 9. Duard. ad Bul. Cęn. lib. 2. can. 6. q. 6. n. 1. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 172. n. 11.*

Sed punitur pœna falsi Notarius conficiens instrumentum nullum ex defectu materiæ, *Mastrill. dec. 250. in fine, Scialoya de iurisdic. c. 3. nu. 128.*

132 Examinans testes falsos in causa, & ipsi testes puniuntur, *cap. 2.* & ibi *Abb. numer. 14. Felin. num. 3. de testib. l. si quando, 15. C. de testib. Gomes var. lib. 3. cap. 12. num. 20. Grammat. cons. 15. D. Petra in rit. 145. Rodoer. cons. 29. ex nu. 11. Rubeis in certam. 2. n. 1. cert. 6. n. 53. 54.*

In Regno Neap. Testes falsi examinati in causa criminali, pœna mortis, in causa ciuili, triremium, per *pragm. 4. de falsis*, post *mille R. Capyc. Latr. dec. 172.* vbi *Manfrello, & Gizzius.*

Tamen si nulliter existimentur, non puniuntur, *Bald. in l. 1. num. 4. C. de sepulcr. violat. Clar. §. falsum, vers. item excusatur, Grass. commun. opin. lib. 2. c. 17. q. 22. Farinac. q. 67. n. 187.*

133 Nam falsitas, quæ actu non est nocibilis, qualis est depositio testis nulliter facta, non est punibilis, *Silua cons. 7. num. 11. Farinac. qu. 150. num. 291. & seqq. & cons. 179. num. 22. lib. 2. Morot. cons. 61. num. 5. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 8. num. 524. Vermigliol. cons. 236. num. 7. cons. 250. n. 11. cons. 256. num. 12. cons. 499. num. 3. Conciol. resol. crimin. verb. falsum, res. 3. in princ. & alleg. 89. num. 34.*

134 Nam falsitas non nocibilis, non dicitur verè falsitas, *Farinac. cons. 114. num. 32. & 38. lib. 2. Conciol. sup. res. 3. num. 2.* quidquid dicant contra alii apud *Farinac. d. q. 67. n. 188.*

135 Amplia etiam quo ad testes deponentes falsum extra articulos, *Bertaz. cons. 47. num. 5. lib 1. Grass. opin. lib. 3. c. 17. qu. 21. Vin. opin. verb. testis falsum, Farinac. d. qu. 67. nu. 207.* licet alii contra dicant apud *Farinac. d. q. 67. n. 208.*

136 Declara dictam conclusionem, vt habeat locum quoad pœnam ordinariam, non quo ad extraordinariam, mitiorem, Iudicis arbitrio, *Grass. d. qu. 21. Farinac. d. qu. 67. n. 209. Magon. dec. Luc 43. num. 19. seqq. Farinac. sup. Castr. Palao oper. moral. tract. 4. disp. 8. p. 15. §. 6. num. 16. Carena de S. Offic. p. 3. tit. 5. num. 68. Conciol. res. crim. verb. Testis, resol. 3. Sabell. in negotio impressu post §. Furtum, num. 31. seqq. Nouar. qu. 62. p. 2. Cald. de empt. c. 1. n. 19. Mastrill. dec. 250. n. 61. Nig. de laudem. tom. 2. qu. 38. n. 29. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 172. n. 6.*

Amplia, vt habeat locum etiam in teste deponente sine iuramento, vt etiam puniatur pęna extraordinaria, *Bertazol. cons. 47. num. 2.* vbi *Add. Grass d. qu. 21. Magon. sup. Scacc. de Iudic. lib. 2. c. 8. num. 444. Farinac. d. qu. 67. n. 197. seqq. Posthius de manut. obs. 84. n. 13.*

137 Licet illum esse puniendum pœna falsi indistinctè dicat *Caball. cons. crim. 69. cent. 1.* late *Conciol. res. crim. verb. Testis, res. 3.*

138 Qui violat sequestrum incurrit in pœnam. *Lotter. de benefic. lib. 3. q. 23. Paulus Iordan. Lucubrat. vol. 3 lib. 14. tit. 15. nu. 42. & seqq.* vbi quatuor recenset pœnas.

Sed qui violat sequestrum nullum non incidit in pœnam. *Pacens dec. 46. nu. 1. in fine lib. 2. Posthius dec. bonon. 69. nu. 51.*

139 Obligatio cameralis in contractu nullo, nihil operatur. *Bursat. cons. 361. nu. 33. Monald. cons. 103. nu. 11 12. 13. Ciroc. discept. 50. nu. 9.*

140 Sed Cófessio facta in instrumento nullo, & actu nullo dicitur vera. *Sabell. §. confessio nu. 7. 18. in fine. Hodiern. ad Surd. dec. 127.* Diximus *sup. nu. 97. Olet. de cess. iur. tit. 2. q. 5. n. 21.*

141 Per actum nullum non interrumpitur præscriptio, *Rubeus de valid. legal. c. 2. nu. 77. Nos q.*

142 Quod ex cótractu nullo nulla detur pœna, procedit in cótractu nullo ipso iure. *Borgn. dec. 31. signanter nu. 30. seqq. Altograd. cons. 27. nu. 47. lib. 1. Censal. dec. Luc. 7. nu. 46. 47. Torre de pactis fut. success. lib. 3. c. 1. nu. 49. 50.*

143 Sed

143 Sed non dicitur contractus nullus ipso iure, quando lex imponit pœnam solum contrahentibus, sed quando vltra pœnam declarat nullitatem. *Alex.conf.24.lib.6. Farinac.in repert. p.2.lit.L.nu.195.Torre sup.*

144 Priuilegium Nullitatis est, quod si contractus sit nullus ex aliqua solemnitate statutaria, vt est insinuatio in donatione, vel venditione, si vna ex partibus cœperit agere de nullitate ex defectu insinuationis, habita prius absolutione, à iuramento, à Iudice Ecclesiastico, vt fieri debet. *Gabr.conf.9.lib.2. Rota decis. 202.nu.9.p.1.diuers.& dec.64.nu.6. Ludouis. Duran.dec.18.nu.24.Rota dec.1.nu.29.p.5.rec.*Talis contractus amplius insinuari non potest. *Alex. conf.237.in fin. lib.6.Curt.conf.221.nu.2. vol.1. Cranet.conf.201.nu.27.Becc.conf.66.nu.30. Cephal.conf.745.nu.13.conf.586.nu.10.18. Peregr. conf.76.n.23.lib.1.Bertaz.conf.88 nu 55.in ciuil. Tusc.lit.I.concl.197. in fine & lit.L.concl.381. num.12.Cyriac.contr.10.nu.76.& contr.178. nu. 17.Trentacinq.resol.lib.3.tit.de donat.rel.5. nu 4. Ciroc.disc.73. nu.24. & 25.* vbi est præfixum tempus ad insinuandum, quo elapso sit opposita nullitas per statutam.

145 Nullitatis contractus, aut testamenti, priuilegium est, quod hæres ab intestato succedens, potest in foro conscientiæ impugnare contractum, aut testamentum nullum, cui ex defectu numeri testium, lex non assistit, vel alijs ex causis,nullum. *Layman.Theolog.Moral. lib.1.tract.4.c.17.de legib.nu.2.3. Bonacin.de contract.disp.3.q.1.puncto.3.n.5. DD.apud Altograd. conf.75.nu.24.lib.1.Diana p.1.tract.8.resf.75. & p.3.resf.119.*vbi affert DD. contrarios, & dicit vtramq;opinionem esse probabilem.

146 Et quod hæres, vel legatarius vice versa, qui ex voluntate minus solemni fuit hæreditatem, vel legatum consequutus, possit tuta conscientia retinere si sciat nullam fuisse admissam fraudem, & talem esse testatoris voluntatem, licet minus solemnem, nisi testator in consulte prætulisset estraneam suis consanguineis indigentibus, bene probat *Sperell.d.decis. dec.163.nu.7.& seqq.Marta voto pif.98.Sabell.§. contractus.nu.11.§.hæreditas.nu.25.*

147 Multi sunt Actus, qui quamuis sint nulli, producunt aliquos effectus. Primus est, vt licet vsusfructus non possit cedi ab vsufructuario,alteri quem domino proprietario, *l.si vsusfructus 69.ff.de iure dotium. §.fin. instit.de vsufr.* Tamen si vsufructuarius estraneo vsumfructum cedat, pœnam amissionis patitur. *d.l.si vsusfructus. Couar.lib.1. var.c.8.nu.7.Solerz.de iure Indiar.tom.2.c.14.à nu.32.Sanch.de statu Religios.lib.7.c.23.à nu.20. Castill. de vsufr. lib.1.c. 69.nu.19.Monter.dec.46. à num.28. Donell.lib. 10.com.cap.19. Barbat.de diuis.fruct.p.2.c.1.nu. 76.Carleual.de iudic.lib.1.tit.3.d.sp.20.nu.8. Bellon.de iure accresc.c.7.q.67. à num.5.tom.2. Olea de cess.iur.tit.2.q.5.n.2.de iure Hispano est.l.24. tit.31.p.3.*

148 Sed quod vsumfructum habens per illius alienationem,non priuetur illo, nam ille cedi, & alienari potest, & ius vtendi, & fruendi in alium transfertur, verum talis vsufructus regulatur iuxta vitam,& personam eius,qui alienauit.*l.arboribus 13. §.vsufructuarius. l.num vtitur 45.& l.74 ff.de vsufr. Felician. de censib.lib.2.c. 4.nu 4.Morla in empor. p.1.tit.6. de seruit. qu.1. nu.4.5.Argell. de acquir.possess. q.8. art.22.nu.5. Retes lib.1.c.19.Mangil.de euict.q.156.à n.11.*

Sed veritas est,quod ius ipsum vsusfructus alienari non potest,sed commoditas sic. *Castill. sup.à num.15.Pinell.de bonis matern.p.3.à nu.37. ad 40.Furia ad Cunurr.d.c.8.n.43.seqq. Scappuc. de Saluian.lib.2.q.11.nu.4. Gratian. disc.719.nu. 16 seqq.disc.775.nu.15.Rota p.7.dec.194.nu.13. seqq.Tusc.lit.V.concl.328. Christin. ad leg.municipal.tit.15.art.6.7.Sab.ll.§.vsufructus.n.12.*

149 Nam licet cessio Iuris patronatus, & beneficii Ecclesiastici, sine licentia Episcopi, laici fauore facta,sit nulla.*c.vnic.de iure patr. lib.6.c. præterea eod.tit. Burg.de Paz conf.31.à nu.5.R. Rom.1.dec.123.*vbi *R.Marinis. Tonnut.qq.benefic.c.54.tom.1. Roccus resp.67.num.6.seqq. lib.1. Borrell.in summa dec.tom.1.tit.26. nu.116.121. Gama dec.Lusit 28.nu.11.Azor.instit.moral.p.2. lib.7.c.29.q.4.Leo in Thes.Eccles.p.2.c.3.n.226. P.Laiman.in summa Theol. Theolog.moral.tit.de Eccles.benefic.c.17.nu.3.seqq. Olea de cess.iur.tit. 2.qu.5.num.20. Barbos.de iure Eccles.lib.2.c.15. num.14 seqq.*

150 Tamen ex cessione patronus beneficium, & ius patronatus amittit; quia licet cessio quo ad translationem iurispatronatus sit inefficax, quoad cedentis præiudiciũ firma,& efficax est, ex *Rota in antiq.dec.83.*probat *Burg.d.conf.31.n. 28.Rocc.de Curt.de iure patron.tit.de translat.nu. 31. Borrell.in summa dec.tom.3.tit.10.de donat. inter.nu.378.Olea de cess.iurium tit.2.q.5.num.3. Christin.dec.312.nu.10.vol.1.Paul.Rub.in annot. ad dec.46.p.9.rec.*

Nisi anteà renuncians mutasset voluntatem, *Ricc.collect.1479. Farinac. in fragm.* post repertorium de contractibus,*verb.beneficium. nu.19. Valenz.de benefic.lib.3.tit.17. n.1.3. Viuian.de iure patron.p.2.lib.13.c.10. nu.72. Iacob.Gallus conf.87.*

151 Nam ea, quæ contra legem fiunt,licet nulla sint,& pro infectis habeantur, intelligendum est, vt non valeant in facientium fauorem, secus autem quo ad ipsorum odium, seu adhoc vt ipsi incidant in pœnam.*Molin.de primog.sup. c.16.num.10.Tiraquell.de retract.lignag.§.1.gl.2. nu.9. Guttier.sup.q.4.n.6.*

152 Ideò renunciatio beneficii Ecclesiastici sine Superioris authoritate facta, licet valida nõ sit respectu Superioris, in cuius potestate erit dictam renunciationem non admittere, valet tamen respectu ipsius renunciantis, & beneficium impetrari potest, nisi antea renuncians mutasset voluntatem. *Ricc.collect.1479. Farinac.fragm.post repert. de contract.verb.beneficium.*

nu.

nu.19.Valenz. de benefic.lib.3.tit.17. Viuian.de iure patr.p.2.lib.13.c.10.n.72.Barbos.de iure Eccles.lib.2.c.15.à nu.14. ad 19. post mille *Sabell. §.Ius patronatus. num.10. Maranta contr.par.4. resp.63.*

153 Idem quoq;est quo ad renunciationem officiorum, quæ requirit Superioris authoritatē. *Caled.lib.2.dec.23.nu.5. & dec.24.n.6. Farinac. lib.1.cons.5.n.69.*

154 Sic renunciatio officii, quæ est facienda in manibus Principis, si aliàs fiat, non valet, & potest renuncians officium continuare. *Mastrill. de Magistr.lib.1.c.24.à num.11.Valenz.cons.32.* nec renuncians illud amittit donec Superior admittat renunciationem. *Solorz.de iure Indiar. tom.2.lib.3.c.26.à n.66.Salgad.labyr. p.1. c.35.à n.43.P.Sanch.cons.moral. 1.p.c.2. dub.29.à nu.3. Faria ad Couar.lib.1.c.5.n.39.* Ad materiam est *D.Roccus Tract.de officijs rubr.3.n.90.& seqq.*

155 Licet actus sit nullus, ex illo elicitur volū-
tas facientis, vt diximus *sup.num.51.* Sic ex testa-
156 mento nullo, & imperfecto declaratur volū-
tas, *Salgad.in labyr.p.2.c.22. à n.18. Olea de cess. iurium tit.2.q.5.n.21.Gomez var.lib.2.c.14.n.16. lib.1.c.3.nu.31.Salgad.labyr. p.1.c.9. nu.13.& c. 50.nu.6. Ayllon.ad Gomez.sup.*

157 Et ex alienatione nulla, vel inutili transla-
tione, vel ademptione legati, illius reuocatio
inducitur, *l.plane 34. ff.de leg.1.l.20.ff.de alim.*
legat.l.legatum.§.1.ff.eod.Cald.de iure em, byt.3.
p.de potest.elig.c.3.a num.39. vbi latè probat per
158 secundam nominationem ad emphyteusim,
etiā inutiliter factam, priorem reuocari, viden-
dus *à nu.39.ad finem cap.* Diximus *sup.*

159 Sic etiam, si tutor cessionem actionis con-
tra pupillum suscipit, licet valeat cessio, tamen
cedens, quia commisit in legem, agere non po-
test. *Auth.minoris.C.qui dare tutor.* Et minores
160 liberantur. *auth.vt hi, qui §.quod si quis col.6.*
nouell.72.d.auth.minoris.Parladur.lib.3.differ.50
nu.6.& lib.2.rer.quotid.c.fin.3.p.§.4.num.12.Mi-
lanens.dec.9 nu.93.lib.2.Guttier.de tutel.p.1.c.20
num.2.Giurba obs.58.num.2. Christin.tom.6.dec.
194. post alios *Olea de cess.tit.2.q.6.n.3.*

161 Prælatus alienans nulliter bona Ecclesiæ, punitur *c.quoniam*, & ibi *Abb.& Butr.de reb. Eccl.s.non alien.c.si quis præsbiterum eod.tit. Rub. de valid.legal.c.2.n.89.*

162 Sic corrumpens Instrumentum punitur pœna extraordinaria. *Ang.de malefic.§.falsaria vers. quot modis dicitur falsum. Rub.de valid.legal.c.2.à.nu.89.*

163 Sic ex alienatione contrà prohibitionem
testatoris non incurritur priuationis pœna, si
alienatio sit nulla, *l.ea quidem,C.si mancip.ita*
fuer.vendit.Rubeus de valid. legat.c.2.num.101.
Sforz.Odd.de fid.qu.21.art.1. Fusar.de substit.qu.
687.num.4. qu.718. à num.20. qui limitat nisi
164 alienatio, etiam nulla, fuerit in contemptum
præcepti testatoris, vel nisi sequuta fuisset tra-
ditio, *Clarlin.contr.43.à num.33. Seff. dec.234.à*
nu.5.Odd.d.art.1.

165 Pro qua sententia faciunt diuersa Iura, quæ
probant ex actu nullo pœnæ locum non esse
prout sunt *tex.in l.sicut, §.1.ff.de oper.libert.l.ea*
quidem,C.si mancipium. l.non putauit. §.non qua-
nis.ff.de bonor.poss.contra tab.l.filium.§.si quis cō-
166 *tra, ff. de legat.præst.* Ea ratione quia quod
nullum est nullum producit effectum. *C.non*
præstat.de reg.iur.in 6. Diximus *sup.n.1.*

167 Et non entia non habent materiam, neq; formam. *Cancer.tom.3.c.21. nu.238. Sanch.de matrim.lib.3.disp.2.a nu.5.Scob. de puri.sanguin. 2.p.q.4.art.4.§.2.à nu.36.ad n.66.*

Plures casus ponunt *Aguian. de leg. lib.3. contr.8.Valenz.cons.37.à nu.32. Robert. rerum indic.c.8. Ciriac.contr.230.*

168 Sic, si Tertius ex occultatione Instrumenti, pœna falsi, aut alia tenetur, si Instrumentum nullum, aut inualidum sit, & tale, vt etiam si produceretur nullam faceret probationem, tali pœna non tenetur. *Paraxa de instrum. edit. tom. 2.tit.8.resol.3.à n.9.*

169 Similiter ex pacto de quota litis non punitur Aduocatus, vel Procurator, si nullum sit. *Farinac.lib.1.cons.70.à n.28.32. & tom.3. prax. q.106.nu.60.Carpan.tom.1.c.429.nu.28. c.430. num.10.*

170 Sic Iudex propter sententiam nullam, litē suam non facit. *Scob.sup.n.680.*

Sed in contrarium est veritas, vt probat, & bene, *Ianini de solemnit.in contract.minor.22. §. 22.nu.61.*vbi rationes ponit.

260 Verum contractus factus contra legem, vel statutum, licet sit nullus quo ad commodum, & fauorem eorum, qui ità contraxerunt, *Sperell.dec.255.nu.6.seqq.* Tamen valet quo ad damnum, & præiudicium ipsorum, qui ex sua culpa pœnam, non immunitatem consequi debent, *Tiraquel.de retract.lignag.§.1.gl.2.num.8. & §.26.gl.2.nu.7.seqq.Montan.de tutel.c.26. nu.37.Sabell.§.contractus nu.13.Trancbedin.consult.33.num.2.seqq.*

261 Constitutum censetur annullatum, & nihil operatur quando contractus principalis,cui adiicitur est nullus, vel resoluitur per causam de præterito Diximus *sup.nu.37.* & Dicemus *n. 575.576.* Addimus *Osasch.dec.35. Barbos.claus.31.num.30.Gratian.disc.483.num.1.seqq. d.954. n.10.seqq. Merlin.de pignor.lib.4.tit.qu.120. Rota in nouiss. p.6.dec.34.num.4. Vrceol.consult.91 num.62.vol.2.Ricc.collect.3969. Pacific. de Salvian.insp.3. c.2. num.1028. Rota p.13.rec. decis. 412. num.2.8. Caualer.dec.473. num.3.dec.503. num.2.* vbi intelligit quando nullitas prouenit ex defectu consensus, alias secus, *Rota p.12. rec.dec.114. num.1.* vbi quod non operatur in donatione nulla, ex defectu insinuationis.

262 Sic etiam non operatur stante simulatione contractus, quia non tollit suspicionem simulationis, *Gratian.disc.255.nu.25.disc.479.n.63. Pac.Iordan.lucubr.vol.3.lib.14.tit.11.& tit.21. n.77.Rota p.9.rec.dec.121.n.3. Farinac. qu.162. n.172.seqq.*

263 In donatione, *Rota dec.63. num.26. seqq. p.9.rec. Vrceol.consult.9. num.55. & in append. in fin. vol.2. Rota p.9.rec.dec.81.num.7.*

Quidquid dicat *Rota in rec. dec.169. num.9. p.9.tom.1.*

264 Quid dicendum in casu, quo quis mouet litem super nullitate,vel rescissione contractus rei venditæ,dicens rem ad se spectare cum fructibus,ex cuius contemplatione possessor soluit interesse,aut fructus? Et deberi sibi solui in via executiua interesse, seu fructus videtur dicendum,quia debitor rem possidens, ea debet præstare, quæ ex lege contractus tenetur, molestia non obstante. *Rebuff.ad tit.de resc.contract. art.1.gl.4.n.7.Guttier.& Azeued.sup.Glos.Paris. damnata memoria § 35. vers. vlterius. Lancellot. de attent.p.2.c.2.nu.38. Mastrill.dec.160.num.2. Gratian.disc.141.nu.35.Staib.resol.189. R. Marciand.disp.32.nu.21.Amat.res.36.nu.25.Aeac.Ripoll.var.c.14.nu.431. Annechin.de prauent.c.2. qu.1.nu.20.R.Capyc.Latr.dec.43. nu.17. R.Sanfel.dec.312.nu.5. Hunter.ad Surd.dec.6.num.4. Nos de nullit.iudic.tom.1.rubr.6.q.3. nu.47. Luca ad Franch.dec.373.D.Scoppa ad D.Merlin.contr. 22.nu.11.lib.1.*

Tam quia rei fructus percipiendo, vsuras pretij soluere debet. *l.curabit. C.de action.empt. Gozadin.cons.55.nu.11.Natta cons.374.num.11. Giurb.dec.10.n.16.dec.100 n.15.*

Quamuis immineat euictio,*Cutla cons.52.nu. 4.Cefal.cons.48.nu.41.& 51.con.609.nu.4. Cunalc.dec.4.nu.5.p.1.Pancirol.cons.40.n.22. Cern. cons.59.lib.3. Mantica de tacit.lib.4. tit.24. Michael.patrocin.7.nu.18.Pacian.cons.65.n.13.*

265 Quæ procedunt,licet omnia ab eo promissa non adimpleuerit,dummodo emptor vsum rei habuerit,fructus percipiendo, nam non vẽditoris implementum, sed ipsa fructuum perceptio,Cursum vsurarum inducit,cum ob non implementum vsus rei non amittatur. *Hunded. cons.44 nu.13.14.lib.1.*

266 Et dictæ vsuræ sunt compensatiuæ ad fructus, contra *Bal.in l.3.C.de bonis matern.* firmat *Cagnol.in d.l.curabit nu.31.32.Affl.& Vrsill.dec. 20.num.8.*

267 Tum etiam quia in executiuis non habet locum exceptio litis pendentiæ. *Gemin. in rubr. de eo,qui mitt. in possess.rei seruand.in l.6.Ias.cons. 9.nu.2.lib.2.Cunalc.dec.1.nu.15.lib.1. Becc.cons. 17.nu.3.Beron.cons.85.lib.1.Neniz.cons.4.in fin. Capyc.dec.33.nu.3.Lancellot.de attent.p.2.cap.4. lim.2.nu.50.76.Gratian.disc.118.num.44.Cartar. dec.2.nu.9.14.Nos sup.q.3.à nu.60.* Vbi *nu.61.* limitauimus si per debitorem esset facta formiter præuentio seruata forma *Pragm.1.de prauent.moderandis,* & per ritum M.C.V.189. *D.Scoppa ad D.Merlin.d.contr.22.n.vlt.*

268 Sic etiam si locatio est nulla, qui percipit fructus,debet soluere pensionem? *Angel. in §. si vero Auth.de non elig.2.nub. Rodoan. de rebus Eccles.non alien. §. videtur nu.17. Gusm.de euict. q.32.n.40.Pacion.de locat.*

269 Inde est, vt pendente etiam lite super nullitate emphyteusis,possessor tenetur ad fructus. *Ias.in l.2.C.de iure emphyt.nu.13.Canalc.dec.46*

num.112.p.1.& dec.57.num.47.p.2. Franch.dec. 196.n.1. Minad.dec.24.in fin. Nos de nullit. iudic, lib.1.rubr.6.q.3.nu.53. D.Scoppa ad D.Merlin.d. contr.22.nu.15.

Quæ conclusio procedit, quamuis super eadem nullitate contractus prolata fuerit ad fauorem emphyteutæ, sententia, dummodo ab eo fuerit appellatum, aut dictum de nullitate. *D.Merlin.contr.22.nu.12.lib.1. Olea de cess.iur. tit.6.q.4.nu.14. Nos sup.rubr.6.q.3.nu.58.59.* vbi restrinximus si sententia esset transacta in rem iudicatam. *D.Scappa sup.n.17.*

Sed quod impugnans contractum venditionis rei, tanquam nullum, non possit petere annualitatem sibi promissam, dicunt *Surd.dec.6. Giergiar.lib.1.patrocin. num.26.* late *Amat. resol.26.nu.26.* Vbi quod consequitur fructus ex eo, quod nixus est impugnare, imo si consequeretur fructus, videretur contractum approbare, ex *Tiraq.tract.de constit.limit.3. num.20. Soccin.cons 48.vol.3. Frecc. de præsent.instr. q.9. q.2. Bal.cons.15.vol.4.* Et *Amat.* decisum refert per suum Senatum, quod pecuniæ deponerentur, & expectaretur exitus litis. *R. Capyc.Latro dec.43.nu.17.*

Sed prima opinio verior est, ex rationibus *sup.*allatis, & *Giurbam* impugnant *D.Merlin. contr.22.cent.1.* vbi decisum refert per M.C.V. *Luca ad Franch.dec.373.*

Verum si emphyteuta fundum non possideret ad talem solutionem non tenetur. *Gratian.disc.145.n.19.*

270 Nullitas contractus, an, & quando possit allegari à Tertio, disputant *Pacion. alleg.35. 95. & 103. Barbos.sup.Cod cc lib.1. fol.227. Baron. de effect.minor. ætat.circa contract. eff.15. nu.26. Toria pact.fut.succ. lib.1.c.16. nu.48. lib.2.c.36. nu.78. Palma alleg. tom.2. Torre post Tract. dec.59.nu.10.dec.73.nu.27.dec.89.nu.1.dec.180. nu.20.dec.140.nu.6. Roccæ disp.182. nu.43.f.99. Sabell.§.contractus num.8. Conciol.ad stat. Eugub. rubr.56.lib.2.fol.563. Cald.de iure emphit. p.3. c.10.ex nu.42. Scoppa ad Merlin.lib.1.c.21.nu.8. nu.14.16. Nos de nullit.Iudic. rubr.4. q.1.nu.13. Idem Sabell.§.nullitas nu.23.19.24. Castejon.eodem §. Domin. R.Capyc.Latr.dec.19. D.Romaguer.ad Synod.Gerundens.lib.3.tit.5.c.1. num.28. seqq. Conciol.ad stat.Eugub.lib.2.rubr.45.num.46. seqq. & rubr.56.nu.16. Gratian.disc.621.* vbi etiã *Luca, Giurba dec 61. num.11.18. Cartar.dec.19. nu.4. Ambrosin.dec.2.nu.42. Trentacinq.var.lib.3 tit.de solut.ref.29. Amat.ref.94. D.Constantin.ad statut.Vrbis tom.2.annot.44. Idem Conciol.alleg. 4.num.41.seqq. Ciroc.disc.61. nu.100. D.Merlin. contr.21.* & ibi *D. Scoppa lib.1. Nos de nullit.iudic.rubr.6.qu.3.* Et plus quam mille *alij*.

271 Alienatio nulla quando est, quilibet potest venire contra illam. *Rimin. Instit.quib. alien.lic, vel non, in princ.nu.544. Farinac.dec.177.num.3. p.1.tom.1. Cauale.de tutor.nu.162. Valenz.cons. 109.nu.67. Intrigl.cons.1.nu.245.seqq. Sicom.inter consil.sicul.per Lun.cons.23.nu.6.* vbi *Luna in addit.ad d.nu.6. Gram.dec.22.nu.14.dec.79. n.25* vbi de Episcopo nulliter alienante, & *dec.93. nu.3.4. Magon.dec.Flor.92.à nu.29.* vbi non obstante iuramento, *Gamma dec.20. Conciol.alleg. 4.nu.41.seqq. Baron.de effect. minor.ætat.circa contract.eff.3.nu.251. Posth.de manut. obs.52.nu. 102. Ricc.collect.2712.p.7.& 3054. vers.prælatus. Barbos.in c si quis presbyter. nu.8. de reb.Eccles. Ciarlin.contr.105.num.35.36. & contr.183. nu.23. Layman.Theolog.moral.tract.4. c.10.n.4. Mobedan.dec.9. nu.2. Io: Bass.moral.tom.3.tract. tit.118.nu.507.& de effect.potr.potest.c.8.§.7.nu. 96. Valeron.de transact.tit.4.q.1.nu.28.29. Maldonat.ad Molin.lib.4.cap.1.num.18. Costa de facti scient.insp.9. Roxas de incompatibil.p.5.c.6.nu.11* & ibi *Aguila, Hermosill. in l.22. gl.5. Gomez in l.50. Tauri nu.63. Barbos.in l.1. ff.solut.matrim. p.5.nu.15. Cyriac.contr.181 nu.18.& contr.252. nu.38.39.* pluries decisum refert *Rota dec.447. in fine.p.5.rec.lib.2.*

272 Sic legi prohibitiuæ renunciari non potest, quando principaliter fauorem publicum respicit, & secundario priuatum, vel æquè principaliter, nam tunc quatenus publicum ius lædatur renunciari non posset, docet *Giurba de success.feud.§.2.gl.9.nu.64.seqq.* vbi per quinque species discurrit, Ideoq; actus nullitas ab hærede improbari possit, etiam non confecto Inuentario, quando nullus contra legem est. *Idem Giurba §.2.gl.3.num.102.vers.declara 4. Cyriac. contr.312.nu.208. Aguila ad Roxas p.5.c.6.n.23*

273 Idem quando nullitas, nec per partis consensum sanari potest. *Bursat.cons.82. Gratian. disc.691. Surd.dec.108.n.10.11. Serafin.dec.256. n.3. Ciroc.disc.61.nu.101.*

274 Sic ipse, qui fecit contractum nullum, potest illum improbare. *l.quemadmodum.C.de agricol.& ce sit.lib.11. R.Ponte dec.28.nu.38. Giurba de success.feud.§.2.gl.9.nu.78. Barlador. lib.2.rer. quotid.c.fin.§.12.nu.35.lim.4.in fin.*

275 Sic pater, qui superfluam dotem dedit filiæ, contra formam statuti, potest conuentus, nullitatem opponere, & agendo. *l.1.C.de liberal.causa.l.Titia 87.§.Lutius Titius. ff. de leg.2.* vbi *gl. Ruder.de ann.reddit.lib.3.p.8.n.21. Sanch. cons.moral.lib.4.c.3.dub.39.nu.5. Matuta disq.legal.15.n.14.*

Contrariam sententiam docent cum *Bar.in l.Titia 87.§.Lucius.ff.de leg.2. Guttier.pract.lib. 3.qu.41. Angul de meliorat.in l.7 glos.4. num.13. Ayora de partition.p.2.qu.20.* vbi decisum refert per Senatum Granatensem. *P.Barbos.in l.1.p.4. nu.162.ff.solut.matr.& in l.2.in princ.p.1.n.171. Ang.Barbos.in l.1. C.de inoffic.testam. Fontanell. de pactis cl.5.gl.8.p.2.num.34. Giurba de success. feud.§.2.gl.3.n.88.vers. Amplia secundo. D.Aguila sup.num.29.*

276 Et quod filii viuente patre non possint agere. *Palac. Rub.de donat.inter. in c.per vestras notab.3.§.22.nu.5.* & ibi *Addit. Garza de non meliorand.c.34.nu.5. Vrsil.ad Affl. dec.86.nu.2. Spin. in Spec.gl.12.nu.58. Matienz.in l.3.gl.7.num.4.*

tit.

tit. 8. lib. 5. Sanch. lib. 4. cons. c. 8. dub. 39. nu. 5. Hermosill. l. 8. gl. 9. nu. 2. tit. 4. p. 5. Angul. sup. & in l. 10. gl. 9. num. 2. Matienz in l. 1. gl. 4. nu. 2. tit. 1. Ginrba d. §. 2. gl. 3. nu. 88. vers. residuum, Muta...; & Fontanell. & alij, quos ipse refert, *D. Aguila num. 30.*

277 Sed distinctio est: Aut dos est inofficiosa, aut nulla, inofficiosa est, quæ in præiudicium aliorum filiorum legitimæ à patre filiæ assignatur, in quam est *l. 29. Tauri, nulla quæ l. 1.* taxam exudit, in primo casu sententia negantium patrem impugnare posse, qui dotē dedir substineri potest, in secunda nequaquam, *ex tex. l. si libertas 16. ff. de iure patron. Cenall. q. 780. nu. 136.* post mille *D. Aguila sup. nu. 31. & seqq.*

278 Sic alienatione prohibita per contractum, hæres alienantis potest contrauenire, *Sesse dec. 17. nu. 19. 20. 28. Castejon. §. alienatio n. 11. vers. & defecta in contractu. Affl. dec. 240. nu. 8. Caualer. dec. 67. D. Aquila sup. n. 35.*

279 Et alienationem nullam, propter defectum consensus, hæres alienantis potest impugnare, *Sesse d. dec. 18. nu. 83. Ginrba de success. feud. §. 2. gl. 9. nu. 7 vers. amplia 3. Roxas de incompatibil. p. 5. c. 6. n. 13. D. Aquila n. 36.*

280 Et pater alienans bona filii sine illorum consensu, potest illam reuocare, & sic contra factum proprium venire. *Magon. dec. Flor. 91. n. 16. 17. dec. 92. n. 35. seqq.*

281 Potest nullitas allegari ab alio, quādo illa est exclusiua ipso iure iuris agētis. *Gratian. disc. 695 n. 12. Hodier. ad Surd. dec. 108. n. 2. seqq. Car. Luc. de alienat. disc. 37. nu. 7. seqq. Ludouis. dec. 415. Dunozet. dec. 591. nu. 2. & seqq. Scappuc. de Saluian. lib. 2. q. 16. in fine. Idem Gratian. dec. 155. num. 34. Merlin. dec. 746. nu. 6. Rota p. 16. rec. dec. 130. nu. 10. seqq.*

282 Et iam deiecta, nam tunc potest à Tertio allegari. *Angelis de conf. ff. q. 13. n. 94. Rota p. 13. rec. dec. 409. nu. 20.*

283 Sic nullitas incursa ex dispositione Iuris non sanatur in præiudicium iuris Tertio quæsiti. *Rota dec. 474. num. 1. p. 2. & dec. 61. cum seq. p. 8. rec. D. Pacion, alleg. 103. nu. 12.*

284 Nullitas contractus ob non seruatas solemnitates allegari non potest post ipsam obligationem solutam. *Rota dec. 29. nu. 5.* post *Cencia censib.* coram *D. Albergato impress. in rec. dec. 496. p. 13. Pacion. alleg. 35. n. 18.*

285 Nullitas aliquando dicitur inducta ipso iure, vt est in *tex. l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudic. Pacion. alleg. 99. n. 29.*

Dicitur inducta ipso iure in casu, quo contractus haberi debet pro non facto, *Mangil. de subhast. q. 13. nu. 4. Posth. de subhast. insp. 37. n. 11.*

286 Et quando Tertius habet interesse potest etiam ab ipso allegari. *Scappucin. de Saluian. qu. 16. nu. 14.* & ibi *addit. Thomat. dec. 101. num. 14. Posthi. resol. 25. nu. 25. Conciol. d. alleg. 4. num. 42. 43. ad stat. Eugub. d. rubr. 45. nu. 48. Censal. sup. nu. 4. Gratian. disc. 28. nu. 40. & disc. 691. Scappuc. de Saluian. lib. 2. c. 16. nu. 14. Salgad. labyr. p. 2. c. 22. nu. 117. Card. Luca de feud. disc. 10. nu. 8.* licet contra dicat *Add. ad Ludouis. dec. 415. in fine.*

287 Immo Tertius docens de eius dominio, & possessione admittitur ad impediendam executionem Instrumenti, *Carlenal. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 12. Amat. resol. 94. Muta dec. 24. Grattan. disc. 700. n. 66. disc. 885.*

Et si nullitas vna vice sit apposita per Tertium, non potest per nouum consensum sonari à minore, in præiudicium tertii opponentis *Ionins de solemnit. in contract. minor. glos. 22. §. 22. nu. 61.* Sed contra dicit *n. 63.*

288 Contractus factus nulliter contra statutum, vel absque solemnitatibus à lege, vel statuto requisitis, potest non solum à contrahenta, sed à Tertio allegari nullitas. *Torre de pactis fut. succ. lib. 2. c. 16. nu. 48. Palma alleg. tom. 2. Barbos. in C. lib. 1. fol. 227. Scoppa ad Merlin. lib. 1. c. 21. num. 14. 16. Nos de nullit. iudic. tom. 1. rubr. 4 qu. 1. nu. 13. Conciol. & Romaguer ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 56. Rocca d sp. 182. nu. 43. seqq. Sabbell. §. contractus num. 8. Rota* post *Torre de pactis fut. success. dec. 73. num. 27. dec. 89. num. 1. dec. 180. num. 20. Duard. de censib qu. 19. num. 36. Cyriac. contr. 252. num. 38. 39. Ciarlin. contr. 121. num. 18. R. Capyc. Latr. dec. 19. num. 10. 11. Xart. dec. 16. d. num. 14. Baron. de citation. tom. 1. q. 15. num. 41. & in addit. & de eff. min. atat. effect. 5. num. 41. & eff. 15. num. 26. Gratian. disc. 691. n. 3. seqq. Salgad. labyr. p. 2. c. 22. nu. 117. seqq. Car. Luc. de alienat. disc. 37. n. 6.*

Quamuis ille, in cuius fauorem est nulla, vellet ratificare, *Baron d. eff. 15. nu. 26. Thomat. dec. 101 num. 19. Osasch. dec. 166. num. 9 dec. 172. num. 17. Surd. dec. 268. nu. 8. Sabell. §. contractus, num. 13.*

289 Sed etiam ab ipso alienante, *DD. sup. cit. Gamma dec. 67. Affl. dec. 240. nu. 8.* post mille *D. Aguila ad Rojas de incompatibilit. p. 5. cap. 6. nu. 19. 22.*

Quando lex resistit actui facto, quia tunc hoc beneficium habet à lege, *D. Cepparell. ref. fisc. l. 48. n. 2. 12.*

Nullitas fauore publico introducta potest à quocumque allegari, *Cepparell. ibid. nu 3. D. Hodiern. ad Surd. dec. 108. num. 3. 4. D. Scoppa ad D. Merlin. contr. 21. n. 17. lib. 1.*

290 Licet ille, qui dedit causam nullitati non possit illam proponere. *D. Rosa consult. 15. nu. 15. consult. 14. num. 70. Papon. cons. 121. num. 11. Cyriac. contr. 416. num. 10. Caball. cons. 4. num. 7. Tort. ad statut. Papiæ 153. nu. 65. D. Tranchedin. consult. 34. num. 3. seqq. Corradin. de pralat. q. 16. num. 105. Nig. de laudem. lib. 2. qu. 31. num. 75. seqq. qu. 41. 42. D. Gatta cons. 9. num. 8. 9. Cyriac. contr. 416. n. 10.*

291 Et sic valet quo ad damnum, & præiudicium ipsorum, qui taliter contraxerunt, quia ex sua culpa pœnam, & non immunitatem consequi debent, *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. nu. 8. & §. 26. gl. 2. num. 7. seqq. Montan. de tutel. c. 26. num. 37.* secus actus nullus ipso iure

non potest allegari à culposo, *Cepparell. sup. num. 11.*

292 Secus quando nullitas est introducta fauore vnius ex contrahentibus tantum, nam tunc ab illo tantum potest allegari. *Torre de pact. fut. success. lib. 2. c. 36. num. 78. Cald. de iure emphyt. p. 3. c. 10. ex n. 48. D. Scopp. ad Merlin. lib. 1. c. 21. nu. 8. Ciroc. disc. 61. num. 100.* Possit alius, si ille, qui posset non contra diceret, *nu. 101.* Vel quando nullitas nec ex partis consensu sanari posset, *Gratian. disc. 691.* post mille *D. Scoppa ad Merl. n. d. con. tr. 21. lib. 1. Nos de nullit. indic. rubr. 4. qu. 1. n. 18. seqq.*

293 Et semel ratificatus contractus non potest amplius de nullitate argui, *Rota p. 14. recent. dec. 531.*

294 Nullitatem non possunt allegare ob non seruatam solutionem, contrahentes ad eorum commodum, *Menoch. cons. 692. nu. 9. Bertazol. cons. ciuil. 49. nu. 48. Caball. cons. 4. n. 6. lib. 2. Surd. cons. 442. n. 12. Tranchedin. consult. 34. n. 3.*

295 Nam nullitas est pœna. *Rimin. iun. cons. 804. num. 20 30. Peregr. cons. 100. nu. 9. lib. 5. & cons. 19. n. 10. lib. 3. Papon. cons. 124. n. 6.*

296 Ideò nullitas, in quarum odium est introducta, ab eis minime allegari potest, *Menoch. cons. 347. nu. 15. Caball. d. cons. 4. num. 10. Flam. Tort. ad statut. Pap. 135. num. 65. Papin. cons. 121 num. 11. Cyriac. contr. 416. nu. 10. D. Tranched. in d. consult. 34. num. 5. seqq.* Sed vbi prouenit non ob aliquam turpitudinem, sed ex omissione formæ, allegari potest per modum nullitatis, sed non ad pœnam, *D. Cepparell. sup. n. 13.*

297 Sic transactio à Prælato, citra solemnitatem facta, vel in casu non permisso, potest ab ipso Prælato, qui transegit de nullitate transactionis agi, *Molin. de primog. n. lib. 4. c. 1. n. 18.* vbi etiam *Add. Merlin. dec. 490. num. 11. & 702. Valens. cons. 187. num. 55. Valeron. de transact. tit. 4. qu. 1. num. 45. Vrceol. de transact. qu. 23. num. 36. 37. Ludouis. dec. 116. num. 5.* & vbi *Addit. Rota apud Posth. de manut. dec. 515. Ottobon. dec. 6. nu. 5. Serafin. dec. 1417. num. 6. Idem Posth. de manut. obs. 57. n. 102. 303.* quidquid dicat *Castill. contr. lib. 8. c. 64. n. 6.*

Et allegari potest ad impediendam executionem, *D. Cepparell. d. resp. fiscal. 43. n. 14.*

298 Sic alienationes rerum Ecclesiæ factæ cũ legitima causa, licet deficiat beneplacitum Apostolicum, habent implicitum statum validitatis, Ecclesia non reclamante, *Pignatell. consult. canon. 95. num. 45. tom. 6. Rocca disp. 111. n. 7. tom. 2. D. Rosa de execut. lit. Apostol. c. 5. à num. 286. p. 1. & in addit. ad d. c. 5. num. 80. seqq. & ad c. 13. p. 2. nu. 37. Amunell. de temp. legal. lib. 2. cap. 106. nu. 13. Sperell. dec. 154. num. 13. & 115. & dec. 155. n. 10. seqq.* maxime *n. 58. Turricell. de reb. Eccl. non alien. c. 22. D. Scoppa ad Merlin. lib. contr. 21. lib. 1. R. Marin. lib. 1. c. 6. nu. 15. Put. dec. 310. lib. 1. Franch. dec. 53. Nos de nullit. indic. rubr. 4. qu. 1. num. 16. Tristany dec. 24. num. 53. Crespi obs. 29. num. 3. 4. Sabell. §. alienatio, nu. 24. Bonden. collect. 16. ex num. 104. coll. 43. ex n. 13. tom. 2. Panimoll. tom. 2. dec. 53. annot. 7. ex num. 4. & dec. 54. ex n. 31. annot. 1. ibi. ex n. 23. & dec. 54. ex n. 31. annot. 1. ibid. ex n. 23. & dec. 135. nu. 49. Pacion. de locat. q. 14. §. 7. ex n. 37. D. Romagn. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 5. c. 1. n. 28. & c. 4. n. 3.*

299 Etiam decreto irritanti *in extrauag. Pauli II.* apposito non obstante, cum decretum irritans tunc nullitatem operetur, & irritationem præbeat, si velit is, ad cuius fauorem est positum, *Bonden. collect. 9. nu. 58. tom. 2. Sperell. dec. 155. n. 24. & 58. Turricell. sup. n. 3.*

300 Nec in dictis alienationibus est de substantia, quod beneplacitum præcedat contractum, aut interponatur de tempore illius, sed sufficit, vt ex post interueniat, *c. 2. de pactis, Pignatell. consult. canon. 79. num. 4. consult. 95. num. 28. tom. 6. D. Rosa d. c. 5. n. 283. Turricell. d. c. 22. nu. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 13. p. 1. nu. 29. D. Romaguer. sup. nu. 29. & seqq. & nu. 14. D. Scoppa ad Merlin. d. obs. 21. lib. 1.*

301 Vnde quousque per Ecclesiam non dicatur de nullitate contractus, ob non interpositum beneplacitum Apostolicum, si tamen sit iusta alienatio, quia fuerit iusta causa alienandi, & sic necessitas, aut vtilitas saltim putatiua, inductiua bonæ fidei, licet deficiat quo ad beneplacitum, & solemnitates, non debent fructus per contrahentes cum Ecclesia, seu possessores bonorum alienatorum percepti, restitui, sed solum percepti postquam est ipsa nullitas deducta, cum antea adsit bona fides in possessore, *Passerin. à Sextula de stat. homin. ad qu. 185. art. 7. sub num. 618. seqq. & nu. 636. 644. 650. seqq. tom. 1. Cas. Panimoll. dec. 54. annot. 1. nu. 51. seqq. & annot. 3. num. 1. seqq. Sperell. dec. 154. num. 116. seqq. & dec. 155 n. 7. 67. D. Rosa in add. ad tract. de execut. Apostol. ad c. 13. nu. 37. Gobius consult. 97. num. 13. & consult. 98. nu. 7. 23. Bonden. collect. 43. num. 54. seqq. & nu. 92. tom. 2. Turricell. sup. c. 27. §. 1. num. 15. seqq. & c. 30. à nu. 14. Vrceol. de transact. qu. 89. num. 43. 44. 50. Duard. de censib. §. 3. qu. 20. nu. 27. Andreol. contr. 423. nu. 32. Hodiern. ad Surd. dec. 70. nu. 8. seqq. Pacion. de locat. c. 14. §. 7. nu. 99. seqq. Duran. dec. 256. nu. 3. D. Tristany dec. 24. nu. 53. tom. 1. D. Scoppa ad Merlin. d. contr. 21. lib. 1.*

302 Et dicta procedunt etiam existente mala fide, antequam sit dictum de nullitate, quoties pretia bonorum alienatorum versa sunt in vtilitatem Ecclesiarum, aut æqualem vtilitatem, ac fructum Ecclesia ex pretii percepit, post mille *D. Romaguer. d. tit. 5. c. 2. nu. 36. 37. & c. 4. n. 21. 22.*

303 Secus si contractus per Ecclesiam facti à principio, ob defectum causæ, & sic vtilitatis, aut aliæ, sunt nulli ipso iure, nam sunt fructus restituendi à die contractus, *Passerin. à Sextula d. art. 7. num. 620 624. 645. & seqq. Panimoll. d. c. 54. annot. 3. num. 3. seqq. & dec. 135. alias consult. 32. num. 37. 38. tom. 2. Sperell. dec. 154. num 64. seqq. Gobius d. consult. 97. num. 1. 48. Bonden. d. col-*

collect. 43. num. 7. seqq. Antonell. de temp. legal. lib. 4. c. 14. à num. 11. maximè *num. 74. seqq. Torrecell. d. c. 27. §. 1. nu. 8. seqq. D. Rosa in addit. ad c. 13. de exec. Apostol. num. 36. 38. Duard. d. nu. 57. Hodiern. ad Surd. d. dec. 70. num. 1. 6. seqq. Vrceol. de transact. qu. 89. nu. 49. 55. Pacion. de locat. c. 14. §. 7. nu. 97. seqq. Dunoz. dec. 818. nu. 3. Duran. dec. 256. num. 2. 4. Sabell. §. fructus, nu. 9. vers. quod vbi.*

304 Sed restituendi sunt etiam si bona fides adsit in perceptione, quoties non accessoriè petuntur, sed principaliter, nam tunc etiam antequam detur de nullitate, percepti, sunt restituendi, cum in eis consistat, & fundetur principaliter iudicium, alioquin non diceretur restitutum totum, & integrum capitale, & ob id non mala fides, sed obligatio ex legitimo fonte manans, tribuit actionem, etiam ante motam litem, veluti in pensionibus, annuis legatis, ac redditibus, quia in his casibus non tamquam fructus, sed tamquam sors petuntur, *Antonell. d. c. 14. num. 61. seqq. Franch. & Luca dec. 634. Fagn. in c. grauis, de restit. spoliat. à num. 123. ad 128. Rota rec. dec. 281. nu. 21. p. 7. Merlin. dec. 585. num. 20. seqq. Dunoz. iun. dec. 818. Bonden. d. collect. 43. nu. 56. in fin. tom. 2. Sabell. §. fructus, num. 10. Panimoll. dec. 54. annot. 3. n. 33. seqq. lib. 2. Massal. ratiocin. 74. nu. 91. Priol. dec. 95. nu. 5. 6.*

305 Quid si contractus facti per Ecclesiam mero iure valeant, sed Ecclesia aduersus illos petit restitutionem, quia læsio, tunc, an, & quando sint fructus restituendi disputant *Sextul. d. qu. 185. art. 9. num. 615. 617. 638. 643. Fernand. ad Couar. lib. 1. c. 3. Antonell. dic. c. 14. num. 20. Galas. de restit. c. 10. à num. 35. Gobius consult. 97. nu. 8. 23. seqq. Panimoll. d. dec. 54. annot. 3. nu. 8. D. Romaguer. ad Concial. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 56. nu. 70. Sabell. §. fructus, nu. 9. 10. & §. restitutio, n. 31. §. nullitas num. 13. Idem D. Romagu. ad Syn. Gerund. lib. 3. tit. 5. c. 2. n. 40.*

306 Quæ procedunt re integra; non autem post quam alter contrahens priùs dixit de nullitate, ex defectu solemnitatum, nam hoc casu non est amplius in arbitrio Ecclesiæ, vel alterius personæ priuilegiatæ, contractum approbare, post *Bald. Lopez, Pinell. Cassan. Montan. Surd. Gross. Gait. Hodiern.* dicit *Castald. consult. 19. num. 7. D. Rosa de execut. lit. Apostol. cap. 4. num. 287. Merlin. contr. 21. num. 13. seqq. lib. 1.* Vbi *num. 16.* hæc declarat. *Iouins de solemnit. contract. §. 22. gl. 22. num. 61.* contra ipse *n. 62. Sperell. dec. 154. n. 40. D. Romagu. ad Synod Gerund. lib. 3. tit. 6. c. vn. n. 24.*

Nec tali contractui tenetur stare, quando post celebratum contractum fuissent adhibitæ diligentiæ pro eius confirmatione habenda, & ea non potuisset obtineri, vel esset requisitus Prælatus alienans expensis alterius contrahentis, & is eam non obtinuisset, nam tunc non tenetur is, in quem facta est alienatio contractui stare, quamuis ità vellet Prælatus, *Fontanell. de pactis claus. 4. gl. 13. p. 1. nu. 12. 13.* Ideo quousque per conductorem v. g. rei Ecclesiæ fuerit instatum, quod declaret, an velit Ecclesia stare contractui, aut dictum de nullitate, per ipsum est soluenda pensio pro locatione, & interim fructus percepti non sunt restituendi, *D. Romaguer. sup. num. 25. & seqq. & d. lib. 3. tit. 5. c. 1. num. 35. seqq. & c. 4. n. 21. 22.*

307 Benè verum multoties contractus est nullus, quia nullitas est causata ex lege, vel statuto respiciente ius publicum, & ambos contrahentes, & quando lex ab initio resistit contractui, vel obligatio peccaret in forma, *D. Cōstantin. ad statut. Vrbis tom. 2. annot. 44. n. 731.*

308 Multoties est nullus ad fauorem vnius tātum ex contrahentibus. Primo casu ambo possunt dicere contractum nullum, *Vrceol. dec. 31. nu. 8.* vel si velint illum sanare debent adhibere solemnitates requisitas à lege, vel statuto, putà in minore, & Ecclesia, *D. Hodiern. ad Surd. dec. 70. nu. 9. Gobius consult. 86. nu. 13. 14. Rota post Torre de pactis fut. success. dec. 180. num. 20. Cinoc. disc. 86. n. 13. 14.*

309 Imo, & Tertius, qui potest habere interesse. *Tiraq. de legib. Connub. gl. 8. num. 96. Gratian. discept. 27. num. 39. & disc. 691. nu. 6. seqq. & disc. 292. nu. 22. disc. 591. disc. 855. nu. 18. & dec. 155. nu. 34.* vbi *Luca, & Scoppa, Pascal. de virib. patr. potest. p. 1. c. 6. nu. 21. seqq. Surd. dec. 108.* vbi *Hodiern. Scoppuit. de Saluian. lib. 2. qu. 16.* vbi *Addent. Thomat. dec. 101. num. 17. seqq. Merlin. lib. 1. contr. 21. D. Mantica de tacit. lib. 4. tit. 7. n. 54. Cyriac. contr. 205. nu. 25. Dom. Conciol. alleg. 4. num. 41. seqq. D. Torre de pact. fut. success. lib. 1. c. 16. nu. 48. Altograd. contr. 7. nu. 10. 11. Hodierna ad Surd. dec. 108. nu. 12. & contr. 10. per totam. Dexart. dec. 16. Altograd. contr. 11. nu. 25. Margil. de exact. qu. 126. Virgil. de legit. persan. adult. c. 2. q. 1. nu. 6. seqq. & in prælud. à nu. 157. Merlin. dec. 219. nu. 5. seqq. dec. 746. nu. 6. Rota p. 16. rec. dec. 130. nu. 16. seqq. Franc. de Angelis de confess. lib. 2. qu. 13. nu. 94. Sabell. §. nullitas. nu. 24. Maranta resp. 39. nu. 32. seqq. & resp. 6. nu. 33. Rota p. 3. diuers. dec. 225. Sperell. dec. 135. nu. 14. seqq. Card. Luca de alienat. d. sc. 37. nu. 6. D. Bersan. de pupill. c. 2. qu. 32. nu. 12.* vbi *nu. 14.* etiam si Tertius nullū habet interesse.

310 Sic nullitas census, circa formam substantialem, potest à tertio allegari, etiam si versetur in iudicio executiuo, & censuarius promisisset soluere *Thomat. dec. 101. nu. 17. seqq.*

311 2. Casu ille solus, ad cuius fauorem est inducta nullitas, potest dicere de nullitate, & nō alter contrahens, vt est alienatio rei minoris, vel Ecclesiæ, *Carpan. ad statut. Mediol. c. 328. nu. 472. Tiraqu. sup. num. 69. & seqq. Theod. Rub. in sing. Rot. Roman. circa statuta Vrbis tom. 1. c. 151. nu. 34. Fenzon. d. c. 151. in fine. Idem Conciol. ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 45. n. 46. & seqq. Gonzal. reg. 8. gl. 56. à nu. 48. Burat. dec. 937. num. 7. Cels. dec. 380. n. 7. Ansaldi. resp. 87.* post mille *D. Bersan.*

de

de pupillis c.2.qu.32.nu.7.8.9.Card.Luca de alienat.disc.37.nu.5. Vbi vt neq; Tertius creditor illius,qui nulliter contraxit, & decisum refert D.Bersan.ibid.Diximus sup.nu.298. Salgad.de protect.3.p.c.9.nu.135.seqq.& in labyr.p.1.c.44.nu.42.& 2.p.c.17.nu.82.& c.22.à nu.106. Vela dissert.14.à nu.34.Castill.de alim. cap.64. Gomez lib.2.c.2.nu.21.Giurba ad Consuet. Messan. c.14.gl.7.nu.10.& de feud.§.2.gl.9. à nu.80. Seacc.de sentent.cap.1.glos.14.quæst.27.Sabell.§.alienatio §.contractus.nu.5.Sanfel.dec.309.nu.7. Quaranta in summ.bull.verb.alienatio rerum Eccles. nu.34.Rota p.13.rec.dec.82.nu.12. Mascard.conclus.75.Rota dec.37.num.27. post Torre de pactis fut.success.licet contra dec.89.nu.11.vbi etiam Tertius.Card.de Luca de feud.disc.10.num.8.de dote disc.85.nu.15.& 147.n.16.DD.sup.citati.R.Capyt. Latro,vbi etiam Addentes dec.19.

312 Et ab eius hæredibus, Mansius consult.413.nu.3.Rota Rom.post Cenc.de censib. dec.31. nu.9. Vrsell.concl.86.nu.115. Dexart. dec.16.num.vlt. Surd.cons.442. Cancer.lib.3.c.2.num.176. Ciroc.disc.50.Ionius gl.22.§.22.n.41.quamuis defunctus non fuerit conquestus. num.42. Quamuis minor se iurasset maiorem,nu.43. Quamuis esset pactum de non allegando minoritatem.nu.44.Et ab eius creditoribus, Card.Luca de alien.& disc.37.nu.8. Dunoz.dec.96.nu.14. D.Bersan.sup.nu.13.

313 In feudalibus,Cutell.orat.4.nu.28. Menoch.cons.119.nu.31.32.cons.181.nu.70.76. M[illegible]rill.dec.56.nu.30.

314 Et tale ius dicendi de nullitate potest allegari à Tertio,quando illi fuit cessum ius dicendi de nullitate,quod cedi potest. Gratian.disc.903.num.10.seqq.

315 Nullitas iam detecta, & opposita potest à quocumq; deduci, & allegari, ac præsertim quando est clara,& prorsus exclusiua Iuris agentis. Gratian.cap.691.nu.17. disc.715.nu.25. Rota p.13.rec.dec.257.nu.9.10.dec.409. nu.20. Secus non præcedente declaratione illius, Bub.dec.43.nu.3.

316 Vt si appareat obligatio peccare informa. Maranta cons.39.num.32.seqq.& disp.6.num.33. Surd.dec.70.nu.26.seqq. & dec.108. num.2.seqq. Gratian.disc.292.nu.22.Merlin.dec.219. n.5.seq. Rota p.13.rec.dec.81.

317 Et nullitas patens potest adeò allegari à quocumq;tertio, vt post illi quæsitum de ea opponendi,& dicendi,eidem non obsit sequẽs ratificatio,pro vt ex tunc,sed tantum pro vt ex nunc à die ratificationis. Quidquid sit in tacita ratificatione ex cursu temporis, quæ videtur retrahi ad tempus initi contractus, & potest allegari in Salniano,Scappuc.de Salnian. lib.2.q.16.Gratian.disc.27.n.39.seqq.d.124 n.22.d.225.nu.18.disc.470.nu.23. Sabell.§.actus num.14.& §.nullitas nu.4.5.

318 Sic contractus est ipso iure nullus quando lex vltra adiectionem pœnæ declarat nullitatem.Sperell.d.c.135.Torre pactis fut.success.lib.3.cap.1.numer.50

319 Sic vbi lex resistit contractui. Tiraq.ad leg.connub.gl.8.nu.96.Gratian.disc.27.nu.39. Pascal.de vir.patr.potest.p.1.c.6.nu.21.seqq.

320 Et actus est ipso iure nullus. Cancer. var. lib.2.c.16.num.126. Ruin.cons.40. in fine vol.5. Alex.cons.38.in fin.vol.2. Menoch.cons.79.num.28.29.& cons.101.nu.31. Vin.dec.291. num.11. Rolan.cons.15.num.22. & cons.53. vol.1.Censal.ad Surd.dec.108.Conciol.alleg.4.nu.41. Torre de pactis fut.success.lib.1.c.16. nu.48. Gracian.disc.791.855.n.18.seqq.

311 Sed difficultas grauis est,si minor non possit contrahere,per aliquod statutum, nisi cum aliquibus solemnitatibus, cum clausula decreti irritantis,si cõtrahat sine dictis solemnitatibus, an ipso volente substineatur? Et quod ipse minor illum ratum habere non possit, cum adsit expressa prohibitio legis,est tex.in l.à Diuo Pio.ff.de rit.nupt.l.quod de bonis. §.1. ff. ad l.falcid.sanct.§.1.instit.cod.l.non dubium. C.de legibus.l.nemo pot.st. ff.de leg.1. l.1.& 2. C. ne fideiuss.& vend.dot.dent.l.comparationes. C.de fide instr. ex

322 a quo desumitur quod solẽnitates,quæ à statuto introductæ sunt ad euitandas fraudes, seu falsitates non possunt de partium consensu remitti, sed solemnitates requisitæ in contractibus minorum inuentæ fuere ad euitandas fraudes.l.lex,quæ tut.C.de administrat.tutor. ibi: vt fraudi locus non sit.Hanc conclusionem firmant Bal.cons.382.nu.4.lib.3.Dec.cons.18.nu.2.Calderin.cons.13.nu.2. in fine.de constit. Tiraquel.de legib.connub.gl.8.nu.98. Boceac.in constit. Picen.gl.6 nu.9.Ruin.cons.158.nu.2.3.4.lib.4. Surd.cons.28.nu.122.cons.124.dec.108.n.11.seqq. Bursat.cons.82.nu.12.18.seqq.lib.1.& cons.158. nu.21.lib.2.Rol.cons.72.num.57.lib.3. Barbat.cons.71. lib.3.cons.118.Curt.iun.cons.118.nu.3. Bardellon.cons.58.nu.23.Gabriel.commun.conclus. lib.6.tit. de claus.colleg.3.nu.18.seqq. Couar. in c.quamuis pactum de pact.in6.p.2. §.2.nu.6. Gratian.disc.201.nu.25.& d.691.Pascal.de vir.patr.potest.p.1.c.6 nu.19.seqq.Rota Bonon.dec.91.nu.33.34. Fontanell.dec.581. num.5.22.27. Giurba ad Consuet. Messan.c.14.gl.5.Thomat.dec.102.nu.19.Osasch.dec.182.nu.17.18.Lancell.Gallia adConsuet. Alexandr.verb.non possit qu.1.nu.24.seqq. Rota Rom.dec.610.nu.15.tom.3.p.4.dec.318.nu.50.p.5.rec. Merlin.contr.100.nu.45.lib.2. Hodiern.ad Surd.d.dec.108.nu.1.seqq. Dexart.dec.16. nu.17. Malnasia cons.86.nu.8.seqq.lib.1. Decian. cons.20.nu 91.l.b.5.Thomas.de tutor.tract.8. tit.19. n.3451 3543.Altograd.cons.27.n.47.lib.1.

Ratio est,quia validitas contractus in terminis dicti statuti non dependat à sola contrahẽtium voluntate, sed etiam à potestate, nam si statutum tollit eis authoritatem contrahendi absq;forma præscripta, sola voluntas pro validitate huiusmodi actus sufficere non potest, nã illa conciliat ea,quæ ab animo pendent, non autem, quæ pendent ex aliqua forma, vel ex alia exteriori potentia, Bal. in l.mancipiis, C.de

reb.

reb. alien. Merlin. contr. 100. nu. 46. seqq. lib. 2. Ludouis. dec. 473. num. 9. Giurb. ad Consuet. Messan. c. 1 14. verb. potest gl. 5. nu. 8. Osasc b. dec. 172. num. 18. Villant de reb. Ecclesi. mal. alien. p. 2. cap. 5. n. 81. 82.

323 Et nemo potest facere quin leges in suis contractibus locum habeant, nec formæ à statuto præscriptæ, renunciare. l. non dubium C. de legib. l. nemo potest. ff. de leg. 1. Salgad. in labyr. p. 1. c. fin. nu. 43. DD. apud Constantin. ad statut. Vrbis tom. 2. annot. 44. nu. 724.

324 Contra hanc opinionem sunt DD. sup. citati, & alij plures, sed illis bene respondet nouissime Altograd. sil. contr. 10. lib. 1. Vbi fundat ex pluribus, quod forma à statuto præscripta non solum est inducta ad fauorem minorum, quod si fauorem illorum solum respiceret, posset procedere opinio contraria ex DD. sup. citatis, sed etiam est inducta ad fauorem publicum principaliter. Curn. cons. 135 n. 24. 25. lib. 1. Laucell. Gallia ad consuet. Alex. verb. non possit q. 1. nu. 30. seqq. Gratian. disc. 691. nu. 7. Duran. dec. 18. nu. 3. seqq. Fontanell. dec. 581. num. 22. 23. Pic. ad statut. Vrbis lib. 1. c. 151. gl. 11. nu. 11. D. Hodiern. ad Surd. d. dec. 108. nu 5. ergo &c. D. Constantin. d. annot. 44. num. 725. 726. Conciol. ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 56. vbi D. Romaguer. nu. 59. Burat. cons. 82. lib. 1. Surd. decis. 245. Cum tunc ius resistat. Nos de nullit. Iudic. rubr. 4. q. 1 num. 12. D. Scoppa ad Merlin. contr. 21. nu. 14. 15. Et tunc potest venire contra, etiam Tertius, Conciol. sup. nu. 17. & alleg. 4. nu. 41. Nus d. q. 1. nu. 13.

325 Et ad id, quod dicitur de contractu rei Ecclesiæ sine assensu Apostolico, quod valeat si Ecclesia velit stare dicto contractui, vt dicunt DD. similiter sup. relati, tamen possumus dicere, quod extrauagans Ambitiosè, resistit alienationi bonorum Ecclesiasticorum absque debitis solemnitatibus, & sic nedum Ecclesia potest stare dictæ alinationi, vt dicti. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. in rubr. de causa vtilitatis nu. 198. seqq. & in rubr. de his, qui consens. c. 10. & c. 11. à num. 9. Villnt. de reb. Eccles. non alienan. p. 2. cap. 5. num. 210.

326 Vel melius, quod dictum ius Pontificium non resistit ab initio, nec contractus est à principio simpliciter, & absolutè nullus, sed habet implicitum statum validitatis, quia solemnitates in eo requisitæ non sunt necessariæ pro forma substantiali in ipsomet actu alienationis, sed possunt interuenire ex post facto, etiam ex interuallo c. si qua de reb. 12. q. 2. c. cum nos, de his quæ fiunt à prælat. Corset. in suis singul. vers. Pupillus, Rodoan. rubr. de his, qui consensum c. 11. num. 10. seqq. Surd. cons. 28. nu. 125. Boer. dec. 345. nu. 3. 4. Gratian. c. 577. nu. 39. Garz. de benefic. c. 2. de Vnion. nu. 147. p. 12. Rota dec. 318. num. 32. & 41. & seqq. p. 5. rec. Burat. dec. 394. nu. 1. Ciarlin. contr. cap. 173. num. 18. eadem Rota dec. 473. nu. 3 p. 2. rec. dec. 711. nu. 6. tom. 3. p. 4. rec. dec. 590. nu. 9. tom. 2. p. 5. rec. Duran. dec. 397. nu. 9. seqq.

Ratio est quia de iure canonico attenditur solum æquitas, & finis, ob quem solemnitates introductæ fuere, non autem vigor iuris ciuilis, per quod solemnitates necessario pro forma in ipsomet actu requiruntur. Villant. d. cap. 11. num. 10. 11.

327 Ideo potest Ecclesia post initum contractum, beneplacitum apostolicam obtinere, & eo mediante illum approbare, & aduersarium ad eius obseruantiam absq; nouo consensu cogere Rodoan. d. 10. nu. 2. Villant. p. 2. c. 5. n. 200. Duran. dec. 397. nu. 11.

328 Quod non est sic in contractibus minorum, in quibus stante dicta statuti dispositione, nullus status validitatis ab initio adest, non solum quia solemnitates in actu ipso requiruntur, nec ex post facto sufficiunt, vt de tutoris authoritate est tex in §. tutor autem, & ibi: DD. signanter. Oinot. nu. 3. instit. de auth. tutor. l. obligari §. tutor & l. 2. ff. eod. Ciruc. disc. 71. nu. 37. Cyriac. contr. 252. nu. 15. Cancer. var. p. 2. c. 1. nu. 210. 211. Rota rec. dec. 177. nu. 12. c. 1. & decis. 468. nu. 11. p. 4. tom. 2. & dec. 1. nu. 16. 17. p. 5. & dec. 119. nu. 5. 6. p. 7. Duran. dec. 18. num. 13. 18. & dec. 373. num. 2. Rota post Zacchia de obligat. Camer. decis. 143. num. 4.

329 Et Iudicis decretum debet interuenire in ipso contractu, vel ante, secus postea ex interuallo. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. nu. 81. P. c. ad statut. Vrbis c. 151. gl. 21. num. 12. 13. post med. Iouius de solemnit. in contract. minor. gl. 16. §. 14. nu. 44. licet quod possit postea interuenire post multos DD. dicat D. Scoppa ad Merlin. contr. 21. lib. 1. num.

330 Sic consanguineorum consensus à statuto requisitus non sufficit, si ante, vel post accedat, sed in ipsa actus celebratione, pro forma requiritur. Pic. d. c. 151 gl. 14. nu. 10. 11. Tiraq. de legib. connubial. gl. 6. nu. 3. 8.

331 Et regulariter omnis consensus, qui requiritur ad actus solemnitatem, debet de iure ciuili in ipso actu interuenire, nec sufficit si postea concurrat. latè Osasc. b. dec. 166. nu. 8.

332 Ex quibus elicitur quod si minor velit dictum contractum cum omnibus iuris solemnitatibus, alias in eo requisitis, ratificare, vt est necesse. Alograd. cons. 36. nu. 15. seqq. lib. 1. Tusc. lit. R. concl. 24. Rota p. 11 rec. decis. 324. nu. 16. 17. & p. 13. dec. 408. nu. 7. p. 14. dec. Sabell. 193. num. 13. Sabell. §. ratificatio. num. 9. Sperell. dec. 91. num. 52. Gratian. decis. 981. nu. 44. seqq. Baron. de eff. minor. ætat. circa contr. eff. 1. num. 823. Iouius de solem. in contract. minor. §. 22. §. 23. nu. 176. Nus de nullit. indic. rubr. 4. qu. 1 num. 25. Capyc. Latr. & Mansiella dec. 19. D. Scoppa ad Merlin. contr. 21. nu. 29. lib. 1. talis ratificatio illum conualideret solum ex tunc, in vim noui contractus, non posset fieri inuito altero contrahente, sed nouus eius consensus necessarius esset. Marcambr. cons. 51. nu. 165. Aretin. cons. 128. Tiraq. de legib. Connub gl. 6. nu. 11. Honded. cons. 38. n. 19. seqq. lib. 1. Surd. dec. 70. num. 12. seqq. vbi ita decisum refert. & dec. 145. Pascal. de vir. patr. potest. p. 1.

6, 6.

c.6.nu.25.Ludouis.dec.395.Cacein.dec.374.nu.6.7.Marescat.var.lib.1.c.14.n.6.seqq. Bal.in l.transact. C.de transact. Idem Ludouis.dec.82. Altograd.cons.23.44.lib.1.Tusc.lit.R.concl.22.24. Sabell.§.ratificatio. num.5.seqq. D.Bersan.Tract.de pupillis cap.2.q.34.

333 Alii dupliciter distinguunt. Quod minoris ratificatio teneat re integra, scil. antequam ab altero contrahente nullitas contractus opposita fuerit, secus autem post dictam oppositionem. *Sabell.§.ratificatio.Iouius,de solemnit. in contract.minor.gl.22.§.23.nn.137.141.145.seqq.*

334 Item quod locum sibi vendicet in contractibus ab initio euidenter vtilibus, secus autem in dubio. *Trentacinq.var.val.1.lib.2.resol.8.Pinell.in l.1.p.3.num.32. C.de bon.mater.Mascard.concl.75.num.11.*

335 Sed DD. isti loquuntur in terminis iuris communis, vt apud eos est videre, in quibus terminis contractus non est nullus donec minor illum talem non dicat, vt dicemus *infrà num.346.& seqq.* Quo casu, vt dicemus *num.527.* contractus ratificatus per minorem valet ex tunc, non ex nunc. Sed non sunt applicabiles in terminis statuti requirentis pro formales solemnitates, cum clausula irritanti, quo casu non attenditur, si adest vtilitas, vel non, sed solum, an sint seruatæ solemnitates statuti, tamquam substantialia contractus, & si non sint seruatæ est contractus nullus nec conualidari potest. Et forma à statuto requisita ad vnquem est seruenda, etiam in actibus fauorabilibus, & vbi lex præcise obligat, non curamus an intersit, sed propter contemptum, quidquid agitur omissa forma est nullum. *Altograd. contr.7. num.10.11. D.Hodier. ad Surd.decis.108. num.12.*

336 Nec obstat regula, quod inducta ad fauorem alicuius, non debent in eius odium retorqueri. *l.quod fauore,C.de leg.l.legata inutiliter ff. de ad im.legat.Surd.dec.195. nu.5. cons.156.num.23.Giurba ad consuet.Mess.c.14.gl.2.n.4.Gratian.disc.651.nu.11.disc.666.nn.20.disc.656. num.17. Mantica de tacit.lib.2.tit.12. num.27. Nonar. in praxi elect.fori.q.43.n.18.sect.1. Thomasc.regul.nu.243.Vaz axiom.iur.lit. F.nn.111.*

337 Nam talis forma in his contractibus minorum à statuto introducta non respicit simplicem fauorem minoris, sed respicit etiam fauorem publicum, & propterea ei renunciari non potest, vt *sup.*diximus.

338 Verum si, re vera, adesset vtilitas minoris, cum tunc cesset dolus, qui alias in contractibus minorum, absque debitis solemnitatibus initis, de iure præsumitur. *Rota dec.478. nn.6.seqq.tom.2.p.4.rec.*

339 Tunc cessante dolo debet etiam cessare claudicatio contractus, & minor non debet cum iactura aduersarii in lucro remanere. *l.1.ff.de resc.vendit.Odd.cons.35 nn.12. in tract.de restit.q.4. nu.53.54.* nam minor non debet locupletari cum aliena iactura, *l.nam hoc natura.ff.condict.indeb.l.iure naturæ.ff.reg. iuris. c.locupletari.de reg.iuris.nu.6. in concord.Manach.dec.Luc.23.n.23.Thomasc.reg.24.Mar. Antonin. var.lib.1.res.23.nn.3.& lib.2.res.41.nu.13.Vgolin.de offic.& potest.Episc.c.18.§.2.nu.4.Surd.cons.101.nu.17.cons.202. num.6.cons.389. nn.2.cons.435. nu.24.Gratian.disc.761.nu.6.Amic.de iure emphyt.q.70.nn.4.& q.73.nn.3.Vaz axiom.iur.lit. L.nn.8 x.*

340 Nec est vera distinctio illa, quod minoris ratificatio valeat re integra, antequam per alium contrahentem sit opposita nullitas contractus, nam illa non militat in terminis statuti, in quibus contractus est nullus à principio, ob formam non seruatam, vt *diximus.* Sed neque est vera in terminis Iuris communis, in quo claudicatio contractus conceditur, quæ operatur, vt contrahens cum minore remaneat à principio obligatus ex *tex.d.§.1.instit.de auth. tutor.& in d.l.Iulianus.§.si quis à pupillo.ff.de action.empti.* Et sic absurdum est dicere, quod ipse per dictæ nullitatis oppositionem possit à contractu recedere, & se à dictæ obligationis nexu liberare. *Duran.dec.397.nu.17. D.Merlin.contr.21.num.16. seqq.*

341 Et si vera esset distinctio, superflua ferè in totum redderetur cautela illa à DD. tradita, quæ est, vt contrahens cum minore, illum compellat ad solemniter declarandum, an velit stare contractui, vel ab eo discedere, de qua per *Ias.in §.actionum. nu.42. instit.de action. Capic.Latro dec.19.num.15.lib.1. Altograd.contr.10.nu.59.lib.1. D. Merlin.d.contr.21.nu. 19.lib.1. Ciroc.disc.71.nu.48.Surd.cons.9.nu.19. dec.69. n.23.Gratian.disc.547.nu.7.Cancer.var. c.13. num.91.Gait.de credit.c.2.nu.1996. Staiban.obs.159. num. 112.tom.2.Nos de nullit.iudic.rubr.4. q.1.n.22. D. Rosa de execu.litter. Apostolic.c.5.nn.228. Banden.collect.36.nu.20.Capan.disc.394. nu.23. post alios D. Scappa ad Merlin.contr.21.num.46. Nos infrà num.346.*

342 In casu quo possit nullitas allegari ab ipsis minoribus potest, allegari etiam ab eorum hæredibus, & non ab aliis. *Surd.dec.108.Fezan.ad stat.Vrbis cap.151.nu.52.fol.334.& nu.20. fol.392.Gratian.disc.575.nn.40.disc.713.nu.54.disc.761.num.30.seqq.Rota p.13.rec.dec.82.nn.12.& p.18.dec.657. DD.* hic *infrà* citandi.

343 Sic hæredes mulieris, vel minoris possunt dicere de nullitate. *l.hæredes C.ad Velleian. Rota p.11.rec.dec.324 num.20. Surd.cons.442.Cancer.lib.3.c.2.num.176.Iouius de solemnit.in contract.minor.gl.15.§.5.nn.13.*

344 Si tamen mulier, vel minor numquam opposuerunt de nullitate, sed potius approbauerunt contractum, non possunt etiam eorum hæredes illum impugnare, sed actum de functi omnino seruare tenetur. *l.si ab eo C.de liber. causa.Rota p.13.rec.dec.394.nn.11.12.*

Licet *Franch.de Angel.de confess.lib 1.q.13. n.64.* dicat quod possit allegari ab hæredibus, etiã si defunctus non opposuerit, nec conquestus fuerit, *Iouius sup.*

345 Sed

345 Sed in hac re placet nobis distinguere, Aut minor mortuus est intrà minorem ætatem, & transit ad hæredes eius, aut minor mortuus est post maiorem ætatem, & scientiam nullitatis, & illa numquam conquestus est, & non potest eius hæres. *Rota p.18.rec.dec.657. Iouius sup.gl.22.§.22.num.41.*

